fecerit non possum, que reddi volui sed
non indico quod dechijs sic dicat resinam

Eo autem non sunt vestra hic alia in aliis
temporibus aptamus. Peto autem ut prin-
cipum vestra sanctitas orare debeat quia
et podagre doloribus et barbarorum et
curarum afflictionibus incessanter premor.
Sed si michi orationis vestre ope impe-
ditis credo quia me contra adversa omnia
fortis invenietis. Gregorius Maxi-
mo episcopo Salonitano xc v.

Omnibus culpabilibus ordinationis
tue primordiis quantam malicia
per inobediencie culpa addidens nos
sedis apostolice auctoritate, eo quia decenit mode-
ramine transactis magnum contra te usque
ad hoc quo ea poscebat exarsimus
sed ut longius ingratitudo vestra quia
tu te excitasti produceret oberravit nos
sollicitudo vehementer augebat ne quando
in licita que de te audieramus negli-
genter obmittere videremur. Quae si hii
considerans ipse pene satisfacere differendo
firmabas atque ex hoc ad usum te zeli
nostri acrius incitabas. Et ubi salu-
bri tandem consilio usus integro te obe-
diencie humiliter subinisisti et dilectio
tua priorem agens digna se ut depu-
tavimus satisfactione purgavit sed
dictam tempore quam fraterne caritatis intelligere
atque in nostro te receptum consortio gratulare
quia sic presumentibus in culpa distric-
tos, ita resipiscentibus nos benignos
esse decet ad veniam. Postquam ergo frater-
nitas tua apostolice sedis communionem se repa-
rasse cognoscit personam ad nos transmit-
tat qua pallium et defendum ex more
percipiat. Quemadmodum in licita peccatum
non patimur, ita si que sunt consuetudi-
nis non negamus. Licet autem et adhuc
concedenda dispensatio nos loci nostri nota-
mus multum tamen ad nos petitio dul-
cissimi atque excellentissimi filii nostri domni
Callinici exarchi, ut transactis gratia te agere-
mus exegit, cuius carissimam voluntatem
nec pertulimus nec potuimus contristari

Gregorius Mariniano epo Raue-
ne xcvj :–

Que de causa maximi pnt agenda
ex eplis quas ad uos ante tusim
simus agnouistis Sed quia qualis
hac de re fraternitatis uestre uolumtas sit
ac magis petitio pnti latore castorio
Ideo si isdem maximus coram uobis et
pdcto cartulario renunciante cognouimus
uro de symoniaca hesi psitiose sacra
mento purgauit, atque de alijs ante
corpus sancti appollinaris sit sepsimus
tm do requisitus liber esse rudeunt ab
ipsum fraternitatis uestre de eo qui excommu
catus missarum sollempnia agere presumpsit
iudicio committimus quia debeat pnia
talis culpa purgari Et ideo quicquid
uobis scdm deum placet scitui dispo-
site, nec aliquid de nobis dubium habeat
Nam quicquid a nobis hac de causa
fuit ordinatum uos et grate suscipimus
et libenter admittimus Exhortamur
tamen ut deatis esse solliciti, et ita
que ficuda pspiritus tempetis, quatinus
et illi si ita uidebitur benigne pstetis
et uigoris ecclastici ingenium gerua
ut optus dispensator scientis Supra
scriptum uero portitorem in pnti, quid
uobiscum ei sit agendum instruximus
aquo cuncta subtilius addiscetis sit
uos in omnibus exhibete ut in uni sol
licitudine uitium fuisse pnciam senciamus etc Gregorius Castorio notario
Rauenne xcvij

Quanto tedi a nobis et uicias uides
causas iniungi tanto te oportet stre
nuum et sollicitum exhibere Unde
si maximus solomtanus pstito sacram
to firmauit symoniaca hesi non te
neri atque de alijs ante corpus sancti
appollinaris tm do requisitus innoxium
se esse rudeurit, et de inobediencia sua
puiam sicut deputamus egit uolumus
ut ad complendum illud eplam quam
ei scripsimus ubi ei et gram nostram et
communionem nos reddidisse curamus
experiencia tua daret dedit, qui si in con-
tumacia psistentibus seruerdos esse nos
conuenit sic uerbis humilibus et penite-
tibus negare locum uenie non debemus
Ipetra de fre nro sammano epo iadre-
tino uel alijs qui se ad sedem aplicam
contulerunt cum eodem maximo ois
studiose agendum est ut illos in ca-
ritate recipiat et dolorem
contra eos nullomodo in corde retineat
sed puram cum eis gram et sinceram dileo-
ne iungat etc Vitali epo Trini-
dat xcviij

Damiana religiosa femina petitoria
nobis insinuacione suggessit quod
habetur in subditis in massa furiana
iuris sui oratorium se propria deuocione
fundasse quod in honore sanctorum
seuerini confessoris et Juliane mris
desiderat consecrari Et ideo fr karme
si in tue prochie memorata constructio
iure consistit, et nullum corpus ibidem
constat humatum, percepta primitus dona
tione legitima id est in reditu pstates
liberos actibus fiscalibus solidos x gene
stis quoque mancipalibus alligatam pdcm
oratorium absque missis publicis solle-
miter consecrabis Ita ut in eodem loco
nec futuris temporibus baptisterium constru-
atur Nec psbrm constituas cardi
nalem sed si missas ibi sibi fieri pdcta
condicio forte uoluit a dilectione tua
psbrm nouit postulandum, quatenus
nichil tale agnoscitur a sacerdote nulla-
tenus presumatur Geuaria uero prescrip-
ta sibi cum reuerencia collocabis Gregorius Januario Epo Nea
polim xcix :–

Januaria religiosa femina sanctorum
beatorum seuerini confessoris et Ju-
liane mris oblata peticione postu
lat debere concedi, quatenus in eius no-
mine oratorium propriis constructum sump-
tibus sollempniter consecrari Et fr karme
pfate desiderijs ex nra te preceptione
conuenit obediens ac deuocionis sue

Ant

Cone cosecrio ad
dota. hc de infri

in consecratione qui postulat peciatur
affectu etc. Gregorius Constantino
epo Mediolan. C :-

Lator presencium eventus diaconus fra-
ternitatis vestre nobis tue intimavit
se a nobis iniunctum ut reliquias beati
pauli apli sed et beatorum iohannis
et pancratii per eum ad nos dirigere
debemus quam peticionem vestram tan-
nimus effectui mancipandam fraternitas
ergo vestra solito studio perscrutari non
differat quatenus in locis omnibus recon-
dende sunt luminaria vel alimonia
ibidem servientium ante dedicationem
loci ipsius debeant reflugari et tunc in
eisdem locis dicta sanctuaria sui cum re-
verencia collocentur. Ne loca deo dicata
si predicta provisio omissa fuit futuris
temporibus destituta quod absit servientium
repiantur obsequiis etc. Gregorius
Gaudioso epo Eusebio epo C.

Cognoscentes ecclesiam tadinate dni
sacerdotis proprii regimine destitutam
fraternitati tue eiusdem ecclesie visitacio-
nis opera sollempniter delegavimus Cui
ita te convenit exhibere ut nichil
de provencionibus clericorum redditu ornatu
ministeriis que vel quicquid illud est in
patrimonio eiusdem a quoquam presummatur
ecclesie. Et ideo fraternitas tua ad predictam
ecclesiam ire properabit et assiduis adhor-
tacionibus clericum plebemque eiusdem
ecclesie amonere festinet ut remoto stu-
dio uno eodemque consensu talem sibi
preficiendum expectant sacerdotem qui
et tanto ministerio dignus valeat reperiri
et a venandis canonibus nullatenus
respuatur. Cui dum fuit cum postu-
latus cum sollempnitate decreti omnium sub-
scriptionibus roborati et dilectionis tue testi-
monio litterarum ad nos sacrandus occurrat
Commonentes eciam fraternitatem tuam ut
nullum de altera eligi permittatis ecclesia
Nisi forte clericus ipsius civitatis in qua
visitacionis impendis officium nullus
ad episcopatum dignus quod evenire non

credimus potuit inveniri. Prius autem
omnia ne ad cuiuslibet coniunctionis invi-
lamque persone ad sperare presummat et
tu prelium ordinacionis sue quod absit in-
curras etc. Gregorius clero et plebi con-
sistentinas C iii :-

Cognoscentes ecclesiam vestram dni sac-
erdotali regimine destitutam curanobis
fuit eiusdem ecclesie visitacionem fratri et co-
epo nostro gaudioso ecius ne ecclesie sol-
lempniter delegare cui dedimus in mandatis
ut nichil de provencionibus clericorum
redditu ornatu ministeriis que a quoquam
usurpari paciatur cuius nos assiduis ad-
hortacionibus convenit obedire et remo-
to strepitu uno eodemque consensu talem
nobis preficiendum expeti te sacerdotem
qui et a venandis canonibus nulla
discrepet racione et tanto ministerio dignus
valeat reperiri Cui dum fuit postula-
tus cum sollempnitate decreti omnium sub-
scriptionibus roborati et visitatoris pagina
prosequente ad nos veniat ordinandus
Promissum ante omnia ne cuiuslibet vite
vel meriti laycam personam presummatis
eligere ut non solum ille ad episcopatus
apicem nulla racione provehetur
verum eciam nos nullius intercessionis
veniam invenire posse cognoscite sed
omnes quos ex nobis de layca persona
ad sperasse constitit ab officio et commu-
nione alienos faciendos procul dubio no-
veritis etc. Gregorius Constancio epo
Mediolan C iiii

Lator presencium communi filio evencio
diacono qui fraternitatis vestre scripta
detulit referente cognovimus clericos ecclesie
ianuensis quos sacerdotali studio revocati
ad unitatem ecclesie monimus rediisse
non sibi tamen a nobis affectum impendi
ut ad hoc redire caritate suadente pre-
valeant assentes dni pro eos suas in-
iuste ab aliis invenit quos et a vestra ecclesia
possessiones que nulla anziana dei deti-
neri. Eundem nos scitatis vestre sollici-
tudinem omnio laudavimus quia quod
oportuit facere minime neglexistis

Sed nec nos predictum possessionem si eis
iure competit etiam si ad commonicionem
forte reciti distulit contra racionis
ordinem patiamur detineri / sed eam con-
gruenti volumus utilitate restitui. Si vero
ad unitatem ecclesie quod optamus deo fa-
vente converterint etiam si nichil illis
competit eam illis pati sumus con-
cedere. Nam nulla occasione excusare
eos volumus quos ad matris ecclesie si-
num redire desiderabiliter expectamus.
De ortis vero quos in capitulare transmis-
so ex subsistencia ytalie ecclesie nostre com-
petere signastis vel predictus nobis porti-
tor indicavit ut subsequenti illuc per-
sonam transmittimus cui inter alia cura-
mus evidenter iniungere / et veritatem
congrua indagatione cognoscat ut
quicquid iustum fuit faciat. Nam nos
qui alios contestare contra equitatem non
patimur multo magis nos quos vel
de dignius terrenis reliquere non valemus
Dicalius causis quale vestrum per singula
sit responsum supradicti communis filii
relacione cognoscetis. Scripta vero ad sanctis-
simum filium nostrum anatholium dya-
conum pro commendacione hominis vestri eidem
sicut voluistis fecimus et cetera. Gregorius
Januario episcopo Caralitano. Capitulum iiii :—

Iudei de civitate vestra huc venientes
questi nobis sunt quod synagogam
eorum que caralis sita est petrus
qui eorum superstitione ad christiane fidei cul-
tum deo volente perductus est adhibitis
sibi quibusdam indisciplinatis sequenti
die baptismatis sui hoc est dominico
in ipsa festivitate pascali cum gravi
scandalo sine vestra occupavit volunta-
te atque ymaginem illic genitricis dei
domini que nostri et venerandam crucem vel
byrrum album quo de fonte sur-
gens indutus fuerat posuisset. De
qua re et filiorum vestrorum eupatii gloriosi
magistri militum atque magnifici prefecti in
deo presidis aliorum que nobilium civitatis
nostre ad nos eadem scripta attestantia
occurrerunt. Qui etiam adiecerunt
a nobis hoc prohibitum et predictum petrum
ne hoc auderet fuisse prohibitum quod
omnino laudamus / quia sicut decuit bonum
decuit sacerdotem nisi sic inde iusta esset
reprehensio voluistis. Sed quia per hoc
quod nunc nos in hiis que perverse acta
sunt innotuistis. Displicere nobis quod
factum est demonstrastis. Considerantes
hac de re vestre voluntatis intencionem
ac magis indicium huius hortamur af-
fatibus ut sublata exinde cum ea qua
dignum est veneracione ymagine atque
cruce debeatis quod violenter oblatum est
reformari / quia sicut legalis diffinicio
iudeos novas non patitur erigere synago-
gas. Ita quoque eos sine inquietudine
veteres habere permittit. Ne ergo supradictus
petrus vel alii qui in hac disciplina-
cionis pravitate prebuere sollacium vel con-
sensum hoc zelo fidei se fecisse respon-
deant ut per hoc quasi eis necessitas fiet
conversionis amovendi sunt atque scire de-
bent quia circa eos temperancia magis utenda
da est ut trahantur ab eis velle non
ut adducantur inviti quia scriptum est
voluntarie sacrificabo tibi id est ex voluntate
mea confitebor tibi. Sanctitatis ergo vestre
gravitatem vel civitatis sue habitatores ad hibitus
si filius suis quibus una nobiscum que
hec displicent sacerdotalem adhortacionem
sicut eum decet studeat facere / quia ad
hoc facere maxime tempore quando de hoste
formido est divisum habere non debetis.
Quia vero non minorem de vobis quam
de nobis sollicitudinem gerimus / hoc quoque
previdere nos indicandum curavimus quod firmata pa-
ce agilulfus longobardorum rex pacem
non faciat. Unde necesse est ut firmitas
vestra dum licet civitatem suam vel loca
alia fortius muniri provideat atque im-
muneat / ut hinc dampni nullis condicta
perveniat / quatenus dum hostis illic
deo sibi irato accesserit non inveniat quod
ledat sed confusus abscedat. Sed et vos
pro nobis quantum possumus cogitamus

Sinagoge iudeorum
per vim recepte esse
precipiuntur per b[eatum] Gregorium
restitui /

De pacis utilitate ac profectu

et eius quorum interest ut se ab obsisten-
tium deo adiutore separatione decant immi-
nentius. quia sicut nos vestras tribula-
tiones vestras attendite, itaque nos
vestras afflictiones vestris simul tempta-
tionibus etc. Gregorius Eusebio Ar-
chiepiscopo Thessalonicensi etc. v.

Si quam magna sit pacis virtus fra-
ternitas attenderimus quo a nobis stu-
dio sit colenda agnoscimus. Hanc enim
dominus et redemptor noster in magno mu-
nere discipulis suis relinquere ac dare
dignatus est ut eos qui sinceritati et fidei
coherebant per hanc sibi faceret participa-
tionis consortes. Scriptum namque est
beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur.
Quisquis ergo prius heres esse desiderat
filius existere hanc custodiendo non
renuat. Nam qui locum prebet discor-
die, ipse profecto tanto se muneris exter-
tem esse constituit. Cum igitur fidei
tue sinceritas catholica nobis ut opor-
tuit deo operante sit rectitudine declara-
ta magna nimis admiratione suspen-
dimus ut eos quos bene credere et con-
sentire cognoscitis frustra quorundam
scandalizari vitio patiaris ut aliorum
culpa fraternitatis tue fuscetur opinio.
Nam quo sine erroris suspitione
sit qui paciam prestat cavanti, aut
qua dextre estimatione probatur, si ea
que fervor fidei postulat apta pre-
stari satisfactione non prendit efficere
siquidem Lucam presbiterum tuum et petrum
calcedonensem te nolle suscipere atque
ex hoc filiorum tuorum orthodoxorum
corda non levi scandalo perturbari.
Et ma quorum zelus pro solum lau-
dandus, verum etiam omnino fovendus est.
Hortamur ut cum omni unanimitate
ac sollicitudine fraternitatis hoc inter-
rimari cura non desinat et si ab hac
eos insontes pravitate repperit scandalum
de filiorum suorum mentibus hunc eorum satis-
factione removeat atque inter omnes
hereses si specialiter severi et nestorium
anathematizant, ut quibus suspicio

de eis suspicio dissensionis removet
amor fidei germanus consignat prestita-
tionem caritatem, et saluber unanimitas
concordia necat affectus, quos catho-
lice sincera et una tenet confessio
veritatis nec satisfactio dubitationis
existimet indigna, quia deo iuncta
voce sapitur nec contempnatis ex-
imius istis. Cum ergo non despici a
precipientes depredit preceptoris verba-
non renuat. Dum et ipse que vas electio-
nis redemptor noster testatus est esse
servare nos unitatem spiritus in vinculo
pacis ammonuit. Videte qui hoc se
salutis tenere vinculo non recusat
que pacis sunt studeant et locum
hosti non prebeat ut sua fortius vale-
at unitatem calcari, qui in fraterne
se vel potest divisione trahi. Ce-
terum quod non optamus erroris huius
deprehenduntur iaculo vulnerati ecclesiasti-
ce adhortationis eis est adhibenda
curatio ut aut inter oves dominicas
si fuerint sanati permaneant aut ab
unitate ecclesiastici corporis excidantur
quatenus et magnum ex dampno mo-
dico lucrum faciat et faciat totum
liberorum pars amissa. Nam et providi
sollicitudo pastoris ovem languidam
que curationem non recipit ne alias
languoris sui labe contaminet a sa-
narum consortio non differt eicere sciens
se ceterarum sanitati non aliter nisi huius
posse eiectione succurrere. Proinde fraterna-
litatem caritate commonemus ut prima hoc
vigilantia perscrutari et summo que super-
ius servare studio dilectionis ne rectam
fidem quam geritis aliorum dubiam con-
sortio faciat. Nam qui non corrigit
resecanda committit. Itaque magna
nobis sollicitudine magna omnino provi-
sione pensandum est ut nec nobis opi-
nio sit nociva, quatenus tanto fraternitati
vestre de commissis omnibus pastoris cura
proficiat quanto nos ad eorum custodiam

et sincta dilco et credita fecit tuna sollicitos etc. Gregorius Januario epo caralitano C vj

Omnia ingredientib; mon conuerte di gru ultig nulla sit testandi licentia sed res eorum eiusd mon iuris fiant apta legis defnitione decretum est Et cum pene omnib; notu sit in magna nos grauamine abbatisse mon scor gauini atq; luxori nisimmator admiratione pduxit Et siricam mon abbatissam postquam regendi suscepit officium condito testamento legata quibusda asserunt reliquisse / et de sanctitatis uire sollicitudine querremus cur res mon competentes ab aliis ptulit detinci comunis filius epyphanius archipsbr nr prius inuentus pmemoratam abbatissam usq; diem obitus sui in duisse uestem monachicam noluisse sed in uestib; quib; laici illius psbr uti utur durebat pmansisse Ordiit replicabat pdta grauamina hoc plene ex consuetudine licuisse adeo ut abbatissa qne ante supscriptam sicca fuat talib; usum uestibus allegaret Cum igo de qualitate uestim nec nos mediocrit cepissemus ambigitur nobis uisum e ut cum consiliarys uire qui cum aliis ciuitatis doctis uiris quid eet de lege tractare qui tractantes uiderunt Postquam solle ni more abbatissa ab epo ordinata est et in mon regimine per annos plurimos usq; ad uite sue transitum psuit uestis qualitate ad culpam forte epi respicere qui sit eam pmisit Non tam potuisse mon pinditum irrogare sed res ipius eidem loco ex quo illic ingressa abbatissa constituta est manifesto iure competere Et ideo quia ex diuiniss rebg illicite zendochium possionem indebite retine hns nos hortamur affatib; ut quia in mon et zendochii ipm in nra ciuitate est positum omni cura atq; prudentia studere debetis / quatinus si possio ipa ex nullo prcedenti contractu / sed ex memorate sirice legatu descendit an dcto mon postposito strepitu uel excusatione reddatur Si vo ex alio dr obuenisse contractu aut firmitas tua uradsine ptes cognita ueritate q legalis suasit ordo definiat / aut mutuo o consensu arbitros eligant / qui cau valeant allegationes discingere / a quib; quicquid fuit statutu ita ura puisione seruetur / ut nullo int uenerabilia loca iurgium remaneat qui magnope altena pacis et fouenda concordia Illa igitur omnia que ex testamento pmoite sirice detinet quippe qd nullius esse legali sanctione pmittitur necesse est ut iure mon firmitatis uire sollicitudine sacerdotali pro omnia studio sepantur / quia imperiali constitutione aperte sanctitu est / ut ea que contra leges fiunt non solum inutilia sed etiam pro infectis habenda sunt etc. Gregorius Innocentio marimano / libertino atq; conii et uictori epis sardinie Cognomine qmox C vij

Quire sit impule post pascalem festiuitate nobis euntib; / aut diuitis rusalib; uiris ad metropolitanum uirum utrum fuat an nunc ipe nobis deuotiuo

pascha scripta dedit denuntiatione
mandare. Et quoniam dicitur quosdam
nostrorum hoc facere secundum consuetudin-
em postponentes aliorum quoque ad
dominos oboediendum corda pervertunt.
Adderet etiam quod ex vobis aliquanti pro
ecclesie sue emergentibus causis transm-
arina petentes sine predicti metro-
politani sui cognitione vel epistolis
sicut canonum ordo constituit audeant
ambulare. Hortamur ergo fraternitatem
vestram ut antiquam ecclesiarum vestrarum
consuetudinem exequentes quoniam de per-
cipienda paschali denuntiatione quod
etiam si quemquam vestrum pro causis propriis
ubicumque compulit ambulare ne-
cessitas ab eodem metropolitano vestro
sicut indultam nobis regulam petere
debeatis nec eum postponere in aliquo
presumatis excepto si quod non opta-
mus contra eundem metropolitanum
nostrum vos habere aliquid cause con-
tingat, ut ob hoc sedis apostolice in-
dicium hi vos qui petere festinant quod
statutis per canones etiam antiquorum
patrum institutione permissum est.

Gregorius Vitali defensori Sardinie. C. viii.

Indicatum nobis est quod quidam
caralitane ecclesie clerici disciplinam
sui resurgentes episcopi contra eum sola-
tium tue defensionis exquirant
atque per hoc illi quod dici grave est
contumaces existant. Quam rem si ita
est omnino dure suscepimus. Dicitur
etiam quod sine actis defensores ecclesie
in adorum se obsequiis ac laboribus
occupantes ubi nomen dederunt
militie inveniantur exuere. Experi-
entia itaque tua nichil deinceps
tale aliquid facere presumat, sed neque
quemquam clericum ut assolet tuitione causis con-
sulit, in qua te etiam potere ad minorem
ad eundem episcopum revertit accede
et cause initium cognitionis apud
eum non defensor culpe sed potius
intercessor accede. Ut hac permissione
et postulanti fratris auxilium et iura
propositi non turbentur. Si qui vero
sunt ut iuxta poposcerint eis pro te
auxilium sedis apostolice non est negan-
dum. Sed tamen ita servanda est
vivis tuis quatenus episcopi reverentia ut clericorum
disciplina per defensionis tue exspec-
tationem minime solvatur. Dictum nobis
etiam est quod rustici possessionis
empte caralitane ecclesie intra propria
defendentes in privatorum possessionibus
cultivam laboris adhibeant. Ex qua
re agitur ut possessiones ecclesie proprio in
alio occupato cultore depereant atque
ad tributa sua persolvenda idonee
non existant. In qua re experientiam
tuam volumus esse sollicitam nec tale
quicquam sibi post hac vestra data licentia
committere permittat. Scituras quod si neglex-
eris nullus exinde de neglectu tua sol-
licitudine contra te animos commoveri.
Cognovimus etiam quod monasteria servorum
dei vel etiam feminarum pro suo quique
libitu exordinare causarum executores
perturbent. Quod omnino grave suscepimus
tuamque ex hoc experientiam commonemus
ne quemquam hoc usurpare de memo-
rata nostra licentie permittas. Sed
episcopi loci ipsius sub cuius degunt mo-
deratione cure sit causas utilitatesque
disponere. Valde enim est incongruum
ut omisso eo alius quilibet illorum
se causis administrat. Sed ille eorum vitam
competenti regulari quoque debet moderatione
disponere qui pro commissis eorum sibi
animabus compelletur reddere rationem.

Gregorius Ianuario episcopo Sardinie. C. ix.

Pervenit ad nos quod quidam ex
nostris clericis spiritu elationis inflati

quod dicti grave est fraternitatis vestre iussionibus obedire postponant atque in aliorum se magis obsequiis ac laboribus occupantes sic deserant ubi sunt necti atque ecclesie. Et quia re vera minime admiramur cur in eis ecclesiastice non teneatur regula discipline, nec eos dissolute vagantes in demus admoniti suscepti officii districti moderaminis freno restringitis. Dicitur etiam quod aliquis ex eisdem commatribus clericis ut defendi contra vos valeat ad vitalis defensoris nostri protectionem convolavit. Unde ad eum scripta nostra direximus ne quemquam clericorum vestrorum contra vos rationabiliter demum audeat defensare, sed si culpe casus emersit et gravis non est, sed que venia mereatur intercessor apud nos magis attendi debeat quam defensor. Ne ergo tale ad vos deinceps de subiectorum contemptu vestrorum quicquam perveniat permittite. Cognovimus etiam quod monasterii sancti Iuliani quedam vidua suam substantiam derelinquens adeo nunc quam eiusdem defuncte mulieris atque dominum adhuc vivit gubernabat ipsa sit delicta substantia nunc quoque callidior ad redditudinem existere. Hortamur ergo ut cum si pervenit dicitur ita verum esse, prout districta faciatis executione constringi, quatenus res monasterii derelictas restituere sine immunitione festinet. Et quod autem de re reservata fidei sue puritate non debuit vel cum prioribus suis dampno reddere compellantur. Cum vero vetemus sit ut fraternitatem vestram nos ammonere intendamus quatenus clericum suum sub discipline vigore constringat credo quod eam fraternitas vestra tanta etiam ipsa consideret. Contra ydolorum namque cultores vel aruspicium atque sortilegorum fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur

invigilari custodia / atque publice in populo contra huius rei viros sermone facere eos quod a tante labe sacrilegii et divini intentatione iudicii et presentis vite periculo adhortatione suasoria revocare. Quos tamen emendare se a talibus atque corrigere nolle reperis fervent comprehendere zelo te volumus. Et siquidem servi sunt verberibus cruciatibusque quibus ad emendationem pervenire valeant castigare. Si vero sunt liberi inclusione digna districta que sunt in penitentia dirigendi ut qui salubria et a mortis periculo revocantia audire verba contempnunt cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeant reducere sanitatem. Iudicatum nobis est quod laicis quibusdam curam in vestris parrochiis committentes per modum in rusticorum vestrorum possessionibus atque per hoc ex fatigationibus fuerunt deprehensi reddere res quas indebite retinent. Huius qui sui dicioni quippe vestre non suppositi curatorum postponant nobis quod despiciant actum suorum reddere rationem. Quod si ita est districte nobis distringi convenit / atque vestre eos etiam quod nostre rusticos causam examinare subtilius / et quicquid in eis fuit fraudis inventum pena legibus statuta reddere compellant. De cetero vero cavendum fraternitati vestre est ne secularibus viris atque non sub regula vestra degentibus res ecclesie sue committant. Sed probatis de vestro officio clericis in quibus si quid reprehendi potuit fraternitatis ut in subditos emendare quod inlicitum gestum fuit valeat. Quos apud vos huius sui magis officium conveniat quam excuset etc.

Gregorius Vitaliano tribuno ypoto-
tino. C xi

Cognoscentes magnitudinem vestram
de Ravennatibus partibus cum ordi-
natione excellentissimi filii nostri domini
exarchi Andromacha civitate feliciter
remeasse gratanter suscepimus et do-
minum exoramus quo actus vestros su-
pernae propitiationis opitulatione disponat.
Ramnis quidem fidelis et coepus
noster ad nos veniens quaestiones nobis
tamen suorum querelas movit asse-
rens maiorem ex tributo ypdontine
civitatis multa se hactenus illicita
pertulisse. Magnitudinem ergo vestram
paterno salutationis affectu hortamur
ut quicquid predictum male gestum
est cognoscitis iudiciaria debeatis
emendatione corrigere. Satis etenim
quod locus ipse ecclesie vestre sit proximus
et ipsi pauci qui illic rustici re-
manserunt si in aliquibus incom-
petentibus angariis vel oppressionibus
affliguntur locum ipsum deserunt.
Et quod non optamus hostibus
datur illud occasio pervadendi.
Predii ergo ecclesie omnes habitatores loci
illius nobis peculiariter commenda-
mus ut non solum nullis illicitis
inquietationibus onerentur, sed magis
ex commendatione vestra se in omnibus
sentiat adesse solatia, ut et beati
Petri apostolorum principis cuius res ipsa
est nobis retributor existat et nos
in vestris propriis utilitatibus
commendetur etc.

Alia

Gregorius
Sabiniano episcopo Callipoli

Indicatum nobis est. C xi
quod homines Callipolitani castri in
quo te propitiante domino ecclesie consti-
tuimus sacerdotem gravibus diverso-
rum molestiis affligantur atque
in longinquis angariis multis
que dispendiis comitantur. Hortamur
ergo firmitatem tuam ut quia et locus
ipse nostre sicut cunctis notum est
esse dinoscitur sollicitudini
tuam erga defensionis zelo suscitet
das eas que non permittas illicitis
quia et exemplaria tua vel privilegiorum
ecclesie de strenuo viro ob hoc fecimus
dari, qualiter informatus ex omnibus
qualiter habitatores loci illius defensare
valeas non ignores. Volumus etiam
ut masse ipsius Callipolitane ho-
mines sub sollicitudinis tue cura
conspicua etiam mediatione hinc decus
atque de eorum relevandis molestiis
esse cautissimus et adhibita solli-
citudinis cura primitus quod vires
quas prestare de sua pensione ecclesie
utilitatibus valeat tenere cognoscere.
Et secundum vires suas ad persolvendum
quemque disponere. De qua ordinatione
firmitas tua subtiliter facta notitia
quid dare ipsi homines totius Calli-
politane masse per tuam mediationem non
differas, ut sciamus quid exinde di-
sponere auxiliante domino valeamus.
Sed Sergium vero defensorem prepa-
ta direximus ut in hac re non
solum non audeat esse contrarius
sed nobis magis ubi valuerit
solatia subministret. Gregorius For-
tunato episcopo Masilien C xii

Insinuavit nobis lator presentium an-
cilla abbatissa quod intra monasterium
ipsius milites hospitentur. Et omo
de firmitatis vestre sollicitudine mi-
rati sumus cur hoc patienter tulit
et non illud cum omni celeritate
fecit emendari. Unde hortamur
ut vel nunc studii vestri sit instan-
tia quorum interest immittere, quatenus
sine aliqua exinde excusatione tol-
latur, ut nullus illic ulterius

ymagines in ecclesia debent adorari

incitatum accipiat ne callidus hostis ociam inveniens decepcione religiosi habitus quod absit valeat exultare etc. Gregorius Sereno episcopo Massiliensi, Capitulo xiii

Quod firmitati vestre sera scripta transmittimus non hoc torpori sed occupationi deputate. Latorem vero presencium dilectissimum filium nostrum Cyriacum ideo precipue vobis omnibus commendavimus ut nulla hunc Massiliensis civitate mora detineat sed ad fratrem et coepiscopum nostrum Syagrium cum sanctitatis vestre solacio deo protegente proficiscatur. Preterea indico dudum ad nos pervenisse quod fraternitas vestra quosdam ymaginum adoratores aspiciens, easdem ecclesie ymagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos ne quid manufactum adorari possit habuisse laudavimus, sed easdem frangere ymagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur ut hii qui litteras nesciunt saltem in parietibus videndo legant que legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas et illa servare et ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatenus et litterarum nescii haberent unde scientiam historie colligerent et populus in picture adoratione minime peccaret etc.

Gregorius Brunichilde regine Francorum, Capitulo xiiii

Postquam excellentie vestre sollicitudo vestra est ubique gubernatione laudabilis ad augmentum glorie sue vigilantiorem se debet et prudentiorem exhibere, ut quos consilio regit exterius perire interius non permittat. Quapropter pie sollicitudinis potentie hoc quod gentis temporalis regni naufragium adeuntia deo auctore gaudia possitis et regna percipere. Sed quidem ac nobis confidimus posse tacere cum contigerit si inter alia bona de ordinandis curam sacerdotibus gessistis. Ad nostram enim pervenit noticiam quod in tanta illis sit ut ordinandi ambitione perductum est ut sacerdotes subito quod grave nimis est ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi quid populo prestaturi sunt qui non ad utilitatem sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt? Hii igitur qui necdum quod docere debeant didicerunt, quid aliud agitur nisi ut paucorum provectio illicita fiat multis interitus et in confusionem ecclesiastice moderationis observanda deducatur? Quippe ubi nullus regularis ordo servatur. Nam qui ad eius regimine impudice et precipitati accedit, quia admonitione subiectos edificet cum exemplo non rationem docuit sed errorem. Pudet profecto pudet dominus imperare quod ipse nescit custodire nec illud quidem quod iam similiter emendationem tradendum est preterimus, sed omnino execrabile et esse gravissimum detestamur quod sacri illic ordinis per symoniacam heresim que prima contra ecclesiam orta et distincta maledictione dampnata est conferatur. Hinc ergo agitur ut sacerdotis dignitas in despectum et sanctus sit honor in crimine. Perit utique reverencia, adimitur disciplina, quia qui culpas debuit emendare committit, et nepharia ambitione honorabilis sacerdotum ducitur in depravationem. Nam quis demum veneretur quod venditur aut quis non vile putet esse quod emitur? Unde valde contristor et terre illi condoleo quia dum sanctum spiritum quem per manus impositionem omnipotens deus largiri dignatur

Sacerdotes ex laicis non ordinandi

Indocti prelati

dino munere se despiciunt si primis asserunt. Sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nam ubi dona superne gratie venalia iudicantur ad dei servitium non vita queritur, sed magis contra deum pecunie venerantur. Cum ergo tantum facinus non solum illis periculum verum etiam vestro regno satis est noxium, salutantes excellentiam vestram paterno affectu petimus ut de huius pravitatis emendatione deum nobis placabilem faciatis. Et ut nulla deinceps occasione valeat committi synodum fieri iussio vestra constituat, ubi presente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate sub districta anathematis interpositione debeat interdici, ne ullus ex laicis habitu subito adeptus audeat gradum accedere. Neque per ecclesiasticis ordinibus quilibet quantumcumque dare sit ausus accipere, ut dominus et redemptor noster sit qui a nobis puniri faciat. Sic excellentiam vestram in his que pia fore presserit pia esse viderit devotionis sollicitatam curam vos et sollicitudinem eiusdem synodi quam ficudam decrevimus per coepiscopum nostrum Syagrium quem vestri gratia nonnimus pallium delegare curavimus, que petimus ut et supplicantem libenter audire et que emendare dignoscimur, quatenus quod ad mercedem vestram respiciat remoto huius mali contagio, in cunctis finibus vestre mei subiectis pia et deo placita procedat exornato sacerdotium. Cum sive nos pro eo quod se in ea predicatione que in anglorum gente auctore domino facta est devotum vehementer exhibuit pallium ad missarum sollempnia utendum transmisimus ut qui

ad munitatem spiritualia studuit apostolatus principis solacio in ipso quoque incrementatur spirituali ordine profecisse. Quantum non parva admirati sumus ut in regno vestro iudeos christiana mancipia possidere permittatis. Quid enim sunt christiani omnes nisi membra christi quorum videlicet membrorum caput cuncti novimus, quia fideliter honoratis. Sed quam diversum sit excellentia vestra perpendat caput honorare et membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque ideo petimus ut vestre excellentie constituto de regno vestro huius pravitatis mala removeat ut hoc vos amplius dignas cultrices omnipotentis domini demonstretis quod fideles illius ab inimicis eius absolvitis.

Gregorius episcopus Galli Siagrio

Si in rebus secularibus - c. xv

suum cuique ius et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio. Ne ibi discordia locum inveniat unde pacis debent bona procedere. Quod tunc veneratione servabitur si nihil potestati sed totum equitati tribuitur. Proinde latorum [illegible] sequitur ad nos est dilectissimus frater noster Ursicinus taurine episcopus civitatis, post captivitatem et depredationem quam pertulit se quam in parochiis suis que infra francorum site sunt presbiterium preiudicium pertulisse. Denique ut alter illic contra ecclesiastica statuta nullo eius crimine deposcente constitueretur antistes et ne leve forsitan videretur hoc huius rei preiudiciale commissum etiam aliquid doloris est additum ut res eius ecclesie sue quas habere potuit tollerentur. Et si habet veritate subsistunt quia crudele nimis est

et apte sacris canonibus inimicum ut ab
altari proprio insontem ambicio removeat
sacerdotem / qui non metuit ex crimine preces-
sorem suum in hiis preiudicium evenisse tam
attendant / et quod nolunt comparati nec aliis
imponant. Nam si prece vel aditus
ancorum dum pateat non clauditur ubi sit
lator et edit consuetudine licitum quod
ratione constat esse prohibitum. Sed pacis
firmitate vestre sollicitudo pravam commen-
datione ac dolose consideracionis intuitu in
eius se excipiens defensione impediat
et animus illud amplius contra eum remo-
tum esse proximus non permittat. Sed
tam perse quam supplicando precellentissi-
mis regibus quos nos in nullo credimus
consentiri id pagat ut hoc quod male
factum est colligetur et que violenter abla-
ta sunt vestra prominante reddantur.
Et ita dum ceptum sit frater fratrem ad
iuvans exaltabitur tanto se ab omnipo-
tenti deo caritas vestra noverit recepturam
quanto precepta eius in adiuvando fratre
libenter atque constanter fuerit executa et cetera.

Gregorius theodorico et theodoberto re-
gibus francorum a paribus C xvi

Cum regni vestri nomine inter ceteras
gentes gratia olim propiciante religionis
effulsit valde studendum est ut unde
gloriosiores ceteris gentibus eminetis inde
omnipotenti domino qui dat salutem regibus
perfectius placeatis et fidem quam colitis ad-
mirtem moribus hiciatis. Optaveramus
quidem precellentissimi filii vestram ad nos
sola visitacione dirigi sermone ut caritatis
officium pater monstraremus affectum sed ex-
minimo res contristat illicita sit unum
nos convenit exhibere ut aliud silentio quod
emendacione indiget minime relinquamus.
Et si diligenter attenditis pro salute
vestra nos loqui prosus in columitate co-
gnoscitis. Refertur autem simoniaca
heresis que prima contra ecclesiam diabo-
lo supplantatore surrepsit et in ipso ortu
orto suo telo apostolice ulcionis percussa
atque dampnata est in regni vestri finibus
dominari. Cum in sacerdotibus fides sit eli-
genda cum vita si vita deest fides
meritum non habet beato Jacobo attestante
qui ait fides sine operibus mortua est.
Que enim opera esse valeant sacerdotis qui
honorem tanti sacramenti convincitur obti-
nere per premium ex qua re agitur / ut ipsi
quoque qui sacros ordines appetunt
non vitam corrigere non mores componere
studeant / sed divicias quibus honor
sacer venditur vel emitur congregare /
hinc fit etiam ut insontes et pauperes
a sacris ordinibus prohibiti despecti
que resiliant et dum innocencia paup-
ertas displicet dubium non est quod premium illi
commendet / que ubi auri placet et vicium
hinc igitur non solum in ordinatoris
et ordinati animam letale [illegible] infigitur
ex etiam excellentie vestre regnum eorum
culpa quorum magis intercessionibus
iuvari debuerat pregravatur. Si enim
is dignus sacerdocio creditur cui non
actionis merita sed premiorum copia suf-
fragatur restat ut nichil sibi in hono-
res ecclesiasticos gravitas nil defendat
industria / sed totum auri prophanus
amor obtineat. Et dum vicio honor
remuneratur in locum ulcionis is qui
fortasse fuerat ulciscendus adducitur
atque hinc sacerdotes non proficere sed perire
potius indicantur. Collocato namque
pastore quis curandis ovibus adhi-
beat medicinam / aut quem populus oracionis
clipeo teneat / qui iaculis se hostibus
feriendum ponit / aut qualem de se
fructum producturus est cuius [illegible] peste
radix infecta est. Maior ergo metuenda
locis illis fore calamitas ubi tales
intercessores ad locum regiminis adducuntur
qui dei in se magis iracundiam provocent

In sacerdote si vi-
ta deest fides me-
ritum non habet

Auctoris [?] pulcre.

quum per semetipsos ipsos placare debue-
rant. Audivimus autem quia ecclesiarum
predita tributa persolvant non et magna super
hoc admiratione suspendimur si ab eis
illicita querantur accipi quibus etiam
licita relaxantur. Ne hoc quoque malum
sollicitudo vestra patitur negligenter obmitti
quod quidam instinctu glorie inanis clerici
ex laicis repente subiti sacerdotii honorem
arripiunt. Et quod dici pudet et grave
tunc est regendi doctores et qui docendi
sunt doctores nec erubescunt videri
nec metuunt ducatum animarum impuden-
ter assumere. Quibus via omnis ignota
doctoris est et quo vel ipsi gradiantur
ignari sunt. Sed quam prius quam ne sit
temerarium prelati etiam ordine et discipli-
na monstratur. Nam dum rex exercitus
non nisi labore et sollicitudine expertus eligatur
quales animarum duces esse debent qui ex laicis
culmen in maturam cupiunt existimatione
conscendere. Huius saltem eos consideret
comparatione et aggredi repente inexpertos
labores festinant ne cum honoris am-
bitio et ipsis in pena sit et aliis pestifera
erroris semina iaciant quippe qui non
didicere quod doceant. Proinde paterno
salutantes affectu petimus precellentissimi
filii ut hoc tam detestabile malum
de regno vestro studeatis finibus prohibere
ut nulla apud vos excusatio nulla con-
ciliam vestram suggestio locum quia facit
procul dubio culpam hic qui quod potest cor-
rigere negligit emendare. Quia deo ut
magnum omnipotenti deo munus valeatis
offerre synodum congregari precipite in
quo sicut scribens tociens ex nostris manda-
vimus presente dilectissimo filio nostro ab-
bate sub anathematis debeat obligatione
constitui nullum per ecclesiastico ordine aliquod
unquam dare nullum accipere ut quicumque
ex laicis ad sacerdotium repente tussire (?). Quatenus
hanc nobis mercedem et hic et in futura
vita redemptor noster cunctis sacerdotem

Nota pulchre

intimus ab hoste prius non permittis recom-
penset. Omnino preterea admirati sumus
quod in regno vestro iudeos christiana man-
cipia possidere permittitis. Quid enim sunt
sunt omnes nisi membra Christi quorum videlicet
membrorum caput cuncti noverimus quia
fideliter honoratis. Sed quam diversum sit
excellentia vestra perpendat caput honorare
et membra ipsius hostibus calcanda per-
mittere. Atque ideo petimus excellentie vestre
constitutio de regno suo huius perversitatis
mala removeat, ut in hoc vos ampli-
us dignos cultores omnipotentis domini
demonstretis quod fideles ipsius ab inimicis
eius absolvitis etc. Gregorius episcopus
Virgilio Arelatensi. Capitulum xvii.

Cum pie desiderium voluntatis et
laudande devotionis intentio sacerdo-
tibus sit semper studiis adiuvanda
cura est sollicitudinis adhibenda, ut
ea que pro quiete religiose conversationis
fuerint ordinata nec dissimulatio ne-
gligere, nec quedam valeat presumptio
perturbare. Ideo sicut hoc quod racio exige-
bat utilitas optinuit diffiniri, ita
quod diffinitum est non debet violari. Quia
gloriose memorie Childebertus francorum
rex catholice religionis amore succen-
sus intra muros Arelatensis civitatis
monasterium virorum ut scripto reperimus pro sua
mercede constituens quedam ibidem pro
substentacione concessit. Cuius
ne voluntas [struck through] unquam duceretur
in irritum, et ea que pro quiete mo-
nachorum disposita fuerant turbarentur
queque contulit in iure eiusdem mona-
sterii sub apostolica petiit auctoritate firmari.
Hoc quoque petitionis subiungens, ut eidem
monasterio tam in dispositione rerum quam in or-
dinatione abbatis quedam privilegia
largiretur. Sciens quippe eam apostolice
sedi reverentiam exhiberi, ut que eius
fuissent decreto disposita nullius deinceps
temporibus molitione usurpationis molestia

quaretur. Unde quia essem et ea
voluntas et res valde desiderata po-
scebat apud decessore nro vigilio romane
sedis aplice ad pdecessorem nrm aurelium
scripta transmissa sunt ubi omia que a-
plectitudine voluntatis studium deposce-
bat aplice auctoritatis libenter assen-
firmata sunt. Quia difficultate pati
non potuit, huius res petita, sed ut
firmitas vra que fuerunt tempore
illo decreta cognoscat ad dci predeces-
soris nri scripta huius pindimus scripta
adiungi. Omnibz leone premissis hortam-
mur ut omnia sacerdotali sicut decet
studio inviolata conserves, nec illicita
debetis, nec pmittas de illicitis ir-
rogare, nec ea quadam patiaris usur-
patione conuelli. Nam licet ea que
semel aplice sedis auctoritate sancita sunt
nichil deh habeat firmitatis ex humana
tia tamen cuncta que pro huius rei qualitate
a pdecessore nro statuta sunt nra iterum
auctoritate in omnibz roboramus, ffirm-
tas ergo nra ita se in custodiendis eis
exhibeat, quatinus et omnem inquietu-
dinis occasionem excludat, et aliis
hoc operari suadeat dum se in custo-
diendis defuncti pfissima volunta-
te sollicitam ut decet exhibuit et
devotam. Gregorius Syagrio
Epo Etherio virgilio et desiderio
Epis a paribus. C. xviij.
Caput nrm quod xpus est ad
hoc sua esse membra nos voluit
ut per compagem caritatis et fidei unum
se in nos corpus efficeret. Cui ita cor-
de adherere nos convenit, ut quia
sine ipso nichil possumus per ipsum pos-
simus esse quod dicimur. Ab arce capitis
nra res nulla nos dividat ne ab
eo si eius esse membrum refugimus
relinquamur, et velut electi de vite
palmites arescamus. Ut ergo redemptoris
nri esse habitaculum mereamur in dilec-
tione eius toto mentis studio maneamus.
Ipse namque ait. Qui diligit me ser-
monem meum servabit, et pr meus di-
liget eum et ad eum veniemus et
mansionem apud eum faciemus. Sed
quia bonorum here aliter non valemus
nisi cupiditatem a nobis que omnium malorum
radix est abscidamus pscripta pvincia
que alterius ad invicem desiderate visi-
tacionis sermone nos poterunt firmita-
tem tuam institutis aplicis tenentes
ut prim regulis et preceptis divinis in-
tententes de templo fidei avariciam que
ydolorum est servitus excludamus ut
in domo domini nec neophiti nec quod ad
esse possit confusum. Nuncio piquidem
apud nos olim dinstinccte vulga-
tum est quod in galliarum ptibus sacri or-
dines per symoniaca heresim con-
ferantur, et vehementer tedio merores
afficimur, si in ecclesiasticis officiis queque
habet locum pecunia et fit seculare quod
sacrum est. Quicunque ergo hoc pcio stu-
det dacione mercari dum non offi-
cium sed nomen attendis sacerdos non
esse sed dici tantum modo inaniter concupiscit.
Et sic quid per hoc aliud agitur
nisi ut nulla de actu probatio nulla
sollicitudo de moribus nulla sit de vita
discussio, sed ille solummodo dignus qui
dare pcium sufficit, estimetur, ex qua re
se recta libramine examinis penset,
dum implere ad inanem gloriam locum   Aucto[ritas] pulc[hra]
festinet utilitatis arripere corpore magis
quam honorem querit indignus est. Sic-
ut is qui invitatus venerit quesitus
refugit est sacris admonendus sic qui
ultro ambit vel importune se ingerit
est procul dubio repellendus. Namque
sic nititur ad altiora conscendere quid
agit, nisi ut crescendo decrescat et
ascendendo exterius intus in pfundo
descendat. Itaque sacros licet non sacerdotibus

ordinandis sinceritas vigeat. Sit sim-
plex sine venalitate consensus, ut
praeferatur electo ut ad summa sacerdotii
non suffragio venditorum provectus, sed
Dei credatur esse iudicio. Nam quia
gratiae donum sit sacrum Dei vel
pretio comparare evangelii est testis
auctoritas. Templum autem domus et redemp-
tor noster ingressus cathedras venden-
tium columbas evertit. Quid aliud
est columbas vendere nisi pretium de
manus impositione percipere et spiritum
sanctum quem omnipotens Deus hominibus tri-
buit venundare? Quorum sacerdotium
ante Dei oculos cadere cathedrarum ruina
utique patenter eversione signatum
est. Et tamen crevit ad hoc nequitiae
pravitas vires suas. Nam cogit ven-
dere quos decepit ut emerent. Et dum
non attenditur quod divina voce praecipitur:
Gratis accepistis, gratis date, committitur
ut crescat et firmata fiat in uno eodemque
delicti condicio ementis scilicet et ven-
dentis. Et cum liqueat hanc haeresim ante
omnes radice pestifera subrepsisse atque
in ipsa sua origine apostolica esse dete-
statione damnatam, cur non cavetur,
cur non perpenditur, quia benedictio
illi in maledictionem convertitur qui
ad hoc ut fiat haereticus promovetur.
Plerumque igitur adversarius antiquus
dum non potest in his quae ad faciem
sunt prava subripere, callide specie
quasi pietatis iniecta nititur sup-
plantare, ita namque forsitan haereticis ab
habentibus accipi ut sit quod possit
non habentibus erogari, dummodo ut sic
venena mortifera eleemosinae velata
obumbratione transfundat. Nam nec
venator feram aut avem auceps de-
ciperet, vel piscem piscator caperet,
si aut ille laqueum in aperto proponeret
aut ille esca hamum tectum abscon-
ditum non haberet. Unde ergo metuenda
et cavenda est hostis astutia, ne quos

aperta nequiit temptatione subvertere
latenti saevius valeat trucidare. Neque
enim eleemosina reputanda est si pau-
peribus dispensetur quod ex illicitis
rebus accipitur, quia qui hac inten-
tione male accipit ut quasi bene dispen-
setur gravatur potius quam adiuvatur.
Eleemosina redemptoris nostri oculis illa
placet quae non de illicitis et iniquitate
congeritur, sed quae de rebus concessis
et bene acquisitis impenditur. Unde certum
illud etiam est quia si monasteria aut
xenodochia vel quid aliud construatur
mercedi non proficit. Cum dominum suum (?)
emptor honorum loco transmittit et
alios ad sui similitudinem subcomodi (?)
datione constituit, plura male ordi-
nando destruit quam ille per aedificationem
qui ab eo pecuniam ordinationis ac-
cepit. Ne ergo sub obtentu eleemosinae
cuiusquam pretio aliquid statuamus accipere,
aperte sacra scriptura nos prohibet
dicens: Hostiae impiorum abhomina-
biles quae offeruntur ex scelere.
Quicquid enim in Dei sacrificio offertur
omnipotentis Dei non placat iracundiam
sed irritat. Hinc rursus scriptum est:
Honora dominum de tuis iustis labo-
ribus. Qui ergo male tollit ut quasi
bene praebeat, constat sine dubio quia
dominum non honorat. Hinc etiam per Salo-
monem dicitur: Qui offert sacrificium
de substantia pauperis ac si victimet
filium in conspectu patris. Quantus
autem dolor patris sit perpendamus si in
eius conspectu filius victimetur.
Et hinc facile cognoscimus quantus
apud dominum dolor exasperatur, cuius
enim sacrificium ex rapina libatur.
Nimis ergo declinandum est, dilectis-
sime frater, obtentu eleemosinae peccata
symoniacae haereseos perpetrare. Nam
aliud est propter peccata eleemosinas facere

Quos de templo eiecit
ementes et vendentes

Venditi sacramenti benedictio
vertitur in maledictum

aliud elemosinas petita committere. Hoc
quoque ad nos pervenisse non dissimili dig-
num detestatione conspicimus, quod quidam
desiderio honoris inflati defunctis episcopis
tonsorantur et fiunt repente ex laicis sacerdo-
tes atque inreverenter religionis propositi du-
catum arripiunt qui nec esse adhuc
milites didicerunt. Quid putamus quid
isti subiectis prestaturi sunt, qui cathedram
disciplinatus limine attigerant, tenere locum
magisterii non formidant. Quia vero necesse
est ut et si quemlibet inculpati quisque sit
meriti, ante tamen per distinctos ordines ecclesia-
sticis exerceatur officiis. Videat quod imite-
tur, discat quod doceat. Informetur quod
teneat ut postea non debeat errare qui
eligitur viam errantibus demonstrare. Diu er-
go religiosa meditatione poliatur ut pla-
ceat et sit lucerna super candelabrum posita
luceat ut adversa ventorum vis irruens
conceptam eruditionis flammam non extin-
guat sed augeat. Nam cum scriptum sit
ut prius quis probetur et sic ministret, multo
amplius ante probandus est qui populis interces-
sor assumitur ne fiat causa ruine populi
sacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excu-
satio nulla potest esse defensio quia cunctis
liquido notum est que sit in huius rei
diligentia sancti et egregii sollicitudo
doctoris qui neophitum ad ordines ve-
tat sacros accedere. Sicut autem tunc
neophitus dicebatur qui initio in sancte
fidei conversatione plantatus ad ambien-
dos honores sacros irrepserit. Ordinate
ergo ad ordines accedendum est. Nam
casum appetit qui ad summa loci fastigia
postpositis gradibus per abrupta querit
accessum. Et cum idem apostolus doceat
inter alia sacri ordinis instituta discipli-
nam non esse cuiquam citius imponendam.
Quid hoc celerius quid ne precipitatius
quam ut exoriatur a finitate principium
et ante esse incipiat episcopus quam minister.

Quisquis enim sacerdotium non adula-
tionis pompam sed ad utilitatem
adipisci desiderat prius vires suas
cum eo quod est subiturus onere me-
tiatur ut et impar abstineat et
ad id cum metu etiam qui se suffi-
cere existimat accedat. Libere autem
non solum sed ad argumentum rationa-
bilium usum rerum irrationabilium
colligamus. Cepta namque ligna
de silvis consistentibus succiduntur.
Nec tamen adhuc viridibus edificii pon-
dus imponatur nisi eorum viriditatem
multorum dierum mora siccaverit et ap-
ta ad necessarium opus effecerit. Hic si
observantia forte negligitur citius
superposita mole franguntur et fiunt
ruina ad auxilium res parata. Hinc
enim et medici qui curam gerunt
de corpore quedam adiutoria recenti
adhuc confectione formata indi-
genti non offerunt sed maturanda
temporibus derelinquunt. Nam si maturitate
quis caruit dubium non est quod fit
causa periculi res salutis. Distant
ita ergo distant in officio suo sa-
cerdotes quibus animarum est credita cura
servare quod diversarum artium homines
docentes ratione custodiunt et a precipi-
te se ambitione et si non metu sal-
tem pudore contineant. Sed ne for-
sitan ad hoc consuetudines se preter-
quisquam velit obiectu defendere
fraternitatis tue districto rationis cos
freno coherceat et labi in illicitis
non permittat. Quia quicquid ultioni
dignum est non adimitationis sed potius
ad exemplum debet correptionis adduci.
Neque autem hoc quod prius corrigendum
est patimur negligenter obmittere.
Nam quid prodest cuncta munisse
si per unum locum pernicioso hosti
preparatur accessus. Cum hinc itaque
qui in sacro sunt ordine constituti

Sacerdotes cum mulieribus non debent cohabitare

habitare mulieres prohibeant. De quibus
antiquus hostis quanto amplius exultet
omnibus desinentibus tam consensu est
ut praeter eas quas sacri canones
complectuntur alias mulieres habe-
re secum non debeant. Que mediocris
et si forte aliquibus ad tempus amarum
est certum est quia postmodum
ex ipsa animae utilitate dulcescit
si unde inimicus superare poterit supe-
tur. Ne hoc quoque in hac sollici-
tudinis parte relinquimus quod ad ha-
bendis per provincias conciliis pa-
trum prudentia utilitatis causa
sancitum est. Unde ne quia inter
fratres dissensio ne quia inter praepositos
et subiectos sint fomenta discor-
diae in unum sacerdotes convenire necesse
est ut et de incidentibus causis
disceptatio et sit salubris debita
sit observationis collatio. Quaten-
dum per hoc et perita corrigantur
et regulam futura suscipiant. Oportet
itaque dominus fratrum concordia colla-
udetur tunc nobis adesse presentiam
si haec observabitis scitote quia scrip-
tum est: Ubi fuerint congregati
duo aut tres in nomine meo ibi
sum in medio eorum. Si ergo adesse
dignabitur ubi duo vel tres fue-
rint quanto magis non deerit ubi
plures convenerint sacerdotes. Et quia
de habendo bis in anno concilio
patrum sit regulis statutum non latet.
Sed ne forte aliqua implere hoc
necessitas non permittat semel tamen
sine excusatione aliqua decernimus
congregari, ut expectatione concilii
vel prius vel presumatur illicitum.
Nam plerumque et si non amore iustitie
metu examinis abstinetur ab hoc quod
omni notum est posse displicere iu-
dicio. Hanc fratrum [illegible] observa-

Ut aliud cum episcoporum sed bis in anno de ecclesie [illegible]

Nullus sub anathematis poena ordines
vendere sacros debet et cum mulieribus cohabitare

tiam nostris relinquere iam posteris te-
neamus et omnia que ad eruditionem
nostram sacris apicibus scripta sunt
meditemur atque ad ea quo scimusque
possimus nitemur. Certum quippe
est quia si toto corde preceptis nos
salutaribus occupamus omnem viciorum
labem effugimus quia dum in his
quibus debitamur innitimur
locum sine dubio deceptionis
excludimus. De his itaque que
superius dicta sunt fraternitatem vestram
auctore deo volumus synodum
congregare atque in ea reverentissimo
fratre nostro Virgilio episcopo et dilectissimo
filio nostro Cyriaco abbate mediantibus
omnia que sanctis canonibus sicut
prediximus sunt adversa districte
percipimus sub anathematis interpo-
sitione dampnentur. Idem ut nullus
adipiscendis ecclesiasticis ordinibus
dare aliquid commodum presumat
predatus accipere. Neque ex laico habitu
quisquam repente audeat ad locum
sacri regiminis pervenire. Neque ut
alie mulieres cum sacerdotibus ha-
bitent nisi hec que sacris ut prediximus
est sunt canonibus permisse. De
quibus cunctis reverentissimus fra-
ter noster Virgilius episcopus cum omni
synodo dilectissimo filio nostro ab-
bate remeante nobis que acta
sunt studeat nuntiare ut subtiliter
agnoscentes quod et cum quanta cau-
tela vel qualiter sit decretum om-
nipotenti deo de vestra vita ac moribus
gratias inestimabiliter persolvamus.

Gregorius Virgilio episcopo fran-
cie C xix :-

Fraternitatis vestre afflictio quam
de amissione vestrorum nos hominum
habuisse cognovimus tanta

in nobis tamen meroris iniecit ut quia nobis de duobus caritas unum fecit cor unum ut unus specialiter vestre tribulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tue animi reducta districtio quam patienter ferre tristitiam et decet de morte spe vite alterius ne longam here mestitiam. Nec tamen aliqua ad hunc tribulatio in vestra remaneat quiescite dolere de fine fratris esse. Nam videtur est de illis tedium afflictionis adici quos credendum est ad veram vitam moriendo pervenisse. Huic forsitan illi iustam longi doloris excusationem qui vitam alteram nesciunt qui de hoc seculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem qui novimus qui hoc credimus et docemus contristari nimium de recedentibus non debemus. Ne quod apud alios pietatis speciem tenet hoc nobis magis in culpa sit. Nam diffidentie quodammodo genus est contra hoc quod quisque predicat torqueri tristitiam dicente apostolo Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Hac itaque fine temporis ratione perspecta studendum est nobis ut sic diximus non de mortuis affligamur sed affectum viventibus impendamus. Quibus et pietas ad utilitatem et sit ad fructum dilectio per inde obnixius hortando increpando blandiendo consolando providere quibus possimus festinemus. Lingua vestri boni fomentum sit primus aculeus. Tumidos retundat iratos mitiget pigros excitet desides hortatu succendat refugientibus suadeat asperis blandiatur desperatos consoletur ut quia doctores dicimur viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes auditu contra hostis insidias in sollicitudine vigilemus. Et si quando per desidiam ovem de commissis gregibus circumadduxerit toto illam ad nostri caulas revocare studio contendamus ut de pastoris nomine quod gerimus non supplicium sed premium consequamur. Scilicet ergo in his omnibus divine gratie adiutorium opus est omnipotentis dei assiduam clementiam exoremus. Qui ad hec nobis operandum et velle tribuat et posse concedat atque in ea nos via cum fructu boni operis quam sic pastor pastorum esse testatus est dirigat ut sine quo nil ad surgimus per ipsum implere omnia valeamus. Preterea communis filius Anatolius diaconus petiit nobis innotuit quod fraternitas vestra tempore quo huc fuit poposcit ut sibi et archidiacono suo utendi dalmaticis licentiam preberemus. Sed quia homo predictus infirmitate compulsus festinanter abscessit ut nec ipsum in eorum bene dimittit ut dignum erat et res desiderata poscebat sinceret innuere. Et nos in multis implicitos ecclesiasticis rerum consideratio novum hoc ... et subito non permittet indulgere. Idcirco postulate rei prolongatio est effectus. Nunc vero caritatis tue bona recolentes ad animum huius auctoris nec scire petita concedimus atque te et archidiaconum tuum dalmaticarum usu decorandos esse concessimus. Casulas quoque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus. Preterea in ea synodo quam congregari

Invocatio gratie spiritus sancti

hec simul per fratrem et coepiscopum nostrum Sya-
grium decreuimus congregata sancti-
tatem uestram uolumus interesse / atque
eidem fratri ita pallium quod trans-
misimus tribui / si prius se promisit
inlicita que prohibuimus per defini-
tionem synodi a sancta ecclesia resolui.
De qua synodo ordinem nobis subti-
liter ordinem ~~tuam ordine~~ etiam
fraternitatem uolumus scriptis discur-
rentibus intimare. Ut ipse tamen
nobis sanctitas ualde accepta est
nos reddas de omnibus certiores etc.

Gregorius Desiderio Episcopo
Galli(e) C xx

Fraternitatis uestre desiderium Cyria-
ci regionarij relatione cogno-
uimus. Quod quidem libenter pati
imple(re) si diligenter fecimus. De hijs
que retulit informati. Inquit ac-
curam relatum dilatione quod eccle-
sie uestre quedam olim priuilegia ab apo-
stolica sede concessa sunt atque usum
pallij eius sacerdotes antiquitus
habuisse, quod quod nobis magnopere
possitis reformari in ecclesie uestre scri-
nio requiri fecimus et inueniri non
potuit. Sed quia quanto studiosius
ista cupitis adipisci tanto nobis
arbitrantur esse sollicitos inquiren-
dis cartis ecclesie uestre vigilancius tuam
impendite, et si qua exinde scripta
inueniri potuerint que nos ualeant
informare hinc cure sit uestre
transmittere. Nam qui noua concedi-
mus vetera libentissime reparamus

Gregorius Syagrio episcopo C xxj

Magistra bonorum omnium caritas que
nil sapit extraneum, nil asperum
nil confusum / ita que exerit corda
corroborat ut nil graue nil dif-
ficile / sed sit totum dulce quod

Caritas

agitur. Nimis igitur tantum sit propri-
nutrix concordiam, seruare com-
posita / dissociata coniungere / praua
dirigere / et uirtutes ceteras perfectionis
sue munimine solidare / quisquis
in eius radice se inserit / nec uiri-
tate desistit / nec a fructibus manescit
/ quia humorem fecunditatis opus
efficax non amittit. Atque ideo
multum te dilectissime frater in domino
condelector atque congaudeo quod per
eandem caritatem te preditum multorum
testificatione comperio ut et ipsa que
sacerdotis sunt decenter adhibeas et
ab hijs te laudabiliter imitandum
ostendas. Omnia igitur in predicatoris
ope quamdiu cogitans angelorum
genti per augustinum quondam mona-
sterii mei prepositum nunc fratrem et coepiscopum
nostrum impendere studuit / ita sol-
licitum ac deuotum adiuto-
remque in omnibus quod oportuit
te fuisse cognouimus ut in alia
me quoque fraternitas tua habeat de re fu-
erit debitorem / tante rei considera-
tione commoniti, ne infructuosus
erga uidetur existere fraternitatis
tue petitionem nulla protuli ratione
postponere. Proinde secundum postula-
tionis tue desiderium pallij te usu
quod intra ecclesiam tuam habere debeas
ad sacra tantum sollempnia celebranda
deo auctore prouidimus honorandum.
Ex tunc ita tamen dandum esse de-
creuimus si prius per synodi de-
finitione emendari promiseris
que corrigenda mandauimus
/ quia dignum perfecto esse credimus
ut cum mentis grauitate qua de-
te ipsius polle dicimus huius

quoque exterioris clarior vite cultus adcre-
sceret. Presertim cum te non ad super-
flue elationis pompam sed pro gemine
et honore tue arbitremur ecclesie
petiisse. Cuius ne incrementi muni-
ficentiam nudam videamur quodam-
modo contulisse, hoc etiam presenti pro-
spexerimus concedendum ut metropo-
litano suo per omnia loco et honore
servato ecclesia civitatis Augustidu-
nensis cui omnipotens deus preesse te voluit
post Lugdunensem etiam esse debeat
et hunc sibi locum ac ordinem
ex nostre auctoritatis indulgentia
vendicare. Ceteros vero episcopos secundum ordi-
nationis sue tempus sive ad conse-
dendum in concilio seu ad subscri-
bendum vel in qualibet alia re sua
attendere loca decernimus et proprium
cognoscere ordinem vendicare. Quia
omni ratione nos ordo admonet ut
cum usum pallii concedimus sicut
decessorum largiri privilegia decernimus.
Auct. Sed quia cum honoris augmento tua
quoque sollicitudinis debet crescere ut
cultum vestium actionis quoque convenientia
commendat oportet ut omni nisu in cunctis
studium se vestre fraternitatis exerceat circa
subiectorum actus sit vigilans animus
illis exemplum instructio et vita ma-
gistra sit lingue vestre exhortatione
discant quod metuant et doceant quod
diligant. Ut cum talenta credi-
ta lucri multiplicata reddideris in
die retributionis audire presentis meritis:
Euge serve bone et fidelis intra in
gaudium domini tui. Curam preterea con-
gregande synodi quam nobis atque aliis
fratribus nostris pro illicitarum rerum prohi-
bitione fiendam sepissime vestre

specialiter sollicitudini nominis incumbere.
Unde quia excellentissimos filios vestros
Francorum reges magna nobis nominis
dilectione impendere omni nos studio cognoscimus
agere annisu vestro est ut quod de synodo
congreganda mandavimus fraternitatis vestre
vigilantia compleatur atque omnia que
illic pro animarum salute sepissime respicit
emendare per hoc et nos zelum vestrum
et qualiter nobis illicita displiceant con-
ostendatis et nos utiliter providisse quod cu-
ram ad hoc precipue personam eligimus
videamur etc. Gregorius Syagrio
episcopo Augustidunensi C. xxxxii

Cum sacerdotalis dignitas aliis — Digitas sacerdotalis
videatur dignitatibus eminere — cunctis preeminet
ita quisque ea ordinatus est cunctis
se imitandum debet ostendere ut exemplo
suo nulli noceat sed vitam potius va-
leat componere subiectorum. Nam si actus
dissentiat a nomine quanto pontificatus nomen
plus exigit tanto magis addit. Itaque
Menatem quendam episcopum qui illic de dyo-
cesis vestre ordinationis perfectus est in tam
se levitate deditum ut et nobis dicere
sit verecundia et illi episcopatus nomen non sit
in honore sed onere. Quod quam pudoris
nobis est de eo illa cognoscere que in
aliarum provinciarum clericis reprehendimus
sacerdotibus. Fraternitas vestra eum illic inno-
vari amplius non permittat sed ad nos
quantocius venire compellat ac magis
monita per omnia occasione transmit-
tat et sub ea qua dignum est observan-
tia reservatus secularis mores ad sacerdo-
talem studeat convertere gravitatem. Nam
satis noxium atque perniciosum est ut imi-
tatione eius ipsius que edificari debue-
rat destruantur. In qua re non solum
ille culpabiles sed etiam qui non restitit
invenitur. Nam consentire videtur erranti — Auct. expulse
qui corrigenda ut resecari debeant non
concurrit. Cuius vero idem Theodorus quidam
episcopus de dyocese reverentissimi fratris nostri

Nota

Constancij Mediolanen ecclie epi disci-
plinam ut dr emitans illic venisse fir-
matur Hortamur ut et isto diligencius
requisito adeptum sim vra firmitas tuis
mittat Et qua sic legr qui abiat
disciplina infelix est nulla enim illic
se excusatone paciamini retinere Qual
et eos qui levitatis cor vito pniī decī-
pi libentur / et de illis hre mitedem ne
in hac stulticia peant valeatis :

Gregorius virgilio Arelatensi : et
Syagrio epo Augustudino C xxxiii

Commissi nc qualitas fres kmi i
vocem cogit doloris erumpe et di-
lectom uram amictudine caritatis cxa-
pare qui illic nos nimiu negligentes
remissos dr extitisse ubi studium uram
acrior iustie rectitudo et zelus debuit ca-
stitatis accendere Pervenit autem ad nos
Syagriam quadam vita religiosa im-
tatis etiam vestibus assecuta postea q
nuto violent esse qd audire iniquum
e spiratam / et nullo nos in eius defe-
sione dolore pmotos Qd si ita est vehe-
mencius ingemisco ne apud omnipotente
deum qd absit mercennarij officium et no
pastoris mitu heatis Quippe qui in
ore lupi oue lamentandum pnie ctamine
requisistis Quid enim dicturi qui ne ra-
conem futuri estis iudicij redditum quos
stupri soluto no comonuit / quos ad de-
fendendum fauor nequaquam religiosi
hitus excitavit quos ad tutandum pu-
dicitie integritate sacdotalis consideraco
non erexit Vel nunc go neglectus
ad memoriam redeat hinc recordatio cul-
pe sollicitet et officij uri consideraco a-
pdere nullis nos ad hortatom impellat
Digna illi uri medela sit atq ammoue-
tibus nobis oronibus opam det de memo-
ria lancicta penitentie no recedant Re-
demptori uo cor penitens exhibeat et
castitatis dampna qui ei corpe seruare
no licuit fletu resarciat Quia ergo
pdicta mulier res suas etiam nunc pus

ut fertur depdat caus impendere
Hortamur ut firmitatis ure hec in
re fauorem inveniat solacijs poriat
et seruata competi filijs porcione
sas illi sit de suba sua indicare
quod velit Verum enim sine dubio
bonum faciatis si bona volentibus ope
fertis Hec igr dilectissimi fres que
loquimur cognito pcedant amore pe-
sate et omnia tum ea qua dicimus
caritate suscipite Nam dum unum
in redemptoris nri corpore corpus sumus
in hijs que nobis voce sencio simul
vror Qua aut intencone quo ne
affectu hanc ad nos eplam misimus
cordi uro mitatis auctor apiat Et co
hec fma nos ammonito non contristet
quia et asper poculum libent accipitur
quod intencone salutis offertur
Quod super est kmi fres mtis di
ure mam scribis exorcimus ut vitam
uram in suo spiritus timore dispo-
nat / quatenus et hic illi sacdotaliter
deseruire et in conspectu eius in fu-
turo securi ad sistere et sine metu
valeamus et **Greg Theoberto**
et theodorico regibus francorum

Primum in regibus **C xxxiiii**
bonum est iusticiam colere at-
que tunc iura seruare / et in sub-
iectos non sinere qd ptatis e fieri
sed equum est custodi Quod quia
nos et diligere et dino confidimus
studere excellencie ure indicamus ea
que emendatom expetunt imita-
mur Ut per hoc oppssis succurre
et nobis mercedem acquirere cplius
ores valeamus Fferunt itaq et corpus
uram vestrum taurine ciuitatis
antistitem in proximis suis qui intra
regnum urum sunt cum constitute g-
ne omo dr pmdicium sustinere adeo
ut contra ecclastica obsuancia contra
sacdotalem gravitatem et contra
sacrorum canonum defuncta nullo eius
exigente crimine alter illic no metuit

epus ordinari. Et quia pars visum est si-
militatis non ingeritur illicita etiam res ecclesie
sue ut fertur ablate sunt. Et si ita veritas
se habet quam intollerabile nimis est ut virtute
opprimetur tamen culpa non noscit. Proinde pro
paterna caritate salutationis alloquio petimus
ut quod excellentia vestra amore ecclesiastice re-
ctitudinis et equitatis contemplatione sponte
potest impendere vestra studeat benignius intercessione
concedere et iustitiam illi sicut de equi-
tatis eius bono confidimus faciat in omnibus
custodiri atque sancta veritate. Et quod illicite
factum est corrigi et res ei violenter ablata
equitate iubeat favente restitui. Nec quod ad
tempus eius ecclesia ab honoribus detinetur
deest illi aliquod de sancte sed hoc ad subveni-
entem caritatis vestre magis magisque debet
animos provocare. Ut largitatis vestre munere
consolatus captivitatis que pertulit non possit
dampna sentire. Pro utilitate ergo animarum
vestre exhortatio locum inveniat ut ad mercedem
vestram dilectorum ipsius porrecta manum
iustitie tribuatis. Quatenus per hoc quod equitatem
sacerdotibus custoditis coram patribus omnipotentis dei
semper oculos floreatis etc. Mense Augu-
sti Indictione ii. Gregorius Leandro episcopo
spanorum C xxxv.

Sanctitatis tue suscepi epistolam solius cari-
tatis calamo scriptam. Ex corde enim
lingua tinxerat quod in carte pagina resplen-
debat. Boni autem sapientes qui viri tum legerentur
affuerunt quorum statim viscera in compunctione
commota sunt. Cepit quisque amoris manu
in suo corde te rapere, quia in illa epistola
tue mentis dulcedinem non erat audire
sed cernere. Accendebantur et mirabantur
singuli atque ipsis ignis audientium demonstra-
batur. Qui sunt ardor dicentis. Nisi enim
prius in se faces ardeant aliud non succendunt.
Ibi ergo vidimus quanta caritate tua mens
arserit, que sic et alias accendit. Vitam
ergo vestram cuius ego semper tum magna ve-
neratione reminiscor minime noveram. Si-
cis altitudo cordis vestri patuit ex humilitate
sermonis. Vitam autem meam cunctis
esse imitabilem illa vestra epistola loquitur.

Sed quod non est ita ut dicitur ne qui
non solet mentiatur. Ad hoc autem
quidam bone mulieris verba loquor:
Nolite me vocare Noemi id est pulchram
sed vocate me Mara quia amari-
tudine plena sum. Neque enim bone
vir hodie ego sum quem nosti. Ul-
timum fateor exterius proficiendo interius
cecidi meque de corde intimo esse proxime
scio. De quibus scriptum est. Deiecisti
eos dum allevarentur. Cum alienatur
enim decidit qui honoribus proficit et
moribus cadit. Ego enim vias mei
capitis sequens sinopere esse decre-
veram obprobrium hominum et abiectio
plebis. Atque in eius sorte cursum quo
rursum per premissum dicitur. Ascensus
in corde eius disposuit in convalle
lacrimarum ut videlicet tanto verius
intus ascenderam quantum per convallem
lem lacrimarum foris humilius iacerem.
At nunc multum me deprimunt hor-
onerosus cure in mente perstrepunt
et cum se se animus ad deum colligit
hunc suis impulsibus quasi quibusdam
gladiis scindunt. Nulla cordis
quies est prostratum iacet in infimis
sue cogitationibus pondere depressum
aut rara valde aut nulla hoc in
sublimibus penna contemplationis
levat. Torpet ignava mens et
circumlatrantibus curis temporalibus iam pene
ob stuporem deducta cogitur modo terrena
augere modo carnalia dispensare. Ali-
quando vero fastidio exigente compellatur
quedam etiam cum culpa disponere.
Quid multa loquar victa suo pon-
dere sanguinem sudat. Nisi enim san-
guinis nomine culpa describitur propheta
non diceret. Libera me de sanguinibus.
Cum vero culpam culpis ingerimus,
hoc quoque quod per alium dictum est
per prophetam implemus. Sanguis san-
guinem tetigit. Sanguis enim sanguinem
tangere dicitur cum culpa culpe adiungitur.

vt iniquitas cumulus multiplicetur
Sed me hoc per omnipotentem deum deprecor
in perturbationibus fluctibus elapsum tue
orationis manu me teneas. Quasi enim
prospero statu navigabam cum tranquillam
vitam in monasterio ducerem, sed per causarum subi-
to motibus tempestas exorta in sua per-
turbatione me rapuit, et prosperitatem
itineris amisi quia quietem perdita
mentis naufragium pertuli. Ecce nunc
in undis versor et tue intercessionis
tabulam quero ut qui navi integer
dives pervenire non merui saltem
post dampna ad litus per tabulam
reducar. De podagre vero molestia
sanctitas vestra ut scribit affligitur eo
dolore assiduo et ipse vehementer atte-
ror. Sed facilis erit consolatio si inter
flagella que patimur quorumque scimus
ad memoriam delicta revocamus. Atque
hec iam non flagella sed dona esse
conspicimus, si que carnis delectatione
peccavimus carnis dolore purgamur.
Preterea ex benedictione beati petri apostolorum
principis pallium vobis transmisimus
ad sola missarum sollempnia utendum.
Quo transmisso valde debui qualiter vobis
vivendum esset ammonere. Sed locutio-
nem supprimo quia verba moribus anteitis.
Omnipotens deus sua nos protectione cu-
stodiat atque ad celestis remunerationis
patriam cum multiplici animarum fructu
perducat. Ego autem quanta occupatione
deprimor et debilitate brevis testatur
epistola in qua ei quem multum dili-
go parum loquor etc. Gregorius
Rocairdo regi visigothorum
Explere verbis excelle C xxvj.
tissime fili non valeo quantum tuo
opere tua vita delector. Audita
quippe novi de diebus nostris virtute
miraculi quod per excellentiam tuam cuncta
gothorum gens ab errore ariane here-
seos in fidei recte soliditate translata est
exclamare cum propheta libet: Hec est immutatio
dextere excelsi. Cuius enim vel saxeum
pectus tanto hoc opere cognito non statim
in omnipotentis laudibus atque in tue ex-
cellentie amore molliat? Hoc me fa-
teor que per vos acta sunt sepe con-
venientibus filiis meis dicere, sepe cum
eis pariter admirari delectat. Hec me ple-
rumque etiam contra me excitant, quod piger
ego et inutilis tunc inertia torpeo quando
animarum congregationibus pro lucro celestis
patrie reges elaborant. Quid itaque ego
in illo tremendo examine iudici venienti
dicturus sum, si tunc illuc vacuus ve-
nero ubi tua excellentia greges post
fidelium ducit quos modo ad vere fidei
gratiam per studiosam et continuam predi-
cationem transit. Sed est michi bone vir
hoc ex dei munere in magna consolatione
quia opus sanctum quod in me non habeo
diligo in te. Cumque de tuis actibus
magna exultatione gaudeo ea que per
laborem tua sunt, mea per caritatem fiunt.
De conversatione igitur gothorum in nostro
opere et vestra exultatione, licet cum ange-
lis exclamare Gloria in excelsis deo et
in terra pax hominibus bone voluntatis.
Nos ut existimo nos gravium amplius
omnipotenti domino debitores existimus
qui et si nobiscum nil egimus nostro
tamen operi congaudendo participes sumus.
Beatus vero petrus apostolorum princeps quam
libenter munera excellentie vestre ipsa
tenuit liquido vita vestra testatur. Scri-
ptum quippe est: Vota iustorum placabilia.
Neque enim in omnipotentis dei iudicio quod
datur, sed ex quo detur respicitur. Hinc
est enim quod scriptum est: Respexit deus
ad abel et munera eius. Ad cayn autem
et ad munera illius non respexit.
Dictus quippe quia deus respexit ad
munera premisit sollicite quia respexit
ad abel, ex qua re patenter ostenditur
quia non offerens a muneribus sed mu-
nera ab offerente placuerunt. Dextra
itaque oblatio quam sit grata oditis

qui datum auctorem pro exterminatore genti subditae amaritudine imminentem dedisti. Vos tres missos abbates qui oblationem vestram beato Petro apostolo deferebant vi maris diutius fatigatos extra itinere ad Hispanias revertisse non immerito repulsa sunt quae postmodum pervenerunt, sed eorum qui transmissi fuerunt constantia probata an fuerint firmiter de periculo obiecto perpessa vincere et in fatigatione corporis mente minime laxari. Adversitas enim quae bonis votis obviat probatio virtutis est non iudicium reprobationis. Quis enim nesciat quam prosperum fuit quod beatus Paulus apostolus praedicaturus ad Italiam veniebat et tamen veniens naufragium pertulit, sed navis cordis in maris fluctibus integra stetit. Praeterea indico quia tremit de vestro opere in laudibus Dei hoc quod dilectissimo filio meo presbytero Probino narrante cognovi. Quia dum vestra excellentia constitutionem quandam contra Iudaeorum perfidiam dedisset hi de quibus prolata fuerat rectitudinem vestrae mentis inflectere pecuniam summam offerendo molliri sunt quam excellentia vestra contempsit et omnipotentis Dei placere iudicio requirens auro innocentiam pretulit. Qua in re mihi David regis factum ad memoriam venit qui dum concupita aqua de cisterna Bethlehemitica quae inter hostiles cuneos habebatur ab obsequentibus militibus fuisset oblata protinus dixit: Absit a me ut sanguinem hominum istorum bibam. Quam quia fudit et bibere noluit scriptum est: Libavit eam Domino. Si igitur ab armato rege in sacrificium versa est aqua contempta pensemus quale sacrificium omnipotenti Deo rex obtulit qui pro amore illius non aquam sed aurum accipere contempsit. Itaque fili excellentissime fidenter dico quia libasti aurum Domino, quod concedere noluisti. Magna sunt et omnipotentis Dei laude tribuenda. Sed inter haec vigilanti sunt studio antiqui hostis insidiae cavendae, qui quanto maiora in hominibus dona conspicit, tanto haec auferre subtilioribus insidiis exquirit. Neque enim latrunculi in via capere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vascula vel argenti ferunt. Via quippe est vita praesens et tanto quisque necesse est ut insidiantes spiritus timeat quanto maiora sunt dona quae portat. Oportet ergo excellentiam vestram in tanto hoc de conversione gentis subditae munere quod accepit summopere custodire, primus humilitatem cordis ac deinde munditiam corporis. Cum enim scriptum sit: Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur, profecto liquet quia ille vere alta amat qui mentem amat premere ab humanitatis radice non dissentat. Saepe namque malignus spiritus ut bona destruat quibus primus adversari non valeat ad operantis mentem post peractam operationem venit, eamque tacitis cogitationibus in quibusdam sui laudibus excutit, ita ut decepta mens miretur ipsa quam sint magna quae fecit. Quae dum per occultum tumorem apud semetipsum extollitur eius qui donum tribuit gratia privatur. Hinc etenim quod prophetae voce contra superbientem animam dicitur: Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. Fiduciam quippe animae in pulchritudine sua habere est in semetipsa de recta actione praesumere quae in suo nomine fornicatur quando in hoc quod recte egit non conditoris laudem dilatari appetit, sed privatae opinionis gloriam requirit. Hinc rursum per prophetam scriptum est: Quo pulchrior es descende. Anima etenim unde pulchrior est inde descendit cum ex virtutis decore quo exaltari ~~debuit~~ Deum debuit ab eius gratia per suam elationem cadit.

Auctoritas pulchra

Auctoritas pulchra

Quid ergo in hiis agendum est nisi ut
malignus spiritus cum nobis adulari-
dum mentem reduci bona que egimus
nos semper ad memoriam mala nostra
reducamus / quatenus et nostra cognoscamus
esse que peccando fecimus et solius /
omnipotentis dei munera cum pertractamus
declinamus. Custodienda quoque est
munditia corporis in studiis bone actio-
nis quia iuxta vocem predicatoris apostoli
Templum dei sanctum est quod estis vos.
Item rursus ait Hec est enim voluntas
dei sanctificatio vestra. Quam sanctificationem
quid diceret dudum premisit adiunxit
ut abstineatis vos a fornicatione ut sci-
at unusquisque vestrum vas suum possidere
in sanctificatione et honore et non in pas-
sionibus desiderii. Propterea quoque regni
gubernacula erga subiectos magno sunt
moderamine tractanda ne potestas menti
subripiat. Tunc enim regnum bene regitur
cum regnandi gloria animo non dominatur.
De regimine
Cura quoque est ne ira subripiat ne
fiat citius omne quod licet. Ira quippe
etiam cum delinquentium culpas ex-
equitur non debet menti quasi domina
preire sed post rationis tergum velut
ancilla famulari ut ad faciem iussa
veniat. Nam si semel mentem possi-
det cepit esse iustum deputat etiam
quod crudeliter facit. Hinc rursum di-
citur Sit omnis homo velox ad audiendum
tardus autem ad loquendum / et tardus
ad iram. Hoc autem vos auctore omnia
servare non ambigo / sed occasione
admonitionis exhortans bonis vestris actibus
me furtive subiungo ut quod non admo-
niti facitis quando nobis et admonentes
addere iam non soli facitis. Omnipotens
autem deus in cunctis actibus vestris cele-
stis brachii extensione vos protegat
De dei protectione
nobisque et presentis vite prospera et post multa
annorum curricula gaudia eterna conce-
dat / clavem vero parvulam a sacratis-
simo beati petri apostoli corpore pro eius
benedictione transmisimus / in qua est
ferrum de cathenis eius inclusum
ut collum illius ad martirium ligaverat
vestrum ab omnibus peccatis absolvat. Cru-
cem quoque latori presentium dedimus
vobis offerendam in qua lignum domini-
ce crucis inest et capilli beati iohannis
baptiste ex qua semper solatium salva-
toris per intercessionem precursoris
eius habeatis. Reverentissimo autem
fratri et coepiscopo nostro leandro pallium
beati petri apostoli sede transmisimus quod
et antique consuetudini et vestris mo-
ribus et eius bonitati atque gravitati
debebamus. Item in anagnostico
ante longum tempus vestra excellentia
Neapolitano quondam Iohanne venien-
te mandare curaverat ut piissimo
imperatori scriberem / quatenus pacta in ga-
zophilacio requireret que dudum pie
memorie iustinianum principem
et vestra regni iura firmaverat emissa
ut ex hiis colligeret quid nobis servari
debuisset. Sed ad hoc faciendum
due res michi vehementer obstiterunt.
Una quia gazophilacium predicti pie
memorie Iustiniani principis
tempore ita subripiente subito flamma
incensum est / ut omnis ex eius temporibus
pene nulla carta remaneret. Alia
autem quia nulli dicendum est ea que
contra te sunt apud temetipsum debes
documenta requirere / atque hoc prime
in medium proferre. Ex qua te hortor
ut vestra excellentia suis moribus
congrua disponat / et quoque ad pa-
cem pertinent studiose peragat ut et
vestra tempora per longa sit annorum
curricula in magna laude memoran-
da. Preterea transmisimus clavem aliam a sa-
cratissimo beati apostoli corpore que cum digno
honore reposita quoque apud nos i[n]-
venit benedictionem multiplicet re

Gregorius ytalie principi ademio ponatio

Venantio CXXVII

Quasdam de Sicilia venientes affirmari quod debui de sospitate vestre excellentie requirere curavi, sed de assiduitate egritudinum michi excusationem dederunt. Hec autem dub

Nec ego vobis de meipso memorare aliquid debebam intimare, quia iam peccatis meis facientibus ecce iam undecim menses sunt quod valde rarum est si de lecto aliquando surgere potuero. Tantis enim podagre tantisque molestiarum doloribus premor ut vita mea michi gravissima pena sit. Cottidie in dolore deficio et mortis remedium expectando suspiro.

In clero vero huius urbis et populo huius tanti sunt febrium dolores irruerunt ut pene nullus liber nullus servus remanserit qui esse idoneus ad aliquod officium vel ministerium possit. De vicinis autem urbibus strages nobis cottidie mortalitatis nuntiantur. Affrica autem qualiter mortalitate et languoribus vastetur quanto viciniores estis tanto citius et cognovistis. Ab oriente vero qui veniunt graviores desolationes nuntiant. In his itaque omnibus quia appropinquante fine mundi generalem percussionem esse cognoscitis affligi nimis de propriis molestiis non debetis. Sed sicut sapientes nobiles decet omne cor ad animarum curam reducite. Districtum iudicium quanto fit vicinius plus timete. Studiis pietatis intendite de quo scriptum est quod promissionem habeat vite presentis et future. Potens autem est omnipotens deus vitam vestre excellentie in quo tempore confirmare et post multa annorum curricula ad gaudia eterna perducere. Dulcissimas filias meas dominam Barbaram et dominam Anthoninam mea peto vice salutari quas oro ut superna gratia protegat eisque prosperari in omnibus concedat.

Districtio iudicii

Gregorius Maximo episcopo Salonitano CXXVIII

Susceptis fratris et coepiscopi nostri Mariniani epistolis sed et Castorio cartulario nostro remeante fraternitatem vestram plenissime de his quibus dubietas fuerat satisfecisse cognovimus, magnas omnipotenti deo gratias solvimus quia de meo corde medullitus omnis rancor sinistre suspicionis evulsus est. Pro qua re communem filium Stephanum diaconum vestrum cum summa volui celeritate laxare, sed hunc apud me vel paucis diebus immorari dolores crebri mearum egritudinum compulerunt. At postquam meliorari vel modicum cepi, eum protinus cum gaudio vestris remittere curavi. Itaque pallium ad sacra missarum utendum sollemnia ex more transmittimus, cuius vos volumus per omnia ordinem vendicare. Huius enim indumenti honor humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet ut in prosperis humilis et in adversis si quando eveniunt cum iustitia erectam, amicitiam bonis, pravis contrariam.

Nullius umquam faciem pro veritate loquentis premens, misericordie operibus iuxta virtutem cupiens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, aliena propria deputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans. In corrigendis vitiis seviens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens. In ira iudicium sine ira tenens. In tranquillitate autem severitatis iuste censuram non deserens. Hec autem frater karissime pallii accepti qui

si sollicite pnanis quod sois accepis-
se ascenderis mq hcs. ptra frem
et coepm nrm symmachi frnitati
ure in omib; comedo / et si que cae
sunt mteri postponatur Caritas
int nos fixa pmaneat / ut sit dece-
tioribus si quando contento utitur
examen veniat / qual intez caitas
no relinquat Commem quoqz fi-
lium honoratu archidiaconu
comendamus. Deque si ita est
sicut per castorii cartularm nrm
didicimus / quia per eum iam tres
antee archidyaconi pnac cosue-
tudine ecclasticam quiquennio ex-
pleto excmdo compulsi sunt tue
gnide uolumus ut caritate sitatis
inveniat. Nam flagitari iudicum
no dec de causa qm ipe indicaurit
Si vo ita no est omi mentis tiore
depsso omiqz odio post posito. eu
in caritate recipi / et in latere alo
co in quo meruit amoueri. Messia
nu quoqz clericum qui ad nos co-
fugerat comunu filio stephano
dyacono fiducialr. Certi qz que
nos ure frnitati cusmittimus nos
in eo no odium sed grauem potestis
ondere. Omnipt autem dominus sua nos
pteccione custodiat. det qz nos ita
agere ut post hums tpalitates fluc-
tus ad eterna valeamus gaudia per-
venire et cetera. Gregorius Constancio
epo Mediolan Cxxixa

Licet si multu fraternitate vram
ad sanandu b instam philagrii
portitoris pnitud flagellu teraccato
inuiter. Dextam quia ad restitue-
du que d sindicialr asserit detmei
p nos nos volunt si pimpiores pnta
ad nos scripta pmdimus. digenda Re-
stus aut est campn cum vnica sua
abecclie ure honnbz iniacona
occupatum. Quod si ita e qz qz
ante indicium possio ei debuerat
violent ablata restitui. tam quia
pervenit qz quimus filius eucci
dyaconus nr cosenciente pstito
latore ostituit / per quinqz testes pte
ecclie ure satisfacc posse emisd
ecclie iuris illum esse. Ideo fr-
nitas pdcm philagrium contra
instiam laborac no faciat. Sed
modis quibz potunt puenit di-
ligent inquirat. Et si manifeste
sicut hic stetit pbari potuit ure
iuris ee hunc ppe demu cicius
faciend est ut a sua intencione
sine labore discedat. Alioquin
ante omem contentom res eius
culta ura pmissione reddatur
ut sua tuiqz pti integra pty hic
maneat de ppetate cognito qz
vo p eo qz nobis nesticib; inde
discessit uros se extimat animos
offendisse frnitas ura ei dulce-
dine sue caritatis ostendat ut co-
gnoscat se longe alr qm debuit
de sacdote credidisse. Sed qm et
sanctor aplorum se liminibz sepe
vt ait pntare depcit / quoties
venire voluit nullius impedimito
sed nrm magis heat in hac pte
solatium. Indicaunt pdca sup-
scptus portitor qz collata iniqz
ecnitatis genensi hitatores / et
ipe date pit co impellata / et im-
ramur / ut qui magis una di-
gnius est nobis putib; psequet
Et si ita est. Animo abeo pqz
libet exigi ura sitas no per-
mittat. Remota eu que caritas
se grauat in hinam nimis est

in collatione afflicti / cum si oct mag-
nitatis debuit ex collatione misereri
Cum quia a Bettia Tordonensi puer
suum minister queritur detineri firmitas
tua predicte civitatis episcopo iniunget ut hec
ut si ita est sine aliqua illum contra-
tione restituat. Cum si aliter esse forte
responderit aut apud nos aut apud
arbitros causa hec cognoscenda sine ex-
cusatione est aliqua facienda. Ita
isdem Philagrius puellam suam cum
filius et nepotibus de qua nulla in-
ventum est quod eiusdem puer nomine
Manzum servitium innotuit Ex qua
re actum est ut per eum in dolo est
convicto etiam aliis de quibus nulla
est questio teneatur. Et si veritate
subsistit puella ei cum filius et ne-
potibus sine aliqua altercatione red-
denda est Et tunc de subscripto Ma-
uro questione ventilata quod ratio
suaserit teneretur. Et si forte de
uxore ipsius aliqua dubium esse Et hec
quoque ita inveniuntur indicium firmat
ut nobis illis partibus ad nos deme-
moratis causa de enio predictus por-
titor veritatem renunciandi non habeat

Explicit Indictionis ij^a mensis
Septembris Indictionis iij^a nec
Octobris Indictionis iij^a Gregorius
Romano defensori C xxxi

Nichil proficit sacerdotum culpas
ulcisci et commissa deiectione cumi-
na vindicare. Ei eis qui committere
facinora deponitur amisso honore
solatium et causas causa sui cepit
solatium. Questus itaque nobis est frater
et coepiscopus noster Traianus Lucillum
quondam Maltensis ecclesie episcopum
flagitium sui iniquitate perpetratum
non solum res ecclesie cuius non rector
sed inimicus potius extitit abstulisse

Verum etiam plura cum omnibus
ecclesie competentia de predictis retinere
Semper qui in fabrica vel sarta tecta
ipsius nichil pertulit expendere sed
iniecte sacrilega suis totum studuit com-
pendiis applicare. Et quia grave
nimis est condignum est ut sua illi
deiectio non sit pena sed commodum
Experientia tua eum districte convi-
niat ut quicquid abstulit vel apud
se de predictis retinet sine mora resti-
tuat. Cum si in dicta est nequitia
negare fortasse voluit quia facile
dicitur posse convinci una cum venera-
bilissimo et coepiscopo nostro Iohanne
Syracusano residens subtili inquisi-
tione huius rei veritatem rimamini
Cuius comprobatione habita quicquid eum
tulisse vel perdidisse claruerit palam
verecundia constituat quod in verecunde
clam abstulit. Petrus autem predicti
Lucilli filius similis studii cum sit
amonendus ut que ipse pro ecclesie
tulisse plurima perhibetur honesta
ei compensatione restituat. Alioquin
non et ipse est indicto putandus
ut precedente subtili inquisitione utro-
rumque causa in uno valeat sine con-
cludi. Preterea petiit a nobis subscripti
Traianus frater noster ut in monasterio suo quod
in civitate Syracusana situm est
ei in oratorio vel quinque monachi dari debu-
issent. quod pro eius solatio nequaquam
estimavimus denegandum quia ad
laborem perficientis in coniunctum si pro-
pe quorum consolatione utatur non habeat
meus affecta estimavimus adeo que
utilitatis sunt eligit. Et ante incipit
sub onere quam laboret. In qua re
ne subscripti reverentissimi fratris nostri
Iohannis privilegiorum videamur pro-
gativa minuere. Ita hoc illi no-
veris esse concessum. ut tamen fratris

et recepi met. Johannis sit arbitrio
per omnia reservandum. Venia igitur
petitionis sue prodesse sibi non adiecit
ut pueros quos de propria pecunia
comparavit ac suos preterea quos sibi tradi-
tos (ut res dicas) proprias quas in eodem
monasterio habet ei sit tollendi licentia ro-
gavit hoc negare non potuit. Sed ne
postulata videamur indiscrete con-
cedere, hanc tenendam observantiam
scito id est ut quicquid postquam
ab abbatis est remotus officio compara-
vit vel quod titulo adquesivit libera
illi tollendi facultas sit. Sed et hic
quod de monasterio illo in quo conversus
est per in provincia Valeriam posses-
sione iuris sui preterea eius manife-
stum est construxisse pollente
hostilitate decedens obstulit se-
cumque detulit sine aliqua ei du-
bietate reddendum est, quia al-
terius adquisitiones ius effugit
quod semel monasterii sunt domino
sociatum. Si quid autem dum ad
huc illic abbatis fungetur of-
ficio adquisivit non suum sed monasterii
ipsius esse cognoscat. Et ideo de minus
illud eiusdem monasterii auferri aliquo
quolibet modo non patimur. Delegatum
igitur quod audeam fratrum meum illum
capitulum a conditore suo monasterii
singulis annis de eodem monasterio prolixi-
mam voluntate sua habere constituit,
experientia tua solatiante iustitia
fruente sine aliqua faciat dilatione
percipere. Gregorius Sabino sub-
diacono. L. XXXI.

Cum plerumque quod in laicis cul-
pa est hoc tamen in sacro sit
ordine constitutis quanto in eis distri-
ctione puniendum sit piaculare fla-
gitium, qui zelo rectitudinis utitur non
ignorat. Quorundam quamvis rela-
tione perlatum est, quia Syrus suc-
cessorius regitane civitatis presbiter
quod auditu ipso intollerabile
minime est ydolorum venerator
ac cultor sit adeo ut in domo
sua quodam ydolum positum habere
presumeret. Sed et quod non dissimile
nefas est sodomitice illud scelere
maculatum. Et ideo quia tanti
facinoris iniquitas districte ac
subtili investigatione querenda atque
atque plectenda habetur, ante preterea pri-
mus ut vigilanti studio et dili-
genti omnino perquiras et si qua in-
dicia ad prehendendum huiusmodi rei potueris
eum in custodia districta quo-
usque nobis veritas redigtes ut
qualiter in manifestum facinus di-
scuti debeat ac puniri deliberare
possimus. Scito autem quia studium
zelum quod tam qualis conversatione nepha-
dissima sit crimina habet tamen est sine
dubio in ostrictura per quam te apud
nos aut multum de sollicitudine
commendari aut periculose de ne-
glectu noveris accusari. Unde
necesse est ut ita te vigilantem in hac
requisitione studeas exhibere, quatenus
et nos de sollicitudine tua letifi-
ficetis et deum tibi facias esse pla-
cabilem. Hoc quoque de suprascripto
nobis presbitero nunciatum est quod vic-
toriani quod presbiteris cuiusdam cum denis
rebus vel ornamentis altaris sine
atque pecuniam commendasset. Veni-
endum depositum abnegaret iudicio
habito convictus ut reddere debuisset
addictus sit. Et quia eo restituere
id quod condempnatus est differen-
te is qui deposuisse dicitur obiit
et necessitate eius prohibentur filii la-
borare et hoc experientia tua dili-
genter inquirite atque ita salua rone

ad fidem hanc tamen perducat Primo
si ita est nec ille res alienas possidat
mete retineat et orphani quod suum
est uel amisso patre recipiat XXXIIII
Sicilatoris Sponsium stephanus
mittere querela multatae subsistio omnino
nos fraternitas una contristatos intelligat
...

est ultione plectatur Gregorius Romano defensori sicilie XXXIIII
Perlatum ad nos est reuerentissimum fratrem nostrum basilium episcopum velut unum de vulgaribus in causis occupari et pretoriis inutiliter obseruare que res quam et ipsum vilem reddit et reuerentiam sacerdotalis ...

Mense octobri Indictione IIII Gregorius ...

Illa prepositorum sollicitudo ... De boni prepositi utilitate

cleri diversorum monasteriorum monachi militorum
iudicum homines saepe se hostibus
tradiderint. Ergo si hoc creditur
servorum utique domini clericorum episcopi monachorum
abbatis diversorum fugitivorum iudices ob
sub culpa sunt et timore constituti.
Quamquam et diebus magnitudinis tue
multi de civitate in qua consistis
ad longobardos multis fuga non
lapsi sunt. Et quis tante indiscretionis
tantique possit stultitie reperiri ut eorum
iniquitate te existimet applicandum.
Hoc itaque sollicite pensa atque ex te
aliorum existima et in quorundam adversitates falsis suspicionibus non ducaris.
Si vero aliquis est qui praedicti monasterii abbatis
possit quid dicere quod ad culpam tractum quia eius pertineat nos hoc non
negligi sed magis una quidem cum
eis quorum interest cum omni districte
et sollicite volumus perscrutari, ut aut
feriat vindicta culpabilem aut absolvat veritas innocentem. Si autem nullus
inveniri potuit tamen enim hoc quod
solum ipse prohibes assit. Hortamur
magnificentiam fili ut memorati monasterii
abbatem quia apud te adversitate continuas
et potius tuitionem illis et propter devotionem
caritatem impendas. Et si quod est contra
animum vestrum fortassis offensi sunt pro
nostra eius interventione remittite. Et ita
vos sicut karos convenit et prudentes
in eorum magis innamine concedite
quatenus nobis vos gratias referamus et
ad omnipotentem dominum mercedem pro
impensis servientibus eius solatia adquiratis. Data Mense Martii Indictione iii

Gregorius Clementine patricie C xxxv

Amandum presbyterum a sorte
tinis adeptatum gloriosa filia
clerum esse agnoscitis. Quem quia huic
scripsimus debere transmitti contristari de
eius absentia non debetis quia nec
abscedere creditur qui mente nobiscum
est et quem pastorem querentibus iis qui
nobis olim placuit gratia est omnipotentem
deum benedicens cara magis
in hoc devotione gaude et ut ad nos
celerius ad nos personis veniret debet
hylariter studere. Cuncta sincere caritatis
exultat quoniam is qui diligitur ad hoc
vocatur ut crescat.

Gregorius Anthemio subdiacono Campanie C xxxvi

Postquam is qui ad
episcopatum sorrentine civitatis electus
fuerat aptus nobis non visum est Amandum presbyterum oratorium sancti Severini quod in castro lucullano situm
est eligere. Ea propter experientie tue
precipimus ut eundem presbyterum excusatione
postposita sub omni ad nos studeas
festinatione transmittere, quatenus penitentium desideria cum Christi auxilio, si
nichil est quod eum impediat impleatur. Cuius vita vel actus quia
melius prius que ad sacrorum ordinem
obsistere valeant ad nos debet omni postposita tarditate transmitti. Ne autem
tamen gloriosa filia nostra clementina
hoc moleste suscipiat ad eam experientia tua pergat et cum eius voluntate
hoc faciat. Si vero remitti fortasse noluerit sunt enim sicut diximus prememorata experientia transmittat. Cuncta ita
animi filiorum nostrorum a nobis placandi
sunt ut tamen animarum utilitas non debeat
impediri. Data.

Gregorius Iohanni presbytero C xxxvii

Quicquid tribuitur
pauperi si subtili consideratione
pensetur non est donum sed mutuum
quia quicquid datur multiplicato sine
dubio fructu recipitur. Scripsistis autem
nobis ut dulcitio viro agenti vices
vestro dicere debemus, ne quid super
diaconiam audeat expendere. Et quamquam
sit laudabile futura prospicere quia tamen
infirma omnino cautela est que pietatis
administrationem non minuit in hac sollicitudine vestra est quod nos pro nobis contristate invenimus. Efficitur itaque ut

tini imperatoris ad veram fidem corda Romanorum accendit ita et per gloriam vestram studium in anglorum gente eius animam confidimus operari / Et quod iam dudum gloriosi filii vestri coniugis vestre animos prudentie vestre bono se reuera christiane debuistis inflectere ut pro regni et anime sue salute fidem quam colitis sequetur / Venalis et de eo et per eum totius gentis conuersatione digna nobis in celestibus gaudiis retributio nasceretur / Nam postquam sic diximus et recta fide gloria vestra munita et literis docta est hoc nobis nec tardum / nec debuit esse difficile Et quia deo volente aptum nunc tempus est agite ut diuina gratia cooperante cum augmento possitis quod neglectum est reparare / Itaque mente gloriosi filii nostri in dilectione christiane fidei adhortatione assidua roborate vestra illi sollicitudo augmento in deo amoris insinuet atque animos eius etiam pro subiectorum gentis plenissima conuersatione succendat ut et magnum omnipotenti domino deuotionis deuotionis vestre studio sacrificium offeratis / et ea que de nobis narrata sunt et restant / et vera esse modis omnibus approbentur Venia bona vestra non solum iam apud romanos qui pro vita fortius orauit / sed etiam per diuersa loca et usque ad constantinopolim ad serenissimum principem peruenerunt / Unde sicut nobis de christianitatis vestre operibus letitia facta est Ita quoque de perfecta operatione vestra angelis fiat gaudium in celis Sic nos in adiutorio supradicti reuerentissimi fratris et coepiscopi nostri et seruorum dei quos illic misimus in conuersione gentis vestre deuote ac totis viribus exhibete et ut cum glorioso filio feliciter / coniuge vestro regnetis Et post longa annorum tempora future

quoque vite gaudia que finem habere nesciunt capiatis Oramus autem omnipotentem deum ut gloriam vestram cor et ad operanda que diximus gratie sue igne succendat et eterne mercedis fructum nobis de placita sibi operatione concedat etc

Gregorius Augustino episcopo Anglorum

C xxix 27

Gloria in excelsis deo / et in terra pax hominibus bone voluntatis Quia granum frumenti mortuum cadens in terra ne solum regnaret in celo cuius morte viuimus cuius infirmitate roboramur / cuius passione a passione eripimur / cuius amore in britania fratres querimus quos ignorabamus / quos inuenimus quos nescientes querebamus inuenimus Quis autem narrare sufficiat quanta hic letitia in omnium corda fidelium sit exorta quod gens anglorum operante omnipotentis dei gratia et tua fraternitate laborante expulsis errorum tenebris sancte fidei luce perfusa est quod mente integerrima iam calcat idola / quibus prius vesano timore subiacebat / quod omnipotenti deo puro corde substernitur / quod a prauis operis lapsibus sancte predicationis regulis ligatur / quod preceptis diuinis animo subiacet et intellectu leuatur / quod usque ad terram se in oratione humiliat / ne mente iaceat in terra Cuius hoc opus est nisi eius qui ait Pater meus usque modo operatur et ego operor Qui ut mundo ostenderet non sapientia hominum / sed sua virtute conuertere predicatores suos quos in mundo misit sine literis elegit / hec etiam modo faciens quia in anglorum gente fortia dignatus est per infirmos operari Sed est in isto dono frater karissime quod cum magno gaudio vehementissime debeat formidari Scio enim quod omnipotens deus per dilectionem in gente / quam eligi voluit magna miracula ostendit / Unde necesse est ut de eodem dono celesti et timendo

gaudeas et gaudendo pertimescas / Gaudeas videlicet quia angelorum anime per excelsiora miracula admirationem gratiam pertrahantur. Pertimescas vero ne inter signa que fiunt infirmus animus in sui presumptionem se eleuet et unde foras in honorem extollitur inde per inanem gloriam intus cadat. Meminisse etiam debemus quod discipuli cum gaudio a predicatione redeuntes domino celesti magistro dixerunt Domine in nomine tuo demonia nobis subiecta sunt. Protinus audierunt Nolite gaudere super hoc sed potius gaudete quod nomina vestra scripta sunt in celis. In privata enim et temporali leticia mentem posuerunt qui de miraculis gaudebant. Sed de privata ad communem de temporali ad eternam leticiam revocantur quibus dicitur In hoc gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celo. Non enim omnes electi miracula faciunt sed tamen incarnationis eius sue misterio unigeniti patris nomina amixit sua non minuit. Una itaque persona est deus et caro sicut ipse ait Nemo ascendit in celum / nisi qui de celo descendit / filius hominis qui in celo est. Quia filius dei in celo erat filius hominis qui loquebatur in terra. Hinc iohannes ait Scimus quia filius dei venit et dedit nobis sensum. Cui nobis quem sensum dedit illico subiungit ut cognoscamus verum deum quem hoc loco verum deum insinuat / nisi patrem omnipotentem. Sed quid etiam de omnipotente filio sentiat adiungit et sumus in vero filio eius ihesu christo. Ecce verum deum patrem, verum filium eius ihesum christum. Quem vero filium eius quid esse sentiat apertius ostendat Hic est verus deus et vita eterna. Si igitur iuxta errorem nestorii alius verbum atque alius esset homo unus christus qui verus est homo / utique verus deus non esset et vita eterna / sed unigenitus filius verbum ante secula factus

est homo. Hic est ergo verus deus et vita eterna. Certe cum hunc sancta virgo conceptura esset et loquentem de se angelum audiret ait Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Que cum eum concepisset / et ad elizabeth cognatam suam pergeret ab eadem elizabeth protinus audivit Unde ergo digna ut mater domini mei veniat ad me. Ecce eadem mater et ancilla domini et mater. Ancilla enim domini / quia verbum ante secula genitus coequalis patri. Mater vero quia in eius visceribus ex spiritu sancto de eius carne factus est homo. Nec altius ancilla altius mater / Quidam unigenitus dei existens ante secula / ex eius utero natus est homo. Inestigabili miraculo facta est et ancilla hominis per divinitatem et mater verbi per carnem. Non autem prius in utero virginis caro concepta est et postmodum divinitas venit in carne sed mox verbum venit in utero mox servata propria virtute nature factum est caro et perfectus homo. i. in veritate carnis et anime rationalis natus est / per uterum virginis filius dei. Unde unctus pre participibus dicitur suis sicut premissa ait Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Unctus quippe est oleo dono videlicet spiritus sancti / sed pre consortibus unctus est / quia nos prius peccatores homines existimus / et postmodum per unctionem sancti spiritus sanctificamur. Ipse autem existens deus ante secula per spiritum sanctum / in utero virginis homo conceptus est in fine seculorum. Ubi ab eadem spiritu unctus est ibi conceptus et postmodum unctus est. Sed hoc ipsum de spiritu sancto et carne virginis concipi a spiritu sancto ungere fuit. Hanc igitur veritatem nativitatis eius quicumque adverso errore nestorii renuunt tota sancta fraternitatis tue congregatione

fateant. Eundem nestoriu cu omnib;
suis sequatib; ac reliqua hesi ana
thamatizantes venerandas q̃ sinno
dos quas vniuersalis eccl'ia recipit.
sed recipe et venerari pmittat. Et
absq; vlla dubitatione sanctitatis cos
uro seruatis ab ꝑpriis ordinibus i
suo cetu recipiat vt dum et per sol
licitudine occulta mentis cor̃ discu
titis atq; cos p veram fidem rectã que
tenere decant doctis et p mansue
titudine nulla eis contrarietate uel
difficultate de ꝑpriis suis ordinib;
facitis cos ab antiqui hostis ore
rapiat. et tanto nobis apud omni
potente deum eterne glie crescat re
tribucio. qnto multos colligitis q̃
nobiscum in domo sine fine glient.
Sancta itaq; trinitas orantes p nob
sua nos ptectione custodiat vobisq;
in amore suo dona ad hunc multi
plicitora concedat. 2) Gregorius
Anthemio sub dyacono Campa
nie C C 2)

Cum fortius pniceda sunt cu
ncta que insontib; et maxi
me sacris ordinib; ingerunt. qm
satis culpabiles omnes qui in ca iohis
dyaconi rescdistis attende ut hyla
rium criminatorem ipsius nulla ex
dissimulone inta pena venies casti
gare. Ne illud ad excusacom vram
esse credatis ydoneum q nobis q̃
inditac nolentib; solus fr̃ et coept
nr̃ pastasius dr̃ distulisse. Nam
si zelo in nobis rectitudinis vigerisset
facilius annulatis coniacionibus suaderi
qm multi ab vno potuit sine ca
differi. Cuma g° tante neqcie ma
lum sine uo dei vltione ꝑpere cup.
ꝑptum fratrem nrm pastasium uolumus
admoneri. ut eundem hylarium suis sub
dyaconatus quo indignus fungit
priuet officio atq; verberib; publice ca

stigatum faciat in exiliu deportari
Vt vnius pena multor̃ possit ee cor
rectio. Tu si forte lenitatem dyaco
ni sui ad hunc oprimo castigatu no
commouet. et in hoc q no credimus tor
pens extitit experiencia tua hec que
diximus faciat. et de illius neglectu
nobis renunciet. Hortandus pterea ipse
fr̃ ex nro mandato est ut se in omnib;
vigilante exhibeat et eccle sue amplius
disciplina no negligat nec et pteri
dehinc qui ei sunt commissi substineat
et nos tunc se vehementer stimulet
si in officin sui cura qd' noꝑtamus
incautus uel lentus extitit. Volumus
aut ut incoratus fr̃ nr̃ pastasius
et vite dum s' ordinet et maiore
domus. qlis possit uel hospitib;
superuenientib; uel causis que eueniunt
ydoneus et patus existere. Si vo ne
gligentem eum pspicis et ea que di
ximus implere differentem omnis clerus
eius adhiberi debet ut commui consilio
ipi eligant quor̃ psone ad ea que
pdiximus valeant ordinari 2) Gre
Mi gorius Agapito Abbate C C 1 2

De rebus reuocabilib; uel qm
licet cultus dei sit obsequium vra
debet sollicite cura pspicere. Cuma igi
mon qd' in fundo marciano prouincie
campanie situm est ita hostilitate fa
ciente a congregacione funditus dicit
desolatum ut ne vnus exinde monachus
qui aliqm sollicitudine uel curam
debet adhibere remanserit tuo illud
mon cum omnib; rebus suis. uel q
ei competunt actionib; vtile pspeximus
uniendum. ut res eius tenendi uel
acquirentib; venditandi libera t' sit et
sine aliqua dubietate licencia In
quo cciã studii tui sit monachos
deputare. qui illic tempore quo
interualli de hoste fuit et opa di

celebrare et detentis decantare deservire.
Ne aliqua illud primas excusatione
neglegat. Quod ideo curae tuae ut sol-
licitudinem illic debeat adhibere committi-
mus. Ipsum autem monasterium sic tuae nos ordina-
tioni commisisse cognoscatis ut tamen
iurisdictionem illic non episcopus suae civitatis
in civitate tua monasterium tamen situm
est sed nutritus tuus est dinoscitur habeat.
Nam sic huius loci ordinationem dispo-
nimus ut tamen iura propria singulis
episcopis inviolata servemus. 2)

Gregorius Eusebio episcopo Thessal(onicensi)

Lator presentium Theo- CC II 2)
dorus ecclesiae vestrae lector ad sacratorum
apostolorum limina veniens dum ho-
minem quippe nominis huius incognitum
Andream monachum qui ad sanctum pau-
lum inclusus res et cartas quas
detulit ut eas olim noto monasterio
deposuit credens quod meis ipsius sic
et nos ante habueramus cum hiis
concordare. Sed tamen ille pravitatis
inventus est ut sub eius simulatione sub-
inclausionis specie paulo ad hunc a-
plius licuisset multorum animas
infelici sua falsitate deciperet et quo-
cumque potuisset nam levia scandala
generaret. Nam inter alia quae isdem
Andreas pessime cogitavit et fecit
eam quoque quam ad nos misistis epistolam
apud ipsum apostato lectore esse deposita
ita falsavit ut quicumque eam legeret
nos nec katholica nec recta sapere
evidenter argueret. Ex qua re contigit
ut dum veritatem studiose quereremus
eius quae latebat iniquitas vulga-
retur et tanta in ea repta sunt quae
ita nec de prelato quotumque laico
crederentur. Et quia mens dudum ma-
la aliquos etiam sermones scripsit
atque eos eximio nomine titulavit

et praesumpti sumus ne eos alicubi transmi-
serit fraternitas tua sollicitudinem gerat
et si quid tale reperit et extendi et
omnino faciat aboleri ut quod impietas
laborum et scripturae domine nescius in-
sicut dixi quaeque nomine praenotavit quo-
cumque animos non possit inficere. Na-
nos nec greci nonnumquam nec aliquod
opus alicuius greci scripsimus. Alia vero
mala ipsius vel quid de eo a nobis
in concilio statutum sit audita prae-
sentis quae fraternitati vestrae in omnibus
commendamus cui prius iunctus est rela-
tione cognoscatis. Hortamur praeterea atque mo-
nemus ut communem filium lectorem presbiterum
Decimo populi quem tu dixisti non inbodita
suspitione mordetur praesentes de se satisfa-
cere et fidem suam inconcusse confiteri
atque sanctas synodos quas apostolica
veneratur ecclesia a se suscipere et secundum
modis omnibus fateatur atque inter alia
Nestorium et Severum ac sequaces eorum
spontaneus anathematizando condempnat
ut hac satisfactione in filiorum nostrorum
cordibus nullum per illius occasionem
contra nos possit scandalum remanere.
Qui si forte quod non credimus fa-
cere hoc aliqua excusatione distulit
nichil nobis cum illo commune sit
sed a familiaritate atque communione
nostra per omnia segregandus est.
Nam sic ante iam scripsimus melius
de omnibus dimitto morbosam ovem
citius quam unius vitio sanas amittere.
Hec igitur frater diligenter attende et
ita stude ut et filios nostros unitos
ac devotos servare debeat hunc possis
et hec denuo ad nos querela non re-
deat. Latorem vero presentium ut prefati sumus
in omnibus commendamus. Eum qui prius
a malo monacho mortem deceptus est
et postmodum in correctione eius fortiter
repetiit laboris pro retributione habet

apud nostram firmitatem inveniat, quatenus
qui in terra ei pretia compensetur et cum
Christo. Si autem turpis ad eorum habitum
ad sanctos apostolos venire noluit cum
firmitas nostra sine aliqua mora transmittat etc. Gregorius mellito abbati
in Francia C. C. iii etc.

C.xxiii

Post discessum congregationis
nostre que tecum est valde sumus suspen-
si redditi / quia de prosperitate itineris vestri au-
disse non contigit / Cum vero deus omnipotens
vos ad reverentissimum fratrem virum nostrum
Augustinum perduxerit dicite ei quid
diu mecum de causa anglorum cogitans
tractavi / videlicet quia fana ydolorum
destrui in eadem gente minime debe-
ant / sed ipsa que in eis sunt ydola de-
struantur / Aqua fiat benedicta in eis-
dem fanis aspergatur / altaria construantur
reliquie ponantur / Quia si fana
eadem bene constructa sunt necesse est
ut a cultu demonum in obsequium
veri dei debeant commutari / ut dum
gens ipsa eadem fana sua non videt
destrui / de corde errorem deponat
et deum verum cognoscens ac adorans
ad loca que consuevit familiarius
concurrat / Et quia boves solent in
sacrificio demonum multos occidere /
debet etiam aliqua sollemnitas immu-
tari / ut die dedicationis vel natali-
cii sanctorum martirum quorum illic reli-
quie ponuntur / tabernacula sibi circa
easdem ecclesias que ex fanis commu-
tate sunt de ramis arborum faciant
et religiosis conviviis sollempnitatem
celebrent / Nec diabolo iam animalia
ymolent / et ad laudem dei in esu
suo animalia occidant / et donatori
omnium de societate sua gratias referant /
ut dum eis exterius aliqua gau-
dia reservatur ad interiora gaudia
consentire facilius valeant / Nam
duris mentibus omnia abscidere
impossibile esse non dubium est
Quia summum locum ascendere nititur
gradibus vel passibus non autem sal-
tibus elevatur / Sic israhelitico
populo in egipto dominus se quidem inno-
tuit / Sed tamen eis sacrificiorum usus
quem dyabolo solebat exhibere in
cultu proprio servavit / ut eis in suo
sacrificio animalia ymolare preciperet
quatenus cor mutantes aliud de sacri-
ficio amitterent / aliud retinerent / ut
et si ipsa essent animalia que offerre
consueverant / vero tamen deo hec
et non ydolis ymolantes / iam sacri-
ficia ipsa non essent / Hec igitur dilectionem
tuam predicto fratri necesse est dicere ut et ipse
in presenti illic positus perpendat qualiter
omnia debeat dispensare etc.

Gregorius Petro episcopo ydrantino C. C. iiii etc.

Oportunus abbas monasterii sancti
Leontii / quod in quinto romane urbis miliario situm est sanc-
tarum eiusdem martiris que de ecclesia pignorum ditata ut asserunt furto
ablata sunt a domino postulat de-
bere concedi / ut in eodem loco recon-
dantur Et ideo frater karissime quia eiusdem
beatissimi martiris corpus in brundisina sit
ecclesia tibi visitationis impendio
officium esse demonstratur / Prefati
viri desiderus convenit obedire
ut devotione qua postulat sor-
tiatur effectum / Gregorius Boni-
facio defensori corsice C. C. v

Experientia tua non sine culpa
est quod aleria atque adiacentium ci-
vitates corsice diu sine episcopis esse
cognoscentes clericorum et populum eorum
ad eligendum sibi sacerdotem distu-
lerit commonere Nunc quod sine

ppo amplius non debet esse corde puri
aucte suscepta clero et populo singu
larum ciuitatum hortamur festina vt
inter se dissentire non debeant sed vno
consensu vnaquaque ciuitas con
secrandum eligant sacerdotem et suo
decreto ad nos is qui fuit electus
adueniat Si autem in vno consentire
noluerint sed in duorum se electione
diuiserint similiter decretis ad nos
cum ore suis adueniant vt ingre
rentes de vita actu et moribus cor
eo qui visus fuit ordinetur quia
vero multi illic pauperes opprimi et
pati preiudicium perhibentur experi
entia tua sollicitudine gerat et g
rauari eos contra iustitiam non permittat
sed ita studeat vt nec agentes
contra ipsum dari nec hii contra quos
agitur iniuste valeant dispendium
sustinere Preterea peruenit ad nos q
quidam clericorum te illic posito a laicis
teneatur Quod si ita est tue culpe
hoc nouis reputamus quia hec si
si homo esses non debuit repu
tari Et ideo dilectio sollicitudine
te hic necesse est vt hoc si non permit
tas Sed si quis contra aliquem
clericorum causam habuit episcopum ipsius ad
eat Qui si forte suspectus exti
terit vel ab ipso aut si et hoc auc
tor refugerit actua est experientia
deputandus qui partes sub mutuo
consensu iudices compellat eligere
a quibus quicquid fuit definitum
ita vel tua vel episcopi sollicitudine
seruata lege modis omnibus compleatur
vt non sit vnde possit litigiis fa
tigari etc. Gregorius Barbare
et Anthomine C C vi etc.

Susceptis epistolis vestris omnimode
cognita vestra sospitate letati
sumus atque omnipotentem dominum de
precor quo nos et a malignis spiri
tibus in cogitatione et a prauis ho
minibus atque ab omni contrarietate
sua protectione custodiat Sit quoque nos
timori timoris sui gratia dignus com
moribus ordinet ut omnibus nobis in sua
ordinatione letificet Vos autem dul
cissime filie in eius adiutorio spe
vestram ponite et sub vmbra defen
sionis illius semper et orando et bo
agendo malorum hominum insidias de
clinate Quecumque enim humana sola
tia vel aduersitates fuerint nulla sit
nisi aut eius gratia protegat aut eius
offensa perturbet In nullo ergo hominum
spem ponatis tota mente in fiducia
dei astringite omnipotentis Nobis
ergo dormientibus ille nos protegat de
quo scriptum est Ecce non dormitabit
neque dormiet qui custodit israhel
Quod cum ad beati petri apostolorum principis
limina festinare nos dicitis opto om
nino et estuanti desiderio expecto vt
dignius venitis mittas in cuius nos
etiam videam Quatenus et nos de
me solamine aliquantulum et ego de
vestra presentia non paruam letitiam adquiram
Viro autem reuerentissimo fratri nostro Iohanni
episcopo et Romano defensori causas
vestras studium commendaui vt que re
perint debeant deo auctore perficere
Exenia autem vestra duas sacanas
quas de dolore vestro esse mandastis
libenter accepi sed tamen cognoscite
quia non in mandatum tradidi Ne
vos de labore alieno laudem queritis q
fortasse ad summum manum inique
insistis Nec tamen nunc vos ista contristat
quia opto vt sacram scripturam legere
ametis vt qui dominus nos omnipotens
deus viris coniunxit sciatis et quali
viuere et dominum vestrum quomodo dispo
nere debeatis etc.

Mense Septembri Indictione v^ta
Gregorius Dominico epo Carthaginensi C C vij

Quam copiosa cordis uri sit cari-
tas lingua interprete demonstrat
dum sit eius suavitate explere
vba conditis ut dulce et iocundum
sit omne quod scribitis Unde sit
ut si unitate uram quam corpe no
possimus dilectionis brachijs am-
plectamur Nam quod animis con-
cordibus longitudo negat itineris
prestat officium caritatis Et quia sit
amantissimorum fratrum sanitate refi-
cimur ita egritudine contristamur Om-
nipotenti deo gratias agimus qui me-
sticiam nram initio solatij est pro-
sperum quia audientes nos infirmi-
tatem gravissimam incurisse prius
scripta ura suscepimus maiorem tri-
sticiam tenebamus Sed quia quando
de periculo mortis eripimur ad quod
fratres karissime respexerunt letum est idon-
ciarum tempus ad utilitatem anime co-
gitamus ut positum venturo iudici
conces tam uram aput eum lacrimis
et opibus muniamus ut securitate
de his que gessimus accipere mea-
mur Nam et cuius scelaribus ad
hoc frequenter benignus concedit in-
dex inducias ut qui ante paratus
non fuerat postmodum paratus ad iu-
dicium veniat Et quale est si quod
in terrenis negotijs pro salute anime
negligamus Et ideo quia iuxta Iohannis
apli vocem nulla sine peccato est cogi-
tacionum illecebras lingue incontinen-
ciam delictorum opa ad memoriam
revocemus Et dum licet magno
pulsatu iniquitatum uarum maculas
deleamus ut pius et pius redemptor
est in nos iuxta multa ura videtur
excitat sed secundum misericordiam suam flec-
tatur ad veniam Et quia officium no-
strum solum pia flere non sufficit n
et de alienis sollicitudinem gesseritis
curam in commissi gregis custodia
studiosius impendamus Et suadendo
hortando terrendo predicando iniunctum
superna clemencia vice donati officium
implere ope festinemus ut desidera-
tum creatore nro largiente premium
expectemus Sed quia bonum aliquid
operari sine divino auxilio non valemus
mentis omnipotentem dominum dulcissime
frater precibus exoremus ut in mandatorum
suorum viam cum commisso grege gracia
sua dante nos dirigat atque ipse vobis
et intelligere et agere que sibi placita sunt
concedat qui vine sue donis nomine
nos voluit esse pastorum Preterea ex trans-
missione ure sanctitatis beati agilegi
martiris benedictionem ea caritate qua nobis
est a vobis transmissa percepimus

Gregorius Gabinelle columbe et
galle patribus C C viij

Petitis me gloriosa filia oracionis tue
audita bona letificant quia illa fe-
cisse peribetis per que dominum agentibus mi-
sericorditer peribentis ipam animam consci-
tis et alios temporalibus mittendo bonis
metrum celestibus faciens Et ideo quia
fidelis est cui credis secura committe
ea que habemus ut in die retribucionis
recipias quod impendis Ait namque
egregius predicator Scio cui credidi
et certus sum quia potens est depo-
situm meum servare in illum diem
Erit gloriosa filia quanta sit bonorum operum
retribucio considera et larga sit manus
in opere ut fiat nobis quod scriptum est
Absconde elemosinam in sinu pauperis
et hec pro te exorabit Remissius igitur
copiosum in celis fructum esse deposcit
seminare dum tempus est non obmittat
ut manipulos in die messis cum leticia

colligat Nam qui seminat in lacrimis
in gaudio metent Sed qualis messis
ex huiusmodi semente futura sit dicat
apostolus Qui seminat in carne sua de
carne et metet corruptionem qui autem
seminat in spiritu de spiritu et metet vitam
eternam Ne vero inopia nos egestatis
inveniat hanc nobis messem in satio-
ne multiplici preparemus Et quanto uberius
satiari cupimus tanto ei aquo totum
accipimus largius conferamus Nam
ipse de se dominus dicit Esurivi enim
et dedistis mihi manducare sitivi et de-
distis michi bibere hospes fui et colle-
gistis me nudus et operuistis me et
Atque in conclusione subiungitur Amen
dico vobis quamdiu fecistis uni ex
hiis fratribus meis minimis mihi fecistis
hoc ergo studiosius agite et hec agen-
tes in terra vobis retribui nichil
queratis quia superna desiderantibus
temporalia nulla sunt Sed ibi desideria
vestra figite ubi quicquid recipitur
finem non suscipit Bonum ergo facien-
tes non deficiatis ut illic vobis the-
sauros thesaurizare possitis ubi
neque tinea neque erugo demolitur
et ubi fures non effodiunt nec furantur
Preterea gloriam vestram presenti salutantes
affectu indicamus preclarum presbyterum pla-
rum cartularium virum clarum nos a
sacratissimo corpore beati Petri apostolorum prin-
cipis transmisisse in qua de catenis
eius ipsius benedictio continetur quia collo
vestro suspensa hoc nobis contendente
gratia absolutionis fiat quod illi fuit
causa martirii Omnipotens deus in suo
nos timore custodiat atque sic cor ve-
strum ad bonam semper operationem accen-
dat et ut hic nobis presentem gratiam tribuat
et ad gaudia postmodum vos eterna
perducat ꝛ Gregorius Columbo episcopo Numidias C C ix ꝛ

Om̄ virtus et auditu vero intollera-
bilis dicat dum latores presentium

qui se asserit fuisse Quod si querela
data ab eo petitio que tenetur in subditis
fraternitati vestre faciat manifestum Sed
quia pervenit ad nos quod corporali fuisset
culpa depositus dilecto viro fratri
hoc inquisitione perquirat et si ita est
in penitentia restituendum est et
commissi flagitii vinculum lacrimis
possit absolvere Si vero insons absque
peccatione claruerit una cum primate
concilii vel aliis fratribus coepiscopis
nostris omnia que petitio eius continet
diligenti a nobis examinatione que-
renda sunt et si querela veritate fulcitur
et in episcopo eius victore qui contra divinum
et sacerdotalem propositum tantum committere
nefas non meruit et canonici rigoris
ita districtio teneatur ut ex diffini-
tione vestra quam sit iniquum quod fecit
intelligat et hic suo ordini refor-
metur quia satis perversum et contra
ecclesiasticam probatum est censuram
ut frustra quod quorundam voluntatibus
quibus preicitur que sua culpa vel
facinus ab officio quo fungitur gradu
non deicit etc Gregorius Passi-
uo episcopo Mense Octobris Indictione
quinta Mense Novembris Indictione
quinta C C x ꝛ

Bene novit fraternitas vestra quam
longum sit tempus quod Aprutium
pastoralis causa sollicitudine desti-
tutum ubi diu quesivimus quem or-
dinari debuissemus et nequaquam potui-
mus invenire Sed quia Importunus
mihi in moribus suis in psalmodie
studio in amore orationis valde laudatur
et religiosi vitam animo decernere agere dicitur
hunc volumus ut fraternitas vestra faci-
at venire et de anima sua admoneat
quatenus in bonis studiis restat et si
nulla ei crimina que per leges sacre
regulam morte mulctata sunt obvi-
ant tunc hortandus est ut vel nobiscum
vel a nobis publicationis fiat ut

post aliquantulum tempus si deo domino pla-
cuit ipse ad pastoralem curam deca-
pronem. Et quia vero gracia obmanet
multo magis amonendus est ut sol-
relinquat, ut hec perfectius defleat
peto autem ut pro me orare debeas, quia tue
tribulacionibus cordis fatigor, minus do-
loribus cordis. **Gregorius O-
portuno de Aprucio C C xij.**

Peruenit ad me quod ex eo tempore
quo dilectionem tuam verbis aspris
propter quedam que in uite displicue-
rant contristaui magis est sit aborta tri-
sticia atque continuus animi meror pro-
dicte dilectissime fili nolo agnoscere
quod illa ego verba non asperitate cordis sed
amore tue anime sum locutus Tu ita-
que omnipotentem deum, contritam mentem
committere quoniam nichil sit fugitiua presens
vita considera eterna lucri premia festi-
nantium verius sufficit castigata carne
que quondam in voluptatibus vixit animam
castigauit benignitatem tuam prius
exhibe psalmodie et latinius horas vi-
te frequencius impende, illata mala
a proximis equanimiter tollera Si-
cientia vitatem inmensa perculcis luce
puta ut hec agens per temporalia que
despiciendo patris ad celestia regna
pertingas Omnipotens autem deus et cor
et corpus tuum celestis gracie salute
persuadeat, ut de eius spiritu et terra itaque
sentire et terra externis sufficias age
**Mense Januarii Indicione v
Gregorius Iohanni subdiacono Ra-
uennati C C xiij.**

Venientes monachi monasterii quondam
abbatis claudij petierunt sibi
Constancium monachum abbatem debe-
constitui Quos valde ego in sua peti-
cione detestatus sum, quia michi tre-
ne mentis esse omnodo apparuerit
qui tirunum minus homines abbatem
sibi quesierunt Cognoui eciam quod ipse
constancius peculiariter ate studeat

peculiaritate que maxime testatur
eum tot monachi non habere Ad deum
de cognoui quia ad monasterium quod superi-
orem prouincia situm est solus perge-
re cum aliquo fratrum suorum presumpsit
Ex qua eius actione cognoui eum
quod qui sine teste ambulat recte non
viuat, aut quod alius regulam teneat
quam sibimet ipse nesciat tenere Ab
hoc igitur recedentes cellarium quendam
nomine Maurum petierunt cuius vi-
ta atque industrie in litteris testificata-
Quia et quondam abbas claudius
eum in quibusdam laudat Tua
igitur experiencia sollicite requirat
et si eius vita ad locum regiminis
digna est reuerentissimo fratri et
coepiscopo meo Mariniano hunc abba-
tem ordinari faciat Si vero est quod
ei omnino obiicet aut ex sua congre-
gacione aptum inuenire minime
preualet ipsum de aliunde eligant vt
is quem elegerint fiat Hoc autem
predicto fratri et coepiscopo meo omnino dicite
stude ut peculiaritate a quatuor
aut quinque monachis in quibus corri-
gi hactenus minime potuit studio-
sissime compescat, et hoc ipsum
monasterium a tali peste mundare festinet
Quia si illic peculiaritas a mo-
nachis habetur, neque concordia neque
caritas in congregacione eadem po-
test permanere Quid est autem habitu
monachi nisi despectus mundi
Quomodo ergo mundum despiciunt qui
in monasterio positi aurum querunt
Itaque tua experiencia faciat, ut
neque ordinacio loci differatur
neque ad nos vlterius hac de re que-
la perueniat. Preterea quia isdem ca-
rissimus quondam filius meus
claudius aliqua me loquente de
prouerbiis de canticis canticorum de prophetis
de libris quos regum et de eptati-
co audierat que ego scripto tradere
pre infirmitate non potui ipse

ea suo sensu dictavit ne oblivione
deperirent ut apto tempore hec eadem in
inferret et emendatius dictaretur
Que cum michi legisset iterum dictorum
meorum sensum valde inutilius fuisse
permutatum. Unde necesse est ut tua ex-
periencia omni excusatione atque mora
cessante ad eius monasterium accedat / con-
venire fratres faciat et in bonorum vi-
tate quantascumque de diversis scripturis
cartulas detulit ad medium deducat
quas tu suscipe et michi celerrime
transmitte. De tuo autem reditu quia
molestiam te valde incurrisse cogno-
vimus deo propicio in subsequentibus co-
gitamus. Illud quoque ad me quorundam de-
lectione prolatum est. Illud quod
nunc quorundam prolatum est / quia reveren-
tissimus frater et coepiscopus meus Mari-
nianus legi commenta beati Job publice
ad vigilias faciat non grate suscepi
/ quia non est illud populare et rudi-
bus auditoribus impedimentum ma-
gis quam profectum generat. Sed dicas
ut commenta psalmorum legi ad vi-
gilias faciat que mentes secularium
ad bonos mores precipue informant.
Neque enim volo dum in hac carne sum
quasi dixisse me contigit ea facile
hominibus innotesci. Nam quia dilectis-
sime memorie Anatolius diaconus
quondam ac inbecti domino Imperatori
librum regule pastoralis dedit
egre suscepi. tum enim sanctissimus
frater et coepiscopus noster Anastasius
Anthiocenus in greca lingua trans-
tulit et sicut michi scriptum est
valde ei placuit / sed michi valde
displicuit / ut qui meliora habet
in minimis occupetur. In parte autem
tercia beati Job in eo versu in quo scrip-
tum est. Scio quia redemptor meus
vivit. Suspicor quia predictus frater
et coepiscopus meus / Marinianus me-
dosum codicem habeat / quia in sermone meo

est ita quod hunc et sepefatus frater
meus habeat. Quatuor enim verba sunt
que si eidem loco defuerint non modicum
prebent lectori scrupulum quarum hec omnia
subtiliter et celeriter exquirere / et si apud
excellentissimum exarchum michil pro-
fecerit hec non indicaveris neglexisse que po-
tes. De loco autem albini quid dicam
de quo nobis apte tecum iusticia iudice-
tur. de quo tamen debet districtius cogitare
preterea aliquantum temporis experiencie tue ex-
pectamus ut apud eminentissimum filium
nostrum profectum agere / quatenus curam formarum
committi augusto mereri debuisset pro eo quod
omnino sollicitus atque strenuus vir est / et
ita hactenus distulisti / ut nobis ne-
quid egeris indicaveris. Et ideo apud
eundem eminentissimum filium nostrum
vel modo omnimodo agere intende festina
/ ut forme predicto clarissimo viro per
omnia committatur / quatenus sollicitudine
aliquid in eis valeat reparare. Nam
sic despiciuntur atque negliguntur forme
predicte ut nisi maior sollicitudo fuit
inter paucum tempus omnino depereant. Er-
go nosti quam necessaria causa sit et qua-
litati utilis studendum est ut pre-
dicto sicut diximus viro per tuam
sollicitudinem modis omnibus commit-
tantur. Mense Septembris Indic-
tione. Promissio quam fecit Innocencius
domino Imperatori tempore et die et Indi-
tione .C. C. xiii. ...

Quotiens cordis oculus nube er-
roris obductus superne illustra-
tionis lumine fit serenus magna cau-
tela intendum est ne latenter auctor
scismatis irruat et ab unitatis ra-
dice eos qui eam reversi fuerint telo
iterum errorum abscidat. Et ideo postquam
ego civitatis illius episcopus corrupto
divisionis laqueo quo tenebar divi-
na mentium deliberatione pertractus pura
et spontanea voluntate ad unitatem sedis
apostolice divina gratia duce rediens et nunc pura

pura mente sed simulate reversus exti-
terim spondeo sub ordinis mei periculo et
anathematis obligatione atque promitto
tibi et per te sancto Petro apostolorum principi
atque eius vicario beatissimo Gregorio vel
successoribus illius me nunquam quorumlibet
suasionibus vel quocumque alio modo ad sci-
sma de quo redemptoris nostri gratia libe-
rante ereptus sum reversurum sed semper
me in unitate sancte ecclesie catholice et communione
romani pontificis per omnia permanere.
Unde iuratus dico per Deum omnipotentem
et hec sancta quattuor evangelia que in meis
manibus teneo et salutem gentium quam illi
atque illius dominorum nostrorum rempublicam
gubernantium me in unitate sicut dixi
ecclesie ad quam Deo propitio sum reversus
ad communionem pontificis romani semper
et sine dubio permanere. Et si quod absit
aliqua excusatione vel argumento
ab hac unitate me divisero periurii
reatum incurrens etiam pene obligatus
inveniar et cum auctore scismatis
eternam in futuro portionem. Hanc autem
confessionis promissionisque mee ille
notarius meus cum consensu presbiterorum
et diaconorum atque cleri qui me in hac
unitate obligantes se in subscriptis diebus
propria similiter voluntate secuti atque propriis
manibus subscripturi sunt scribendum
dictavi et propria manu subscribens
tradidi ac tali loco illius die et quod
sunt istique et subscripto episcopus: Ego ille
episcopus civitatis illius hanc confessionem
promissionemque meam pro statu decompositam
subscriptis omnibus sacramentis subscripsi.

Mense Martii indictione v. Gregorius Columbo episcopo etc.

Omnia bene olim nobis (x iiii)
est cognitum fraternitatem tuam sacer-
dotali gravitate et zelo esse ecclesiastico
decoratam satis optime perspeximus
nil interesse ad cognoscendum ea que
correptionis indigent decenter. Ne si fue-
rint dissimulatione postposita liciti(?) vel
quisque credat esse quod per. Qualiter ad
Paulinum fratrem nostrum Tegissis civitatis
episcopum clerus suus vel hii qui sub eo in
sacro ordine constituti in se prohibeat
corporaliter excessisse audire non indiges.
Nempe quod prius quam hec ad nos que-
la pervenerit etiam frater est sicut eis asse-
rentibus didicimus manifestum. Et quoniam
positus in subiectorum penam satis esse
non debet seviendi, Victori fratri et coepiscopo
qui primatum inter vos locum tenet scri-
bendum ut una tecum tua fraternitate vel
cum aliis fratribus nostris episcopis quos adhi-
beri perspexeritis inter memoratum fratrem
consacerdotem nostrum et clerum ipsius ea
subtili debeat investigatione cognosce-
re. Et id dilectio tua imineat atque solli-
citudinem gerat ut ea que ad nos per-
lata sunt inaudita non transeant ne
discordia in ecclesia unde magnopere
pellenda est nutriatur. Et siquidem
contra eum clericorum suorum vera querela
est culpam suam quam sponte corrigere
despexerit ita ecclesiastici vigoris diffi-
nitione cognoscat ut et decenti sentiat
quam sit grave quod fecit et discat de
futuro nil se plus agere posse quam licet.
Hec omnibus igitur hortamur ut zelum
quem propter Deum habere te novimus arden-
tius studeas exercere. Et quia incognitus
non est frater Paulinus ecclesiasticos ordines
per symoniacam dare heresim quod auditu
nefas est dicitur una cum antedicto primate
vel aliis subtilius hoc et cum omni
diligentia sit cure perquirere. Et si ita
quod absit inventum fuerit studendum
atque agendum est ut eum qui premium
accepit et eum qui dare non metuit
canonice ultionis pena feriatur quatenus
horum emendatio multorum possit esse
correptio. Et prius quam hec radix mortifera

male accessit et plures intemat totius
consilii deffinitione dampnetur ut nullus
umquam pro quouis ordine accipere ullus
dare aliquid audeat. Nec quisque exigat
sed premoneat ex inuito, ne aut ordo eccle-
siasticus confundatur, aut si probitas vite
despectus, si premium multi indignus
accepit. Hylario autem cartulario nostro
iniunximus, ut si causa poposcerit cog-
nicioni vestre interesse non renuat. Si ergo
necesse fuerit vestris illum apicibus ut illuc
venire debeat faciat terrorem. Qualiter
simul cum ipso tractatis melius decerne-
re que statuenda sunt debeatis. Gre-
gorius Victori episcopo C C XVI

Quantum leticie nobis est
fratres nos cognoscere erga filios ve-
stros propria caritate decenter esse sollici-
tos, tantum tristicie deputamus quia eos
ab illicitis nec adhoc frenum reuerenciant
sacerdotii prevalet consideratio temperare.
Cum igitur gravamus et aspera adversus
fratrem nostrum Paulinum Tegossis civitatis
episcopum clericorum eius uel eorum qui in
sacro sunt ordine positi querela sit fra-
ternitati tue liquere non dubium est. Ce-
late tamen vicinio non potuit quod ad
nos in longinquo perueniat. Et quia
valde cauendum est, ne hoc quod eum
frustra in se corporali iniuria queruntur
excedere, aut illicite presumamus, aut
fiat dissimulatione deterius sit manifesti
excessus canonica semper moderacione
premenda sunt, et una res et peritorum
correptio et esse possit regula futurorum.
Proinde simul cum dilectissimo com-
muni fratre Columbo episcopo uel aliis sacer-
dotibus quos uis subscriptum fratrem
nostrum et clericos eius causa examina-
re conuenit. Et si supplicancium que-
la ueritate subsistit, ita hoc regulari
emendacione corrigite ut et quam sit
malum quod fecit agnoscat, et iudicio
suo discat decreto fines non exire.
Nec loci tamen sicut dicitur ab eo postponi
ordinem paciaris. Ne illi respectu
ad periculum et tamen fiat ad culpam. Nam
ad personam in priori loco positam respicit
quicquid amore committitur nisi sollicite
cognoscatur. Illud autem quod isdem frater
noster Paulinus ecclesiasticos ordines dare
sub premio perhibetur, subtilius a nobis
et omnino districte querendum est. Et
si ita quod non putamus esse claruerit
sit ad ulciscendum hoc noster se propter
deum zelus attendat, ut et ordinanti
auaricia sua ad penam cedat et illicita ordi-
nato effectum carens ambicionis sue
de precio non fruatur. In qua re hor-
tamur atque paternis admonemus ut
ita fraternitas uestra studeat esse sollicita
quam vivus vicio illic heresos nequicia
conualescat sine uestra salte facto ex-
opere consilio radicitus amputetur.
Nam quisque ad hoc faciemus emendan-
dum officii sui consideratione uehementer
non assurgit, tamen ipso se habere non dubitet
porcionem, a quo prius hoc piaculare
flagicium sumpsit exordium. Et eo
hoc sunt diximus vigilanter atque
studiose agendum ut concilium nostrum
quod uniuersarum huiusmodi praua opinione
deo custodiente seruatum est huius
sceleris venenalario cartulario nostro
precepimus, ut sciens se scienter interesse no-
biscum non differat. Unde si necesse
fuerit nostris illi ut ad vos et ad nos
venire debeat epistolis iudicate. Qualiter
hec omnia una cum eo salubriter
deo possitis adiuuante dirimere.

Gregorius Iohanni episcopo
prime Iustiniane C C XVII

Quando mala que sunt fletu pur-
ganda sunt augentur excessibus
tanto maior est delinquentibus adhibe-
da correctio ut et ipsi facinus suum
pena saltem vindicante cognoscant
et alios ab illicitis ecclesiastice correctionis
inhibeat timor. Dilectissimus itaque
lator presencium ne me scon ad nos ve-
niens indicauit sicut et gestorum
exemplaria que huc detulit continebat

Paulum Doclea(tin)e civitatis ep(iscop)um
int(er) alia mala in corporali crimine lapsum
asserunt fuisse clericis accusatum atq(ue)
habita cognitione ita q(uod) sine dolore
dicere non possumus claruisse. Atq(ue) ig(itu)r
postq(uam) convictus est etiam libellum cu(m)
in quo ea de quib(us) accusatus fuerat
vera esse confessus est obtulisse. Qua
de re sententia illum ep(iscop)ali depositum
et se eius loco cum fr(atern)itatis vestre
consensu esse ep(iscopu)m ordinatum. Sed
inter eundem Paulum cum auxilio se-
cularium iudicum venientem ep(iscop)ium mole(stan)
p(ro)deuntis ingressum ablatis q(ue) violent(er)
rebus eccl(es)ie ab eo se p(er)cutium et ad
summam iniuriam ac iactem p(er)ductam.
Et quoniam tante nequicie p(ro)tervitas
nec dissimulanda nec leviter attenden-
da est fr(atern)itas v(est)ra hec omnia curet
addiscere. Et si ita se ut edocti sum(us)
v(er)itas h(abe)t p(re)dictum Paulum districta
faciat executione compelli. Ut que-
cumq(ue) abstulit omni mora vel ex-
cusatione cessante restituat. Si vero
nichil eccl(es)ie sed p(ro)prium se dixit ab-
stulisse quamvis g(ra)vis et iniquum
sit ut non a nobis vel metropolita
eius hoc peteret sed ausu temerario
manu p(re)sumeret agere violenta. Ve(rum)
ta(men) si quid p(ro)prium tulit sub frat(er)-
nitatis v(est)re debet examinatione con-
stare si verum est / sed et illud di-
ligenter querendum est / si quid male
de rebus dilapidavit eccl(es)ie / vel inde
abstulit hoc reformare ac satisfacere
modis omnib(us) compellatur. Si autem
differre temptaverit / quousq(ue) omne
quod dilapidavit / vel de substan-
tia tulit eccl(es)ie restituat in monasterio
inclusus est ut saltem coactus reddat
quod male auferre non timuit. Et
si forte quod non credimus p(ost) depo-
sitionem suam inverecundia ac p(ro)cessa
mente aliquid de ep(iscop)atu loqui atq(ue)
rursus ad hoc qualibet aspirare
p(re)sumptione temptaverit fr(atern)itatis v(est)re se-
cum inhibitatio ipsius omnino vigor atten-
dat / atq(ue) d(omi)nici corporis et sanguinis co-
mmunione privatum in monasterio eum usq(ue)
ad diem obitus sui ad agendam tunc
penitentiam retrudendum. Qui a p(ro)p(r)ii
sceleris maculas dignis discat fletib(us)
emundare quas illas in initium magis
anime sue nequitie augere despexit. Sus-
ceptus dilectissimus frater noster Neniesion
in suo loco ep(iscop)atus officio p(ro)cul dubio
reformet(ur). Et ne diu hac dete(riori) inquie-
tudine ac molestiam patiantur sollici-
tos nos esse iure est. Quia hoc non
solum ad huius monitionem verum etiam
ad aliorum constat emendationem p(ro)ficere ut
p(ro)prium hominum p(re)sumptio vel decreto con-
sacratorum canonum statuta vel ecclesiastica
disciplina nullo modo h(abe)at attemptare.

Gregorius Constantino ep(iscop)o Scodri-
tano C. C. xvij 2.

Que dilectissimus nobis lator p(rese)ntium
Neniesion ep(iscopu)m se Docleatine civitatis
esse dicit antistitem de facinore Pauli
Docleatini ut ipse asserit quondam ep(iscop)i
questus sit fr(atern)itati tue fuerant subti-
lius indaganda nisi scie(ntia) te omnia te-
staretur. Nempe et compassionem sibi
et noluisse subvenire sed prohibet im-
me potuisse. Et quia visa tanti fa-
flagitii negligi vel tueri non debet
impunita ne eius imitatione scelesta
ab aliis quod absit sumatur audacia
fr(atern)itas tua exemplaria scriptorum
huius subdita que ad reverentissimum Io-
hannem fr(atr)em n(ost)rum prime Iustiniane
civitatis ep(iscopu)m [illegible]
direximus diligentius relegat. Et si se-
cundum eorum seriem explere secuta pos-
se cognoscit ea que illi mandavimus
ipsa omnia ex nostra auctoritate exequatur
et faciat. Si vero hoc et quib(us)dam forte
observantib(us) obstaculis videt esse diffici-
le studendum est ut eadem scripta nostra
ad audientiam fr(atr)is n(ost)ri sine excusatione

Scelestus vel scele-
stus id est qui facino-
sus vel p(er)ditus

Regi celesti nunquam placuit scelesti
ut sis celestis noli assimilari scelesti

pervemat C[um] etiam et te conveniat
i minere ut ea que ei a nobis man-
data sunt districtius exequi et nulla
dicant occasione lentari Sed ita que
nequiter acta sunt emendatione congrua
corrigantur Curat una res et vlto
competens delinquenti et formido
sit aliis in eodem ordine constitutis

Gregorius Virinus epis Corinthi (?) bizathij C. C. xviij

Sicut laudabile decretum est
reverentia et honore debitum
exhiberi prioribus ita rectitudinis et
dei timoris est si qua in eis correc-
tionis indigent nulla dissimulatione
postponere ne totum quod absit corpus
incipiat morbus invadere si langwor
non fuit curatus in capite Ante tuum
tamen ingressum temporis quedam ad nos
de fratre nostro Crementio primate prolata
nostro sunt que cor nostrum non modico
mercede memore confligent sed prementibus
diversis tribulationibus et maxime cru-
sevientibus hostibus ea nobis non fuit
spatium requirendi Et quoniam ita sunt
gravia ut transire indiscussa nullo mo-
do debeant fraternitatem vestram huius hortamur
affatibus / ut cum omni sollicitudine
ac veracitate veritatis indagatione studeatis
multis modis dictis ut aut si ita
sunt ultione canonica resecentur / aut
si falsa fuerint veri innocentia diu sub
nefande opinionis dilaceratione non
iaceat Unde ne quis de predicto te-
pore incorruptione sit ammonemus
/ ut non cuiusdam persone sit gratia
non favor non blandimenta / vel quidlibet
aliud / quemcumque vestrum vel ad sinceritatis
que nobis iniuncta sunt molliat vel
a tramite veritatis excutiat / sed sacer-
dotalis ad investigandum nos propter di-
vinitatem attingite Nam si quis in hoc
aut piger esse / aut negligentem se pre-
sumpserit exhibere dictis criminibus apud
omnipotentem dominum se noverit esse participem
/ cuius zelo ad perscrutandas subtiliter
nephandi criminis facinores non movetur

Gregorius firmino epo Istrie C. C. xix

Quem redemptor noster de servorum
suorum numero perire non patitur ita
misericordie sue inspiratione cor eius
illustrat ut deserto erroris obstaculo
ad cognitionem lucis et viam redeat veritatis
Unde susceptis karissime fraternitatis
epistola magna in domino exultatione ga-
udemus / quia dilectionem te gratia veritatis
ecclesie aqua prematum et impiorum co-
mmunicatione distinctus fueras revocant
Sed quia quantum antiquus hostis separa-
tum se conspicit tanto impediat non
quiescit domino sollicitum vigilantem
que te esse convenit atque scutum constantie
contra iacula ipsius preparare ut illisa fra-
gantur / et vim interius penetrandi
non habeant Nulla ergo frater karissime
rerum dispendia nulli livores nulla
blandimenta nulle seditiones que
veneratur ubique sagittis animas ferunt
aversionis tue fervore te molliant
aut iterato redire compellant ne qui
forte superaveras gravius superatus et
captivus quod absit post victoriam te-
nearis / sed magis ut nunc certa pe-
titum deo propitio urbem diffusa ad
sinum te redisse gremium non mente as-
sistat studiosissime vel vigilandum
ac laborandum est ut ceteros possis
et alios revocare Qualiter dampna hec
aversionis tue exemplo commiseras non
solum reversionis bono resarcias sed
etiam lucrum exhibeas ut et ad pro-
merendum peccatorum veniam et futurorum
premia capescenda plus duo tuo indicas
revocasse quam tuleras Nobis igitur
omnino cure erit de fraternitatis tue quie-
te ut dignum est cogitare Quia
postquam nobiscum eam deo propitio egeretis
unius non alie utilitates tuas quam
unitas attendimus Aliqua vero nobis
de iustitatibus vestris Iohannes subdia-
conus scripsit sed credimus de dei om-
nipotentia quia sanctus petrus ad quem
reversi estis vos deserere non debet

Modo aut(em) de b(ea)ndictione eiusde(m) s(an)cti Petri transmisimus fr(ater)nitati v(est)re patu(lam) tam unam quam nos n(ost)re est tun(i)ca caritate qua a nobis est transmissa suscipere &c.

Mense May indictione V. Gregorius Deus episcopo mediolanensi C. C. XX.

Nulli ergo dubium quia si(cu)t sac(er)dotibus res in ep(isco)patu acquisitas nulla est alienandi licencia ita de eis que ante habuerint quicquid meditare voluerint non vetant(ur). Itaq(ue) fr(ater)nitate(m) tuam t(em)p(or)e quo adfuit h(ic) ista esse recolimus quod quedam im(m)obilia que Constancius decessor v(este)r in(sic) Limose antille dei filie sue sui testamenti serie et legati titulo dereliquit ea ep(iscop)us adquisisset derelicisse q(uod) ut si hoc constaret nullum ex(tra)h(er)us eaci(tur) eciam v(est)ra p(re)iudicium pateretur / quod et nos oportet recole(re) ut molestiam aliq(ua)m antille dei non facere / nec ei sine agnitione debitus que possidet / c(ui)t(er)q(ue) auferre. Sed si hoc contra v(est)re autores p(ro)bari esse confidunt u(est)ris nobis ep(isto)lis indicate, ut qualit(er) hoc ip(su)m constare debeat disponamus dummodo cogitavitate / nec eciam v(est)ra pati p(re)iudicium nec illa iniuste videatur affligi. Et quia quidam aliq(ua)m p(er)hibent h(un)c sup(ra)sc(ri)ptus decessor v(este)r non in ep(isco)patu sed dum esset adhuc dyaconus acquisivit nec(ess)e est ut sicut diximus s(an)c(t)a probacione debeat constare quod v(er)um est. Eandem v(er)o antillam dei fr(ater)nitate v(est)re commendamus ut a nullo eam paciatur gravari vel opp(ri)mi. Ne si inquietata fuit ex hiis tali occasione hoc pati q(uo)d no(n) decet extimet(ur). Et ideo si quid forte fuit quod debeat emendari / a(d) apl(ic)ano adhortac(i)onis v(est)re moderamine corrigatur / qualit(er) et nos ab invidia p(ar)tis exui / et nos q(uo)d facere convenit nullatenus ob(...)

Mense Aug(ust)us Indic(ti)on(e)

Dilecta Gregorius Lucido ep(iscop)o Leontinis C. C. XXI. &c.

Filius n(oste)r Iohannes abba p(res)b(yte)ru(m) s(ibi) in mon(asterio) suo ex congregacione ead(em) petit ordinandum. Ideo q(ue) fr(ater)nitate(m) v(est)ram p(rese)nti auct(orit)ate duximus adhortand(am) / qua(liter) virum quem nobis de congregacione sua ad ordinacione(m) p(res)b(yte)ri obtulit consecrandum deo sicut est consetudinis queq(ue) s(un)t discucienda subtilit(er) p(er)q(ui)rat. Et si nichil in eo repertum fuit quod ei possit obviare canonice sicut mos est consecretur. Nichil ei aliud p(ri)vilegii concedentes nisi q(uo)d in congregacione sua quociens optimum fuit sacra missar(um) debeat t(ame)n deo celebrare misteria &c.

Gregorius Eulogio p(at)riarche Alexandrino C. C. XXII. &c.

Latores p(rese)ncium ad Siciliam venientes a monofositarum errore conv(er)si sunt / atq(ue) s(an)cte universali ecclesie semet ipsos adunavit / qui ad b(ea)ti ap(osto)lor(um) principis ecciam pervenientes poposcerunt a me / ut eos meis ep(isto)lis v(est)re b(ea)titudini commendare debuisse / quat(enus) ab heticis qui n(ost)ri ipsos s(un)t nullam violenciam p(er)peti permittantur. Et quia unus eor(um) dicit mon(asterium) in quo s(u)nt a p(are)ntibus suis fuisse constructum a(d) iure deperderat a sanctitate v(est)ra p(re)cipere ut hii qui in eo s(un)t heretici ad p(r)imum s(an)cte ecclesie redeant aut de eodem mon(asterio) repellantur. Hec a nobis nobis indicata esse sufficiant. Nam de v(est)ra b(ea)titudine novimus quia quicq(ui)d ad zelum dei omnipotent(is) p(er)tinet tum omni facte fervore existimabat. Pro me v(er)o ut orare peto quia int(er) gladios longobardor(um) quos sustineo podagre doloribus vehementer affligor &c.

Epistola Iohannis Episcopi ad Gregorium papam de usu pallii et mappule C. C. XXIII. &c.

Reverentissimus consimus Kiricus castorius ap(osto)lice sedis v(est)re notarius dedit michi dom(in)i mei

cplam consortem mellis et ualneas
que sit tn infixit acculeos ut lotum
no subtrahet medicine Nam q supper-
biam dnm sequens indiuid reprc-
hendit uitiose initem ac placidum
quodammodo pfitetur Commemorast
igr q ego nouitatis ambigue palli
vsum propria antecessoribus ncis
indultum fuat vsurpassem Cum
tam ppn dom conscia que diua
dextera regit̃ nullo . do teste paciat
Nec opinionis pitto anres castitis-
simas apire . Primu quia licet pec-
cator nom tamen qm graue sit te-
merios apicibus affixos transcendere
et q omnis nichil aliud hēat q
ruinam Nam si maiores nre in
regibus superbiam no tulimt quanto
magis non ē in sacerdotibus suste-
tenda Deinde recolo me in sinu
atq gremio sacre sancte ecclie nre
romane cunctu et deo auxiliante
pncctum Et quibz excessibus ego
sanctissime illi sedi que vniuersali
ecclie iura sua transmittit psump-
serim obuiare ppt cuius obsuadia
anctez sit dei manifestu est uel-
torem com me inuitorz inuidia gnit
excitam Sed beatissimus dnus
meus nichil me contra priscam
consuetudine extimet attemptasse
Quod et ambitis et ppe ab omnibz
ciuibz huius vrbis / etiam nl gesta
si acquieuisset et subscptus rene-
rentissimus notarius potuat atte-
stari Cum iam destitutus desce-
dentibz filijs esse et ingredientibz
dyaconibz ut mox pcedat / tunc
primus dyaconus epo rauennat
ecclie et pallium consueuit induce
quod et in letanijs uti pit compe-
nit / Nullo aut com me dnimo
meos conetur subripe Cra si uult
deo custode no pt quod ame alig

fuisset nouitas introducta Qualis-
cum iussionibz uel vtilitatibz nris
vbi causa exigit parueram Ops
deus cordi nro piissimo faciat
manifestu Et hoc pcis nris iungn-
to / ut post tot labores atq angu-
stias quas nitq foris q sustineo
tlem vicissitudine meaz in rome
Sed itez nulla res me in alia
consolatur q modum sciissimi
patres obhc tm do castigant fi-
lios / ut eos faciat potiores Et pre-
hant deuotom ac satisffactom
sce rauennati ecclie que peculiarit
nra est no solum vetera pruilegia
confirmetis sed et maiora vestris
temporibz confratis / Nam quod
de mappulis apsbris et dyaconibz
meis psumptum aplatz noster
scpsit vere fateor tedet me aliqd
concordare cum pse inutas que apd
dnm meu sola preualet ipa suf-
ficiat / Nam cum hoc in moribus
tua vrbem constitutus ecclesie
licitum sic potuit etia aplatus
dom mei si venerabilez clericu
aplice sedis sue requirere dignitatis
fuisset modis omnibz inuenire
Cuma quotiens ad ordinatom
epatus seu consecrandi sacerdotes
uel leuite rauennatis ecclie
romam venerunt q omnes
in sanctissimorz decessorum
uorz cu mappulis sine repre-
sione aliqua pcedebant Que
etiam eo tpe q isti post hanc ap-
decessore nro ptior ordinatus
sum cuncti psbri et dyaconi
mei in obsequio domni pape
meu pcedentes vpi sunt / Et
quia prudens deus im omnia

Liber

in manu inv et in consta p̄missa collocavit. Adiuto nos per sedem aplicam qui antea morib in vnt etiam honore debito gubernatis ut in nullo ravennatis ecclie que familiaris iura est p̄ncs iniusto p̄uilegia quibus hucusque vsa est minuat. Sed sedm votum p̄phecitam in vie et in domo prius in sedm sui mitum suffecatile quia ego omnia p̄uilegia que sancte ravennatis ecclie a p̄decessoribus nris indulta sunt p maiori satisfactione p̄biecti eaz in scriniis venerabilibus sedm consecrationis detersorum meoz tpa sedem michi locum recipiente. Nunc vo in dieturna est ptate quantequod unitate cognita fieri insseritis. Cum ego donum iu iussionibus aplatus pater desiderans omnis antiqua consuetudo obtinuit usque ad sedam inspiom abstinere curam 2. Exempla

precepta 2. C. C. xx iiii 2.

Dilectissimo fri petro Iohanni convenire nominis boni ut eos amictu pallii decorem quos in illis civitatibus diuina inspirante iura sacerdotii honor illuminat. in quibus hoc etiam illis qui p̄titis tpibus fuere pontifices ab aplica sede constat ee indultum. Ideo q fraternitati tue vsum pallii sic dicessores tui habuisse noscuntur p̄nti auctoritate concedimus atque ea omnia etia honoris tui p̄uilegia nolumus permanere que antiquioribus tpibus ecclesie tue constat esse servatio ut michi prsus de p̄uilegiis eius deleas diminuta. Het subscripcio domini pp. Deus te incolumem custo

diat. Datum x kalend Octobris Imperante domino Iustino Augusto 2.

Incipit liber Dialogorum beati Gregorii

Quadam namque die dum nimis quorundam secularium tumultibus depressus quibus in suis negociis plerumque cogimur solvere etiam quod nos certum est non debere secretum locum petii amicum merori ubi omne quod mea michi occupatione displicebat se patenter ostenderet. et cuncta que infligere dolorem animo meo poterant congesta ante oculos meos licenter venerunt. Ibi cum afflictus valde et diu tacitus sederem dilectissimus michi filius meus petrus dyaconus affuit michi a primevo iuventutis flore in amicitiis familiariter obstrictus atque sacri verbi indagatione socius. Qui cum graui excoqui cordis languore me intuens ait. Nunquid non novi accidit. quod plus te solito meror tenet. Cui inquam. Meror petre quem cottidie patior et semper michi per vsum vetus est et semper per vsum novus. Infelix quippe animus meus occupationis sue pulsatus vulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit. quomodo ei labentia cuncta subter erant quantum rebus omnibus que volvuntur eminebat. quod nisi celestia cogitare consueverat quod retentus corpore ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat. quod mortem quoque que pene cunctis pena est videlicet ingressum vite et laboris sui premium amabat. At nunc ex occasione cure pastoralis secularium hominum negotia

patiatur / et post tam pulchra quietis sue spem terreni actus puluere fedatur. Cumque se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit cum interiora appetit / ad hec procul dubio minor redit. Perpendo itaque quid tollero perpendo quid amisi. Dumque intueor quod perdidi / fit hoc grauius quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior atque in naui mentis tempestatis valide procellis illidor. Et cum prioris vite recolo quasi post tergum ductis oculis viso littore suspiro. Quodque adhuc grauius est dum immensis fluctibus feror. Vix iam portum valeo videre quem reliqui / quia et ita sunt casus mentis ut prius quidem perdat bonum quod tenet / sed tamen se perdidisse meminerit / cumque longius recesserit etiam ipsius boni / quod perdiderit / obliuiscitur sit que ut post neque per memoriam videat / quod prius per actionem tenebat. Unde hoc agitur quod premisi quia cum longius nauigamus iam nec portum quietis quem reliquimus videmus. Non numquam vero ad augmentum mihi doloris adiungitur quod quorundam vita qui presens seculum tota mente reliquerunt michi ad memoriam reuocatur. Quorum dum culmen aspicio quantum ipse in infimis iaceo agnosco. Quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerunt qui ne per humanos actus a nouitate mentis veterescerent eos omnipotens deus huius mundi laboribus noluit occupari. Sed iam ea que prolata sunt melius insinuo si ea que per inquisitionem ac responsionem dicta sunt sola nominum prenotatione distinguo.

Nu

Petrus. Non valde in ytalia aliquorum vitam fulsisse virtutibus cognoui. Ex quorum igitur comparatione accenderis ignoro. Et quidem bonos viros in hac vita fuisse non dubito. Signa tamen atque virtutes aut ab eis facta nequaquam existimo aut ita sunt hactenus silencio subpressa vt utrum sint facta nesciamus.

Gregorius. Si sola petre referam que de perfectis probatisque viris unus ego homuncio vel bonis ac fidelibus viris attestantibus agnoui vel per memetipsum didici dies ut opinor antequam sermo cessabit.

Petrus. Uellem querenti michi de eis aliqua narrares. Neque enim ac pro re interrumpi expositionis studium graue videatur quia non dissimilis edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter inuenienda et tenenda sit virtus agnoscitur. In narratione vero signorum cognoscimus inuenta ac retenta qualiter declaratur. Et sunt nonnulli quos ad amorem patrie celestis plus exempla quam predicamenta succendunt. Fit vero plerumque in audientis animo duplex adiutorium exemplis patrum quia et amore venture vite ex precedentium comparatione accenditur / et si iam se esse aliquid estimat dum de aliis meliora cognouerit humiliatur.

Gregorius. Ea que michi sunt virorum venerabilium narratione comperta incunctanter narro sacre auctoritatis exemplo / cum michi luce clarius constet quia marcus et lucas euangelium quod scripserunt non visu sed auditu didicerunt. Sed ut dubitationis occasionem legentibus subtraham per singula que scribo quibus michi hec auctoribus sint comperta manifestabo. Hoc vero te

stare tropo, quia in quibusdam sensum
solummodo, in quibusdam vero verba cum
sensu teneo, quia si de personis
omnibus ipsa specialiter verba voluissem,
hec rusticano usu prolata stilus scri-
bentis non apte susciperet. Seniorum
valde venerabilium didici relatione
quod narro. Venantii quondam
patricii in Samnii partibus villa fuit
in qua colonus eius filium Ho-
noratum nomine habuit qui ab annis
puerilibus ad amorem patrie celestis
per abstinentiam exarsit. Cumque
tam magna conversatione polleret
se se quoque iam ab ocioso sermone restrin-
geret multumque ut prefatus sum per ab-
stinentiam carnem domaret die quadam
parentes eius vicinis suis convivium
fecerunt in quo ad vescendum carnes pa-
rate sunt. Quas dum ille ad esum con-
tingere pro amore abstinentie recusaret
ceperunt eum parentes eius irridere
ac dicere: Comede. Numquid piscem tibi
in hiis montibus allaturi sumus? Illo
vero in loco audiri pisces non videri
consueverant. Sed cum in huiusmodi sermo-
nibus Honoratus irrideretur repente
aqua in convivio defuit. Tunc situla
lignea sicut illic moris est mancipium
ad fontem perrexit. Cumque hauriret
aquam piscis situlam intravit. Et redi-
ens quoque mancipium ante ora discumben-
tium piscem cum aqua fudit qui
ad totius diei victum Honorato posset
sufficere. Mirati sunt omnes totaque
illa parentum irrisio cessavit. Ceperunt
namque in Honorato venerari abstinen-
tiam quam ante deridebant. Sicque a
Dei homine irrisionis dempsit opprobria
piscis de monte. Qui cum magnis
virtutibus cresceret a parentis domino pro libertate
donatus est atque in eo loco qui Fun-
dis dicitur monasterium construxit in
quo ducentorum fere monachorum pater extitit.

Honoratus magister abstinencie fuit
qui piscem de fonte in aqua si-
tula per sua merita invenit

Situla dicitur [illegible] qua aqua hauritur
vel [illegible] vas [illegible] vas apta
sitientibus ad bibendum

Ibique vita illius cunctis exempla con-
versationis dedit. Nam quadam die ex eo mon-
te quo eius monasterium in excelso pre-
minet ingentis saxi moles excisa
est que per declivum montis latus
veniens totius ruina celle omnium quoque fra-
trum interitum minabatur. Quam cum
venientem desuper sanctus vir vidisset
frequenti voce nomen Christi invocans dexte-
ra mox dextera signum crucis opposuit
eamque in ipso declivi montis latere ca-
dentem fixit sicut religiosus vir Lau-
rentius perhibet. Et quia locus non fuerat
quo inherere potuisset ita aspicitur ut nunc
usque monte recedentibus casura videatur.

Petrus

Putamusne hunc tam
egregium virum ut post magister discipulorum
fieret prius habuit magistrum?

Gregorius

Nequaquam hunc fuisse Gregorius
cuiusquam discipulum audivi sed
lege non constringitur donum sancti Spiritus.
Usus quippe recte conversationis est ut preesse
non audeat qui subesse non didicit nec
obedientiam subiectis imperet quam prelatis non
novit exhibere. Sed tamen sunt non-
nulli qui ita per magisterium Spiritus
intrinsecus docentur ut etsi eis exterius
humani magisterii disciplina desit ma-
gistri interni censura non desit. Quorum
tamen libertas vite ab infirmis non est
trahenda, ne dum se quisque similiter
Spiritu sancto impletum presumit, discipulus hominis
esse despiciat et magister erroris fiat.
Mens autem que divino Spiritu impletur
habet evidentissime signa sua, virtutes scilicet
et humilitatem. Que utraque si in una
mente convenerint liquet quod de presentia Spiritus
presentia ferunt. Sic etiam Iohannes
baptista magistrum habuisse non legitur,
neque ipsa Veritas que presentia corporali
apostolos docuit eum corporaliter inter di-
scipulos aggregavit, sed quem intrinsecus
docebat intrinsecus quasi in sua libertate
relinquebat. Sic Moyses edoctus ab an-
gelo mandatum didicit quod per hominem

non cognouit. Sed hec ut prediximus
infirmis ueneranda sunt non imita-
da. 2ᵐ petrus. Capitulum 2ᵐ
Placet quod dicis, sed peto ut in-
dicas si tantus hic pater aliquem
discipulum imitatorem sui reliquerit.
Vir reuerentissimus. Petrus
Libertinus qui tempore regis Tho-
tile eiusdem fundensis monasterii
prepositus fuit in discipulatu illius eru-
datus est atque eruditus. De quo cum eius
uirtutes multas plurimorum narratione
cita uulgauit, predictus tamen Laure-
cius religiosus uir qui nunc superest
et ipso in tempore illi familiarissimus
fuit multa michi de eo dicere con-
sueuit. Ex quibus ea que recolo pau-
ca narrabo. In eadem prouincia quam
supra memoraui idem uir pro utilitate
monasterii carpebat iter. Cumque Darida
gothorum comes cum exercitu in locum
eundem uenisset, dei seruus ex ca-
ballo in quo sedebat ab hominibus
eius proiectus est. Qui iumenti per-
diti dampnum libenter ferens etiam fla-
gellum quod tenebat diripientibus
obtulit dicens: Tollite ut habeatis
qualiter iumentum minare ualeatis.
Quibus dictis protinus se in orationem
dedit. Cursu autem rapido predictus dux
exercitus peruenit ad flumen nomine
Vulturnum. Ubi ceperunt equos suos
singuli hastis tundere calcaribus cru-
entati fatigari potuerunt, moueri uero non
potuerunt, sicque aquam fluminis tangere quasi
mortale precipicium pertimescebant. Cumque
diu cedendo sessores singuli fatigarent 2
unus eorum intulit quia ex culpa quam
seruo dei in uia fecerunt illa sub-
itineris dispendia tolerarent. Qui
statim reuersi post se Libertinum reperere-
runt in oratione prostratum. Cui cum dicerent:
Surge tolle caballum tuum. Ille
respondit: Ite cum bono ego opus caballi
non habeo. Descendentes uero inuitum cum
in caballo de quo deposuerant leua-
uerunt et protinus abscesserunt. Quorum
equi tanto cursu illud quod prius tran-
sire non potuerant flumen transierunt
ac si illic fluuius alueus aquam minime
haberet. Sicque factum est ut dum suo
dei uiro suus caballus redditur
omnis a singulis recipiuntur. Eodem
quoque tempore in campanie partibus Buccel-
linus cum francis uenit. De mona-
sterio dei famuli dei rumor exierat
quod multas diuicias haberet. Ingressi
oratorium franci ceperunt sevientes
Libertinum querere, Libertinum clamare.
Ubi ille in oratione prostratus iacebat.
Mira res. Querentes et sevientes
franci in ipso ingredientes impingebant
et ipsum uidere non poterant. Sic-
que sua cecitate frustrati a monasterio
uacui sunt regressi. Alio quoque
tempore pro causa monasterii abbatis iussu qui
Honorato eius magistro successerat
Rauennam pergebat. Pro amore uero
eiusdem uenerabilis Honorati semper
Libertinus ibat semper eius caligu-
lam in sinum portare consueuerat. Ita-
que dum pergeret accidit ut quedam
mulier extincti filii corpusculum
ferret. Que dum famulum dei suspiceret
inuicta amore filii succensa mune-
tum eius perfixum tenebat atque
cum iuramento dixit: Nullatenus
recedes nisi filium meum suscita-
ueris. At ille inusitatum huius ple-
miraculum expauit peticionis, inua-
nietum declinare muliebrum, sed non
preualens hesit animo. Considerare
libet, quale quantumque certamen
in eius pectore fuit. Ibi quippe
pugnabant inter se humilitas continua-
tionis et pietas matris. Timor
ne insipitata presumeret dolor ne orba-
te mulieri non subueniret, sed ad ad dei

di gratiam vicit pietas illud pectus virtutis. Et ideo fuit validum quia de victis virtutis enim pectus non erat / Si hoc pietas non vicisset. Itaque descendit genua flexit / manus ad celum tetendit / caligulam de sinu protulit et super defuncti pueri corpus posuit. Quo orante anima pueri ad corpus rediit / quem cum pheredi et flenti matri vivente reddidit et iter quod ceperat perrexit. Petrus

Quidnam hoc esse dicimus virtutem tanti miraculi Honorati egit meritum an petitio libertini. Gregorius

In ostensione tam admirabilis cum fide femine signi virtus convenit utrorumque atque ideo libertinum ista existimo potuisse quia plus didicerat de magistro quam sua virtute confidere. Cuius enim caligulas in pectore extincti corpusculi posuit eius nimirum animam obtinere quod petebat estimabat. Nam heliseus quoque magistri pallium ferens atque ad iordanem veniens percussit semel et aquas minime divisit. Sed cum repente diceret Ubi est nunc etiam deus helie percussit flumen magistri pallio et iter inter aquas fecit. Perpendis petre quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet. Tunc exhibere magistri virtutem potuit quando nomine magistri ad memoriam reduxit. Quia cum ad humilitatem sub magistro redegisset rediit quod magister fecerat et ipse fecit. Petrus

Libet quod dicis sed queso te est ne aliud aliquid quod adhuc de ipso ad nostram edificationem narres. Gregorius

Est plane si sit qui velit imitari. Ego enim virtutem pacientie signis et miraculis maiorem credo. Quadam namque die is qui post venerabilis Honorati exitum monasterii regimine tenebat contra eundem venerabilem libertinum in tanta iracundia exarsit ita ut in eum manibus extenderet. Et quia virgam qua eum ferire posset minime invenit correpto scabello suppedaneo ei caput atque tundit totumque voltum illius tumentem ac liuidum reddidit. Qui vehementer cesus ad stratum suum tacitus recessit. Die vero altera pro vtilitate monasterii causa constituta. Expletis igitur ymnis matutinalibus libertinus ad lectum abbatis venit orationem sibi humiliter petiit. Sciens vero ille quantum ab cunctis honoraretur et diligeretur quam sibi ingesserat recedere eum ab monasterio putabat et requisivit dicens. Ubi vis ire. Cui ille respondit. Hesterna causa constituta est pater quam declinare nequeo / quia hesterno die me hodie promisi iturum ubi ire disposui. Tunc ille a fundo cordis considerans asperitatem et duritiam suam humilitate et mansuetudine libertini defecto prosiliit. et pedes libertini tenuit seque peccasse et reum esse testatus est / quia tali tantoque viro tam crudelem facere contumeliam presumpsisset. At contra libertinus se in terram prosternens eius que pedibus provolutus non illius sevicia sed sue culpe fuisse referebat quod pertulerat / Sicque actum est ut ad magnam mansuetudinem perduceretur pater / et humilitas discipuli magistra fuerat magistri. Cumque pro vtilitate monasterii ad constitutionem cause egressus fuisset multi viri noti ac nobiles qui eum semper valde honorabant vehementer admirati sollicite requirebant quid hoc esset quod tam tumentem ac liuidam faciem haberet. Quibus ille dicebat. Hesterno sero peccatis exigentibus scabello subpedaneo impegi atque hoc pertuli. Sicque sanctus servans in pectore honorem veritatis et magistri / sed non prius prodebat vicium nec falsitatis incurrebat peccatum. Petrus

IIII. Putamus ne vir iste venerabilis libertinus de quo tot signa et miracula retulisti in tam ampla congregatione imitatores sui in virtutibus

non reliquit. Capitulum iii Gregorius

Felix qui appellatur curvus quem
ipse cognosti qui eiusdem monasterii
nuper prepositus erat multa mihi
de fratribus eiusdem monasterii admi-
randa narrabat de quibus aliqua que
ad memoriam veniunt silencio subprimo
quia ad alia festino. Sed dicam unum
quod ab eo narratum preterire mit(i) dig-
nullomodo estimo.

In eodem monasterio quidam magne vi-
te monachus fuit ortulanus. Fur
vero venire consueverat / et per sepem
ascendere et occulte alia olera au-
ferre. Cumque ille multa plantaret
que minus inveniret. et alia pedibus
conculcata alia direpta conspiceret
totum ortum circuens invenit iter unde
fur venire consueverat. qui eundem
ortum deambulans repperit etiam
serpentem. Cui precipiens dixit. Seque-
re me. Et ad aditum furis perveniens
imperavit serpenti dicens. In nomine
domini ihesu christi precipio tibi ut istum adi-
tum custodias et furem huc ingredi
non permittas. Protinus serpens totum
se in itinere transversum tetendit et ad
cellam monachus rediit. Cumque tempore
meridiano cuncti fratres quiescerent more
solito fur advenit sepem ascendit /
et cum in orto pedem deponeret
vidit subito quia tensus serpens
clausisset viam. Et tremefactus post
semetipsum concidit et pes eius per
calciamentum in sude sepis inhesit.
Sicque usque dum ortulanus et pende-
tem furem in sepe repperit. Serpenti
autem dixit. Deo gratias ago imple-
sti quod iussi. recede modo. Qui
illico abscessit. Ad furem vero veniens
ait / Quid est frater. Tradidit te mihi
deus. Cur in labore monachorum
furtum committens facere presumpsisti. Et
hoc dicens pedem illius a sepe in qua
inheserat / solvit / eumque sine lesione

deposuit. Cui dixit sequere me.
Quem sequentem duxit ad orti ad-
ditum et olera que furto volebat
auferre ei tam magna dulcedine pre-
buit dicens / Vade et hoc furtum
non facias / sed tu nunc habes huc
ad me ingredere / et que tu per peccatum labo-
rabas tollere ego tibi devotus dabo

Petrus

Nuncusque ut invenio itaque nunc
ego non fuisse patres in ytalia
qui signa fecerunt estimabam etc.

Gregorius

Fortunati viri venerabilis abbatis
monasterii quod appellatur balneum
ciceronis aliorumque etiam virorum vene-
rabilium didici relatione quod narro.
Vir sanctus quidam equicius
nomine in valerie partibus fuit qui
pro vite sue merito apud omnes illic ma-
gne ammirationis habebatur. cui fortunatus
idem familiariter notus fuit. Qui vi-
delicet equicius pro sue magnitudine sanctitatis
multorum in eadem provincia monasteriorum
pater extitit. Hunc cum iuventutis
sue acri certamine incentiva fatigarent
ipse sue temptationis angustie ad o-
studium eum solertiorem fecerunt.
Cumque omnipotenti deo remedium
continuis precibus quereret nocte quadam
assistente angelo eunuchizari se vidit
eius que visioni apparuit quod omnem
motum ex genitalibus eius membris
abscideret atque ex eo tempore ita alienus
fuit a temptatione ac si sexum non
haberet in corpore. Qua virtute fretus
ex dei omnipotentis auxilio ut viris
ante preerat ita et cepit postmodum
feminis preesse, nec tamen discipulos
suos ammonere cessabat ne exemplo
eius se facile in hac re crederent et
casuri temptarent donum quod accepis-
sent. Ego eodem tempore quo ma-
lefici in hac Romana sunt urbe
deprehensi basilius qui in magicis

Sudes sudis dicitur palus vel
particula acuta que terre
infigitur

De basilio monacho incantatore et sanctimoniali que in ipsum exarsit

temporibus primus fuit in monachico habitu
fugiens valeriam petiit Cui adversus
reuerentissimum castorium amiternine ci-
uitatis episcopum pergens petiit ab eo ut
eum equitio abbati committeret et socian-
dum monasterio illius commendaret Tunc
ad monasterium episcopus venit secumque basi-
lium monachum adduxit et equitium
dei famulum ut eundem monachum
in congregatione susciperet rogauit
Quem statim vir sanctus intuens
ait Hunc quem commendas pater
ego non video monachum esse sed dya-
bolum Cui ille reddidit Occasionem
queris ne debeas prestare quod peteris
Ad quem dei famulus ait Ego quidem
denuncio hoc quod eum esse video ne
tamen me nolle obedire existimes
facio quod iubes Susceptus itaque in
monasterio est Cum non post multos
dies idem dei famulus pro exhortan-
dis ad desideria superna fidelibus pau-
lo longius a cella egressus est Quo
discedente contigit ut in monasterio virginum
in quo eiusdem patris cura vigilabat
una earum que iuxta carnis habitu-
dinem speciosa videbatur febricitare incepit
et vehementer anxiari magnisque voci-
bus et stridoribus clamare Modo mo-
ritura sum nisi basilius monachus veniet
et ipse michi per sue curationis stu-
dium salutem reddat Sed in absentia
patris accedere quisquam monachorum in con-
gregationem virginum minime audebat
quanto minus ille qui nouus aduenerat
cuius adhuc vitam fratrum congre-
gatio nesciebat Missumque est repente
ad dei famulum equitium nunciatum
que est illi quod sanctimonialis illa in-
mensis febribus estuaret et basilii
monachi visitationem anxie quereret Quo
audito vir sanctus dedignando subri-
sit atque ait Numquid non dixi quod dyabolus
esset iste non monachus Ite et eum de cel-
la expellite De ancilla vero dei que

anxietate febrium vrgetur Nolite esse
solliciti quia ex hac hora nec febribus
laboratura nec basilium quesitura
Regressus est monachus et ea hora
saluti restitutam dei virginem agnouit
qua eandem salutem dei famulus etiam
longe positus predixit Et virtute mira-
bili exemplum tenens magistri qui imi-
tatus ad filium reguli cum solo verbo
restituit saluti ut reuertens pater ea
hora filium restitutum vite cognouit
qua vitam illius ex ore veritatis au-
disset Omnes autem monachi iussionem
sui patris explentes basilium ex mona-
sterio repulerunt Qui repulsus frequenter
clamabat se cellam equitii magicis
artibus in aera suspendisse nec tamen
eius quempiam potuisse ledere Qui
post longum tempus in hac Roma-
na vrbe exardescente zelo christiani
populi igne crematus est Qua-
dam vero die una dei famula ex eodem
monasterio virginum ortum ingressa
est que lectucam conspiciens concupi-
uit eamque signo crucis benedicere
oblita est et momordit auide et
arrepta a dyabolo protinus cecidit
Cumque vexaretur eidem patri equitio
sub celeritate nunciatum est ut ve-
niret concite et orando occurreret
Moxque ut ortum idem pater ingressus
est cepit ex eius ore quasi satis fa-
ciens qui hanc arripuerat dyabolus
clamare dicens Ego quid feci ego
quid feci Sedebam michi super
lectucam venit illa et momordit
me Cui cum graui indignatione
vir dei precepit ut abscederet et locum
in omnipotentis dei famula non
haberet Qui protinus abscessit nec eam
contingere vltra valuit De eodem

Quidam vero felix nomine nur-
sie prouincie nobilis pater
huius castorii qui nunc nobiscum in
hac Romana vrbe demoratur cum
eundem virum venerabilem equitium

Sanctimonialis lactucam comedens non benedictam quam et dyabolus mox oppressit

ordine clericatus constrictus est et per singula loca discurreret et studiose predicaret quadam die familiaritatis ausu cum adiit dicens Tu qui sacrum ordinem non habes atque a Romano pontifice sub quo degis predicacionis licenciam non accepisti predicare quomodo presumis Qua eius inquisitione compulsus vir sanctus indicavit predicacionibus licenciam qualiter accepit dicens Ea que michi loqueris ego quoque mecum ipse pertractavi Sed nocte quadam speciosus michi iuvenis astitit atque in lingua mea medicinale ferramentum id est flebothomia posuit dicens Ecce posui verba mea in ore tuo egredere ad predicandum atque ex illo die si voluero de deo tacere non possum

Petrus

Velim patris huius etiam opera agnoscere qui fertur talia dona percepisse Gregorius

Opus petre ex dono est non donum ex opere alioquin gracia iam non est gracia Omne quippe opus dona preveniunt quamvis ex subsequenti opere ipsa etiam dona succrescant Ne tamen vite eius cognitione frauderis sub hunc reverentissimus Reatine ecclesie antistes agnovit et super sunt adhuc multi qui eum scire potuerunt Sed plus est operis quod queris quando concordabat vite mundicia cum studio predicacionis Tantus quippe illum colligendis deo animis fervor accenderat ut sic monasteriis preesset quatenus per ecclesias per vicos per castra per singulorum quoque fidelium domos circumquaque discurreret et corda audiencium ad amorem patrie celestis excitaret Erat autem valde vilis in vestibus atque despectus ut si quis fortasse nesciret salutatus etiam resalutare despiceret Et quociens ad alia tendebat loca iumento sedere consueverat quod despicabilius omnibus in terra inveniri potuisset In quo etiam capistro pro freno et vervecinis pellibus pro sella utebatur pro semetipso sacros codices in pelliceis sacculis missos dextra et levo latere portabat et quocumque pervenisset scripturarum aperiebat fontem et irrigabat prata mencium Huius quoque opinio predicacionis ad Romane urbis noticiam pervenit atque ut est lingua adulancium auditoris sui animam amplectendo necans eo tempore clerici huius sedis apostolice antistiti adulando conquesti sunt dicentes Quis est vir rusticus qui auctoritatem sibi predicacionis arripuit et officium nostri domini apostolici presumit usurpare indoctus presumit mittatur igitur si placet qui eum huc exhibeat ut quis sit ecclesiastici ordinis agnoscat Sicut autem moris est ut occupato in multis animo adulacio valde surripiat si ab ipso cordis ostio non fuerit citius repulsa Suadentibus clericis pontifex consensum prebuit ut ad romanam urbem adduci debuisset et quenam esset sua mensura Iulianum autem tunc defensorem mittens qui Sabinensi ecclesie postmodum in episcopum prefuit Hoc tamen precepit ut cum magno honore eum deduceret ne quantumcumque dei famulus ex convocacione eadem iniurie sentiret Qui parere de eo clericorum notitiis concitus volens festine ad eius monasterium cucurrit absente eo antiquarios scribentes repperit ubi abbas

esset inquisiverunt. Cui dixerunt:
In valle haec quae monasterio superiacet
fenum secat. Idem vero Iulianus
superbum valde atque contumacem pue-
rum habuit, cui vix poterat vel ipse
dominari. Hunc ergo misit, ut eum
ad se sub celeritate perduceret. Perrexit
puer protinus per pratum velociter
ingressus omnibusque intuens illic fenum
secantes requisivit quisnam esset
Equitius. Moxque ut audivit quis
esset, adhuc longe positus aspexit,
et immenso timore correptus est, coe-
pit que tremere lassescere seque ipsum
tremuli gressu vix posse portare.
Cum tremens pervenit ad Dei hominem,
atque eius ulnis genua deoscula-
tus humiliter strinxit suumque domi-
num ei occurrisse nuntiavit. Cui resa-
lutando Dei famulus praecepit dicens:
Alleva fenum, vade, porta pabulum
iumentis, ecce ego quia paene ipse
opere expleto te subsequar. Is autem
autem qui missus fuerat Iulianus
defensor mirabatur valde quidnam
esset quod redire moraretur puer. Et ec-
ce cum redeuntem puerum conspicit atque
in collo fenum exportantem, defensor ve-
hementer iratus coepit clamare di-
cens: Quid est hoc? Ego te misi ho-
minem adducere, non fenum portare.
Cui respondit puer: Quem quaeris
ecce subsequitur. Ecce tamen vir Dei
clavatis calciatus caligis falcem
fenariam in collo deferens veniebat.
Quem adhuc longe positum puer
suo domino quia ipse esset, qui quaere-
retur, indicavit. Ipse vero Iulianus
repente ut vidit Dei famulum
ex ipso habitu despexit, eumque qualiter
debebat alloqui proterva mente parabat.
Mox vero ut servus Dei cominus
affuit, eiusdem Iuliani animum tol-
lerabilius pavor invasit ita ut tre-
meret ad annuntiandum hoc ipsum ad
quod venerat vix lingua sufficere
potuisset. Cui humiliato mox ipsi
ad eius genua cucurrit et orationem
pro se fieri petiit et quia eius apostolicus
pontifex eum videre vellet indicavit.
Vir autem venerandus Equitius coepit
immensas gratias omnipotenti Deo agere
asserens quod se per summum pontificem
gratia superna visitaret. Illico
vocavit fratres praecepitque hora eadem
iumenta praeparari atque executorem
suum coepit vehementer urgere ut sta-
tim exire debuisset. Cui Iulianus
ait: Hoc fieri nullatenus potest, quia
lassatus ex itinere hodie non valeo
exire. Tunc ille respondit: Contristas
me fili, quia si hodierna die non
egredimur, iam crastina non ex-
hibimus. Dei itaque famulus execu-
toris sui lassitudine coactus in
monasterio die ac nocte eadem de-
moratus est. Cum ecce sequenti
die sub ipso lucis crepusculo equo
vehementer fatigato in cursu ad Iu-
lianum puer venit cum epistola in
qua ei praeceptum est, ne contigeret
servum Dei vel movere de monasterio au-
deret. Quem cum ille requireret cur
esset sententia mutata, cognovit quia
eadem qua ipse illuc executor mis-
sus est nocte, per visionem vehementer
pontifex, pontifex fuerat exterritus
tur ad exhibendum hominem Dei
mittere praesumpsisset. Cui protinus
surrexit seque viri venerandi ora-
tionibus commendans ait: Rogat
pater vester ne fatigari debeatis. Cumque
hoc Dei famulus audisset, con-
tristatus ait: Nunquid non dixi hesterno

dixi, quia si statim non pergeremus iam pergere minime liceret. Tunc per ostentationem caritatis exhibitione aliquantulum executorem suum in cella retinuit, cui et laboris sui commodum coacto remittere dedit. Conspice igitur petre in quanta dei custodia sunt qui in hac vita seipsos despicere noverunt, cum quibus civibus intus in honore numerantur qui despecti foris hominibus non erubescunt. At contrario in dei oculis iacent qui apud semetipsos et proximorum oculos per inanis glorie appetitum tumescunt. Unde et veritas dicit quibusdam: Vos estis qui iustificatis vosmetipsos coram hominibus, deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est abhominabile est apud deum.

Petrus. Miror valde quod de tali viro subripi tanto pontifici potuerit.

Gregorius. Quid miraris petre quia fallimur qui homines sumus? An menti excidit quod david qui prophetie spiritum habere consueverat contra innocentem ionathe filium sententiam dedit cum verba pueri mentientis audivit? Et tamen quia per david factum est et occulto dei iudicio iustum credimus, et tamen humana ratione qualiter iustum fuit non videmus. Quid ergo mirum si ore mentientium aliquando in aliud ducimur qui prophete non sumus? Multum vero est quod uniuscuiusque presulis mentem densitas curarum devastat. Cumque animus dividitur ad multa fit minor ad singula, et tanto ei in una qualibet re subripitur quanto latius in multis occupatur.

Petrus. Vera sunt que valde que dicis.

Gregorius.

Silere non debeo quod de hoc viro abbate quondam meo reverentissimo valentino narrante cognovi. Dicebat namque quia corpus eius dum in beati laurentii martyris oratorio esset humatum, super sepulcrum illius rusticus quidam archam cum frumento posuit, nec quantus qualisque vir illic iaceret perpendere atque revereri curavit. Cumque repente turbo celitus factus rebus omnibus illic in sua stabilitate manentibus, archa que supposita sepulcro eius fuerat extulit longeque proiecit, ut palam cuncti cognoscerent quanti esset meriti is cuius corpus illic iacebat. Hec etiam que subiungo predicti venerabilis viri fortunati qui valde mihi etate, opere et simplicitate placet, relatione cognovi. Cum valeriam provinciam longobardis invadentibus ex monasterio reverentissimi viri equitii in predicto oratorio ad sepulcrum eius monachi fugerent, cumque longobardi sevientes oratorium ingressi essent, ceperunt eosdem monachos foras trahere, ut eos aut per tormenta distruerent aut gladiis necarent. Quorum unus ingemuit atque acri dolore commotus clamavit: Heu heu, sancte equiti, placet tibi ut trahamur et non defendas nos? Ad cuius vocem protinus sevientes longobardos inmundus spiritus invasit, qui corruentes in terram tam diu vexati sunt, quousque etiam cuncti hoc qui foris erant longobardi cognoscerent, quatenus locum sacrum temerare ulterius non auderent. Sicque vir sanctus dum discipulos defendit, etiam multis post remedium illic fugientibus prebuit.

Gregorius. V.

Quidam episcopi mihi relatione didici quod narro, qui Anconitane urbi per annos multos in monachico habitu degit, ubique vitam non mediocriter religiosam duxit. Cui etiam quidam mei iam pueritie etatis qui ex eisdem sunt partibus attestantur. Iuxta eandem namque civitatem ecclesia beati Stephani martiris sita est, in qua vir vite venerabilis Constancius nomine mansionarii functus officio serviebat. Cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longe lateque tetendit, quia isdem vir terrena funditus despiciens toto annisu mentis ad sola celestia flagrabat. Quadam vero die dum in eadem ecclesia oleum deesset et predictus dei famulus unde lampades accenderet non haberet, omnes lampades ecclesie implevit aqua atque ex more in medium papirum posuit, quas allato igne succendit. Sicque aqua arsit in lampadibus ac si oleum fuisset. Perpende igitur Petre cuius meriti vir iste fuit, qui necessitate compulsus elementi naturam mutavit etc.

Petrus

Mirum valde est quod audio. Sed velim nosse cuius humilitatis intus apud se potuit iste esse qui tante excellentie foris fuit etc.

Gregorius

Inter virtutes atque convenienter requiris, quia multum est quod temptatione sua mentem intus lacessunt miracula que foris sunt. Sed si Constancii huius venerabilis viri quod audis fecit, cuius humilitatis fuit citius agnoscis etc.

Petrus

Postquam facti illius miraculum tale dixisti, superest etiam ut me de humilitate mentis eius edifices etc.

Gregorius

Omnia valde opinio eius sanctitatis excreverat, multi hunc ex diversis provinciis aspicere inhianter sitiebant. Quadam vero die ex longinquo loco ad videndum eum quidam rusticus venit. Eadem vero hora casu contigerat ut sanctus vir stans in ligneis gradibus reficiendis lampadibus deserviret. Erat autem pusillus valde et exilis forma atque despecta. Cumque is qui ad videndum eum venerat quisnam esset inquireret, obnixe petiit ut sibi ostendi debuisset. Hi vero qui illum noverant monstraverunt quis esset. Sed sicut stulte mentes hominum meritum ex qualitate corporis metiuntur, eum parvulum atque despectum videns, ipsum hunc esse cepit omnino non credere. Inter mente rustica nititur hoc quod audiebat et videbat, quasi facta fuerat quedam rixa, et estimabat tam brevem per visionem esse non posse quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cui ipsum esse dum a pluribus fuisset attestatum, despexit et irrisit dicens: Ego hunc grandem hominem credidi, iste autem de homine nichil habet. Quod ut vir dei Constancius audivit, lampades quas reficiebat protinus letus relinquens totus descendit atque in eiusdem rustici amplexum ruit, eumque ex amore nimio constringere cepit et osculari, magnasque gratias agere quod de se talia iudicasset, dicens: Tu solus in me oculos apertos habuisti. Ex qua re pensandum est cuius fuit apud se humilitatis qui despicientem se rusticum amat. Qualis enim quisque apud se lateat, illata contumelia probat. Nam sicut superbi honoribus, sic humiles de sua despectione magis gratulantur, cumque se alienis oculis

viles aspiciunt idcirco exultant quia hoc
indicium non consonanti intelligunt
quod apud se semetipsos habuerunt

Et cognosco vir iste **Petrus**
magnus foris fuit in mira-
culis sed maior intus in humilitate

Gregorius

Eiusdem quoque anthonitane ec-
clesie antistes vir vite venera-
bilis marcellinus fuit cuius gressum
nimius dolor podagre contraxit cumque
familiares sui sicubi necesse esset in
manibus ferebant Quadam vero die
per culpam incurie eadem civitas an-
thoitana succensa est cumque vehementer
arderet concurrunt omnes ut ignem ex-
tinguerent Sed aquam illis certatim pro-
icientibus crescebat flamma ut iam tocius
urbis interitum minari videretur Cumque
propinquiora sibi loca queque ignis inva-
deret et iam urbis partem non modicam
consumpsisset et obsistere nullus
valeret deductus in manibus episcopus venit
et tanta periculi necessitate compulsus
familiaribus suis se portantibus precepit
dicens Contra ignem me ponite Quod
ita factum est atque in loco est positus
ubi tota vis flamme incumbere videbatur
Cepit autem miro modo incendium in semet-
ipso retorqueri ac si reflexione sui
impetus exclamaret se episcopum transire non
posse Sicque factum est ut flamma incen-
dii illo termino refrenata in semetipsa
refrigesceret et contingere ulterius quelibet
edificia non valeret Perpendis petre
cuius sanctitatis fuit egrum hominem
sedere et exorando flammas premere

Petrus

Et perpendo et obstupesco

Gregorius VII

De vicino nunc loco et aliquid
narrabo quod viri venerabilis ma-
ximiani episcopi et laudonis quem nosti
veterani monachi qui usque nunc
superest relatione cognovi qui laudo

scilicet in eo monasterio quod iuxta nepesinam
urbem sub pentonia vocatur ab anasta-
sio sanctissimo viro institutus est Quod
nunc anastasius vir venerabilis viro
nonnoso preposito monasterii quod in soracte
monte situm est et pro inquinitate loci et
morum magnitudine et virtutum studiis
assidue ingerebatur Isdem vero monachus
sub asperrimo sui monasterii degebat sed
et eius mores mira semper equanimitate
tollerabat sicque fratribus in mansuetudine
preerat ut crebro patris iracundiam ex humi-
litate mitigaret Quia vero eius mona-
sterium in summo montis cacumine situm
est ad quelibet parum ortum fratribus
extollendum nulla planities patebat
Unus autem brevissimus locus in latere
montis excreverat quem ingentis
saxi naturaliter egrediens moles occupa-
bat Quadam die dum nonnosus
vir venerabilis cogitaret quod saltim
ad condimenta olerum intenda locus
iste aptus potuisset existere si hunc
moles saxi illius non teneret occurrit
animo quia eandem molem quinqua-
ginta boum paria movere non possent
Cumque de humano labore esset fracta
desperatio ad divini se solatium con-
tulit seque illic nocturno silentio in
orationem dedit Cum mane facto ad
eundem locum fratres venerunt et inve-
nerunt molem tante magnitudinis
ab eo loco longius recessisse suoque re-
cessu largum spacium fratribus dedit
Alio quoque tempore cum isdem vir
venerabilis lampades vitreas in oratorio
lavaret Una ex eius manibus cecidit
que per innumeras partes confracta
dissiliit Qui vehementer patris mona-
sterii furorem metuens lampadis
omnia fragmenta protinus collegit atque
ante posuit seque cum gravi gemitu
in orationem dedit Cumque in oratione
caput levasset sanam lampadem
repperit quam timens per fragmenta

De oleo multiplicato per Nonosum Monachum
primus

Iterque in duobus miraculis collegit
duorum patrum virtutes est imitatus / in
mole scilicet saxi fratrum Gregorii qui mon-
tem movit et in reparatione lampadis
virtutem donati qui fractum calicem
pristine incolumitati restituit Petrus

Habemus ut video in exemplis

Gregorius [illegible]
Vis aliquid in operatione Nonosi
de imitatione Helisei cognoscere

Volo atque cupio Petrus :—

Gregorius
Cum die vetus oleum in monasterio
deesset iamque colligende olive
tempus incumberet / sed fructus oli-
vis [illegible] apparet visum patri mona-
sterii fuerat ut cunque fratres ad colli-
gendas olivas ad exhibenda extraneis
opera pergerent / quatenus ex mercede sui
operis aliquantulum monasterio dei deporta-
rent Quod vir dei Nonosus cum
magna humilitate fieri prohibuit ne
exeuntes fratres ex monasterio dum lucra
olei quererent animarum dampna paterentur
Sed quia in monasterii arboribus pauce
olive inesse videbantur eas colligi pre-
cepit et in pressuram mitti et quantulumcumque parum
olei exire potuisset sibimet deferri
effactumque ut susceptum in parvulo
vasculo oleum fratres Nonoso dei fa-
mulo deferrent quod ipse ante altare
posuit cunctisque egredientibus oravit
atque accersitis postmodum fratribus
precepit ut quod detulerunt oleum le-
varent et per cuncta vasa monasterii erige
fundendo dividerent / quatenus benedictionem
eiusdem olei vasa omnia infusa mere-
rentur Que prius ut erant vacua
fecit claudi die vero alia aperta omnia
plena reperta sunt Petrus :—

Probamus cottidie impleri verba
veritatis quibus ait Pater meus
usque modo operatur et ego operor etc.

Gregorius
Eodem tempore vir
venerabilis Anastasius cuius superius
memoriam feci sancte Romane eccle-
sie cui deo auctore deservio notarius fuit
Qui deo vacare desiderans scedulam de-
seruit monasterium elegit / atque in eo loco
quem prefatus sum qui sub pentomia
vocatur per annos multos in sanctis
actibus vitam duxit eidemque monasterio
sollerti cura prefuit / quo videlicet loco ingens
desuper rupes eminet / et profundum
desuper precipicium patet Quadam vero
die cum iam omnipotens deus eiusdem
venerandi viri Anastasii labores remu-
nerare decrevisset ablata rupe vox
facta est que producto sonitu clamaret
dicens Anastasi veni Quo vocato
alii quoque septem fratres ex nomine sunt
vocati / Parvo autem momento ea que fuerat
emissa vox siluit et octavum fratrem
vocavit Quas dum aperte voces con-
gregatio audisset dubium non fuit
quia eorum qui vocati fuerant obitus
appropinquasset Intra paucos igitur dies
prius venerandus vir Anastasius dece-
ssit eo ordine ceterique conducti sunt
quo de rupis vertice fuerant vocati
Ipse vero ille ad quem vocandum mox
parum siluit atque ita eum nominavit
morientibus aliis paucis diebus vixit
et tunc vitam finivit ut aperte mon-
straretur / quia interiectio vocis silen-
tium prius spatium vivendi signavit
Sed mira res contigit quia dum vene-
rabilis vir Anastasius de corpore exi-
ret erat quidam frater in monasterio qui
ei supervivere nolebat provolutus
vero eius pedibus cepit cum lacrimis
ab eo postulare dicens Per illum
te obsecro ad quem vadis ne septem
dies super te fatiam Ante cuius sep-
timum diem etiam ipse defunctus
est qui tamen in illa nocte inter ce-
teros non fuerat vocatus ut aperte clare-
scet quia eius obitum sola venera-
bilis Anastasii intercessio obtinere
potuisset etc. Petrus etc.

Cum isdem frater vocatus inter
ceteros non est et tamen sancti viri

intercessiones ex hac luce subtractus
quid aliud datur intelligi nisi quod
hij qui apud deum magni sunt me-
ti obtinere aliquando possunt eciam
ea que non sunt predestinata etc.

Gregorius

Optineri nequaquam possunt que pre de-
stinata non fuerunt, sed ea que
sancti viri orando efficiunt ita predestina-
ta sunt ut precibus obtineantur Nam
ipsa quoque perhennis regni predestinacio
ita est ab omnipotente deo disposita
ut ad hoc electi ex labore perveniant
quatenus postulando mereantur acci-
pere quod eis omnipotens deus ante secula
disposuit donare Petrus etc.

Probari michi apertius velim
si per predestinacio precibus adiu-
vari etc. Gregorius etc.

Hoc quod ego petre intuli concite
valet probari Certe enim nosti quod
ad abraham dominus dixit In ysa-
ysaac vocabitur tibi semen tuum cui
dixit dixit Patrem multarum gencium
te constituam Cui rursum promisit
dicens Benedicam te et multiplicabo
semen tuum sicut stellas celi et velut
arenam in littore maris Ex qua re
constat intelligi aperte quia omnipotens
deus semen abrahe multiplicare
per ysaac predestinaverat Et tamen scriptum
est Deprecatus est ysaac dominum pro
uxore sua eo quod esset sterilis qui exau-
divit eum et dedit conceptum rebecce
Si ergo multiplicatio generis abrahe
per ysaac predestinata fuit cur sterile
coniugem accepit Sed nimirum con-
stat quia predestinacio precibus impletur
quando is quo deus multiplicare se-
men abrahe predestinaverat obtinuit
oracione ut filios habere potuisset etc.

Petrus

Quia scractimus res aperuit nichil
michi dubietatis remansit etc.

Gregorius etc.

De vini multiplicacione per bonifacium

Cap.

Que ut aliquid tibi de tuscie partibus
narrem ut cognoscas in ea quam
magni fuerint fuerunt et omnipotentis
dei noticie quantum propinquius etc.

Volo atque hoc Petrus etc.
Omnimodo ex posco etc. Gregorius
Fuit vir venerabilis vite ix
bonifatius nomine qui in ea civitate
que ferendis dicitur episcopatus officium tenuit
et moribus implevit Huius multa
miracula is qui adhuc superest gaudenti-
us presbiter narrat qui in eius obsequio
nutritus est tanto quod valet de illo que-
veracius dicere quanto contigit eum hic
interesse Huius ecclesie gravis valde pau-
pertas inerat que bonis mentibus esse
solet custos humilitatis nichil quod aliud
ad omne stipendium nisi unam tantum
vineam habuit Que quadam die ita gran-
dine irruente vastata est ut in ea vix
pauci rami raris quod racemi remanerent
Quam tamen postquam vir reverentissimus
bonifatius episcopus fuisset ingressus ma-
gnas omnipotenti deo gracias retulit quod
in ipsa sua inopia adhuc sese angustiari
cognovit Sed cum iam tempus exigeret
ut ipsi quoque racemi qui remanserunt
maturescere potuissent custodem vi-
nee ex more posuit eumque solerti
vigilancia servari precepit Quadam
vero die iussit constancio presbitero nepoti
suo cuncta vini vascula in episcopio
omnia quod dolia ita, ut ante consueve-
rat super fusa pice preparet Quod
cum nepos illius presbiter audiret a-
miratus est valde quod quasi insana
mente preciperet ut vini vascula pa-
raret Qui vinum minime haberet Nec
tamen presumpsit inquirere talia iuberet
sed iussis obtemperans omnia ex more
paravit Tunc vir dei vineam ingressus
racemos collegit et ad calcatorium de-
tulit, omnes quod inde exire precepit ut

solus ibi tum pro puerulo remansit
quem in eodem calcatorio posuit et cal-
care ipsos paucissimos racemos precepit
Cumque ex eisdem racemis parum
aliquid vini defluxerit cepit hoc vir
dei suis manibus in parvulo vase su-
scipere et per cuncta dolia vasa que ita
que parata fuerant pro benedictione dividere
ut ex eodem vino vascula vix infusa
videretur. Cum vero ex liquore vini pax
aliquid in vasis omnibus misisset vocato
presbitero protinus iussit pauperes adesse
Tunc cepit vinum in calcatorio crescere
ita ut omnia que allata fuerant pau-
perum vascula impleret. Quibus dum
se providere satis fecisse conspiceret ex cal-
catorio iussit puerum ascendere et apo-
thecam clausit atque impressit sigillo
munitam reliquit / mox que ad ecclesiam
rediit. Tercia vero die predictum presbiterum
vocavit et oracione facta apothe-
cam aperuit et vasa in quibus tenuis-
simum liquorem fuderat exuberanter vinum
fundencia invenit / ita ut pavimentum
omne extra sentina invaderent si adhuc
episcopus tardius intrasset. Tunc tribli
proposito precepit ne quousque in corpore
viveret hoc miraculum cuilibet indica-
ret videlicet pertimescens ne in virtute
facti humano favore pulsatus inde
intus marcesceret unde foris hominibus
magnus appareret / exemplum etiam magistri
sequens qui ut nos ad viam humili-
tatis instrueret de semetipso discipulis
precepit dicens / ut ea que vidissent
nemini dicerent quousque filius hominis
a mortuis resurrexisset etc. Petrus

Opportuna occasio aperta se prebuit libet
inquirere quicquam sit quod redemp-
tor noster cum duobus cecis lumen
reddidit iussit ut nemini dicerent et
abeuntes illi diffamaverunt eum in tota
terram illam. Numquid unigenitus dei
filius patri et spiritu sancto coeternus hac
in re velle habuit / quod non potuit im-
pleri ut miraculum quod taceri
voluit nullo modo potuisset abscondi etc.

Redemptor noster per Gregorius
mortale corpus omne quod egit no-
bis in exemplo actionis prebuit ut pro marg
quantitate virium modulo eius vestigia
sequentes inoffenso pede operis presentis
vite viam carpiamus. Miraculum
namque faciens taceri iussit / et tamen
taceri non potuit / ut videlicet electi exem-
pla doctrine eius sequentes in magnis
que faciunt latere quidem in voluntate
habeant / sed ut prosint aliis prodantur inviti
/ quatenus et magne humilitatis sit quod sua
opera taceri appetunt / et magne utilita-
tis sit ut eorum opera taceri non possint
Non ergo dominus voluit quicquam fieri
quod non posse impleri preualuit / sed quid
velle eius membra debeant / quidve de
eis etiam nolentibus fiat doctrine magi-
sterio exemplum dedit etc. Petrus

Placet quod dicis. Gregorius

Hec hunc pauca de bonifacii episcopi ope-
ribus sufficiunt / quia eius medietatem
fortunati exegerunt. Alio namque tempore
beati pauli martiris natalicius propinqua-
bant dies quo in loco vir nobilis for-
tunatus nomine manebat / qui ma-
gnis precibus ab eodem venerabili viro
postulavit ut cum apud beatum martirem
missarum sollempnia ageret ad benedictionem
dandam in prandium domum declinaret.
Vir autem dei negare non potuit quod
ab eo infortunati mente caritas popo-
scit. Peractis igitur sollempniis cum
ad predicti fortunati mensam venisset
prius quam deo ymnum deo diceret
sicut quidam ludendi arte solent victum
querere repente ante ianuam vir cum
symia astitit et cimbala percussit /
Quem vir sanctus sonitum audiens
dedignatus dixit Heu heu mortuus
est miser iste mortuus est miser
ego ad mensam refectionis veni / os
ad huc ad laudem dei non aperui et
ille cum symia veniens cimbala

Bonifatius fecit ebriosum mori

Subrisit tamen atque ait: Ite et pro caritate ei tribuam potum, quia ebriosus foris mortuus est. Cumque infelix vir dum panem ac vinum ex eius domo percepisset, egredi ianuam voluit, sed ingens saxum subito de tecto cecidit ei et in verticem venit. Ex qua percussione prostratus in manibus iam semivivus levatus est. Die vero altera secundum verba viri Dei presentem funditus vitam finivit. Qua in re pensandum est, Petre, quantus sit sanctis viris timor exhibendus. Templa enim Dei sunt, et cum ad iracundiam sanctus vir ducitur, quis alius ad irascendum nisi idem templi inhabitator excitatur? Tanto ergo metuenda ira iustorum, quanto et constat quia in eorum cordibus ille presens est, qui ad inferendam ultionem quam voluit invalidus non est. Alio quoque tempore predictus Constantius presbiter nepos eius equum suum duodecim aureis vendidit, quos in propriam archam ponens ad exercendum aliquod opus discessit. Cum subito ad episcopum pauperes venerunt, qui importune precabantur ut eis pius vir ad consolationem sue inopie aliquid largiri debuisset. Sed vir Dei quia quod tribueret non habebat estuare cepit in cogitatione, ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui subito ad memoriam rediit quia Constantius presbiter nepos eius equum quem sedere consueverat vendidisset atque hoc ipsum in archa pretium haberet. Absente igitur eodem nepote suo accessit ad archam et pie violenter claustra arche comminuit et duodecim aureos tulit eosque indigentibus divisit. Itaque Constantius presbiter reversus ad opus exercendum archam fractam repperit et caballi sui pretium quod illic posuerat non invenit, cepit tunc magna voce perstrepere et cum furore nimio clamare: Omnes hic vivunt, solus ego in hac domo

vivere non possum. Ad cuius voces advenit episcopus et omnes qui in eodem episcopio aderant. Cumque eum vir Dei blanda locutione temperare voluisset, cepit ille cum iurgio respondere dicens: Omnes tecum vivunt, solus ego hic ante te vivere non possum; redde michi solidos meos. Quibus vocibus episcopus commotus beate Marie semper virginis est ingressus ecclesiam et elevatis manibus extensisque vestimentis cepit orare ut ei redderetur unde presbiteri furentis insaniam mitigare posset. Cumque oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia reduxisset, repente in sinu suo duodecim aureos invenit ita fulgentes tamquam si ex igne hora eadem fuissent producti. Qui mox de ecclesia egressus eos in sinum furentis presbiteri proiecit dicens: Ecce hos solidos quos quesisti, sed hoc tibi notum sit quia post mortem meam huius ecclesie episcopus non eris propter avaritiam tuam. Ex qua sententie veritate colligitur quia eosdem solidos presbiter pro adipiscendo episcopatu parabat. Sed viri Dei sermo prevaluit. Nam idem Constantius in presbiteratus officio vitam finivit. Alio quoque tempore duo ad eum Gothi hospitalitatis gratia venerunt, qui Ravennam se festinare professi sunt, quibus ipse parvum vas ligneum vino plenum manu sua prebuit, quod fortasse in prandio itineris habere potuissent. Ex quo ibi quoadusque Ravennam pervenerunt Gothi biberunt. Aliquantis diebus in eadem civitate morati sunt et vinum quod a sancto viro acceperunt cotidie in usum habuerunt, sicque usque ad eundem venerabilem patrem sanctum reversi sunt ut nullo die cessarent bibere, et tamen eis vinum ex illo numquam deesset, ac si in illo vasculo ligneo

quod episcopus dederat vinum non augetur sed nascitur. Nuper quoque de eiusdem loci partibus senex quidam clericus advenit qui ea de illo narrat que non sunt silentio premenda. Ait quod quadam die ingressus ortum magna hunc erucarum multitudine invenit esse coopertum. Qui omne olus deperire conspiciens easdem erucas conversus dixit: Adiuro vos in nomine domini Ihesu Christi recedite hinc atque hec olera comedere nolite. Que statim ad viri dei verbum ita omnes egresse sunt ut ne una quidem intra spatium orti remaneret. Sed quid mirum quod hec de episcopatus eius tempore narramus, quando iam apud omnipotentem deum ordine pontificali et moribus tenebat, dum illa magis miranda sunt que hic eius senex clericus ad hunc fecisse testatur. Nam ait quod eodem tempore quo cum matre sua puer habitabat egressus hospitium non numquam sine linea crebro etiam sine tunica revertebatur, quia mox ut nudum quempiam repperisset vestiebat se spolians, ut se ante dei oculos illius mercede vestiret, quem mater sua frequenter increpare consueverat dicens: Quod iustum non est quod tu inops pauperibus vestimenta largiaris. Que ingressa die quadam horreum pene omne triticum quod sibi in stipendium totius anni paraverat invenit a filio pro pauperibus expensum. Cumque semetipsam alapis pugnisque tunderet quod quasi anni subsidia perdidisset, supervenit bonifatius puer dei, eamque verbis quibus valuit consolari cepit. Que cum nihil consolationibus admitteret rogavit hanc ut ab horreo exire debuisset in quo ex omni tritico eorum quantulumcumque quid inventum est remansisse. Puer autem dei se se illic in orationem dedit. Qui paululum egressus ad horreum matrem duxit, quod tritico ita plenum inventum est sicut plenum non fuerat cum mater illius totius sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo compuncta mater ipsa iam cepit agere ut daret que sic celeriter posset que petisset. Hic gallinas nutrire consueverat, sed eas ex vicino rure vulpis veniens auferebat. Quadam vero die dum in eodem vestibulo puer bonifatius staret, vulpis ex more venit et gallinam abstulit. Ipse autem concitus ecclesiam intravit et se in oratione prosternens apertis vocibus dixit: Placet tibi domine ut de nutrimento matris mee manducare non possim? Ecce enim gallinas quas nutrit vulpis comedit. Qui ab oratione surgens ecclesiam egressus est. Mox autem vulpis rediit et gallinam quam ore tenebat dimisit atque ipsa moriens ante eius oculos in terram cecidit. De vulpe que gallinam comedit

Petrus. Valde mirum est quod exaudire vota in se sperantium etiam in rebus vilibus deus dignatur.

Gregorius. Hoc petre ex magna conditoris nostri dispensatione agitur ut per minima que percipimus speremus maiora. Exauditus namque est in rebus vilibus puer sanctus et simplex ut in parvis disceret quantum de eo presumere in magnis petitionibus deberet.

Petrus. Placet quod dicis.

Gregorius. Alius quoque vir vite venerabilis in eisdem

ptibus fuit fortunatus nomine tu
dertine eccliē antistes qui in effugand
spiritibus inmundis in mensē v̄tutis g
cia pollebat ita ut nō unqm̄ ab ob
sessis legiones demonū pelleret et
continue orōis studio intentus obiect
tas cōn se eorum multitudines supa
ret huius viri familiarissimus fuit
Julianus nre ecclie defensor qui
non ante longū tempus in hac ur
be defunctus est huius quoque didici
relatōne quod narro quia sepe gestis
illius ausu familiaritatis intererat
eius qz post medelam adinstructoz
mam quasi fam̄ dulcedine i ore
retinebat Matrona quedam no
bilis in vicinis tuscie partibus
habebat nurū que intra breve tpe
quo filiū eius acceperat cū eadem
socru sua ad dedicatōm oratorij
bti Sebastiani mris fuerat invitata
Nocte vō eadem qua subsequente die
ad dedicatōm pdicti oratorij fuerat
processura voluptate carnis devicta
a viro se se abstinere nō potuit
Cumque mane facto conscientiam suaz
deterreret perpetrata carnis delectatio
processiom vō imperaret verecundia
plus . metuens homīn erubescens qz
dei iudicium metuens cū socru sua
ad dedicandum oratorium processit Mox
vero ut reliquiit bti Sebastiani ora
toriū eandem pdicte matrone nurē
malignus spūs arripuit et coram
omni pplō vexare cepit Eiusdem
vō oratorij psbr dum hanc ve
hementissime vexari conspiceret
exaltari protinus sindonem tulit ea
qz cooperuit sed hunc repente pari
dyabolus invasit Cuma eum ultra
vires voluit quid tqz psumme compulsus

De exclūde demonij p fortunatū epm

Est agnoscere in sua vexatōne quid
esset hij vero qui aderant puellam
in manibus ex oratorio sublatam ad
domū suam deportarunt Cumque
hanc antiquus hostis vexatōne con
tinua vehemēt atteret pinqui
sui eam carnalit amantes atqz am
ando persequentes ad optinendum
salutis remediū maleficiis tradidere
ut eius animam funditus extinguerent
cuius carni magicis artibus ad tempus
pdesse conarentur Ducta ē ergo
ad flumen atqz in aqua mersa ibi
qz diutius incantationibus agere
maleficii moliebant ut qui eam
invaserat dyabolus exiret Sed miro
omnipotentis dei iudicio dum per
versa arte unus ab ea repellitur
in eam subito legio intravit Ce
pit ergo illa ex hoc tot motibus totque
vocibus agitari clamoribus qz strepere
quod spiritibus tenebatur Tunc
inito consilio parentes eius sue per
fidie culpam fatentes hanc ad viz
venerabilem fortunatum epm
duxerunt ei qz reliquerunt Qua
ille suscepta se multis diebus
in orōm dedit tanto qz annisu
precibus incubuit quanto et in corpe
uno contra se assistere legionis aciē
invenit Cum nō post multos dies
ita sanam et incolumem reddidit
ac si in ea dyabolus ius proprium
nunquam habuisset Alio quoque tpe
idem vir omnipotentis dei famulus
ex obsesso quodam homine inmundū
spūm excussit Qui malignus
spūs cum vespera facta die iam
in secreta ab hominibus hora cerneret
peregrinum quempiam esse simulans
circuire cepit plateas civitatis et clamare

Hunc virum sanctum fortunatum episcopum
ecce quid fecit peregrinum hominem ab ho
spicio suo expulit. Nec ero ubi quesitu
dicam in civitate et non invenio. Tunc
quidam in hospicio suo cum uxore
sua et parvulo filio ad prunas se-
debat. Cuius vocem eius audiens
et quid episcopus ei fecit requirens
hunc intravit invitavit hospicio
et sedem secum iuxta prunas fecit.
Cumque vicissim aliqua fabula-
rentur filium parvulum idem ma-
lignus spiritus invasit atque in easdem
prunas proiecit ibique eius animam
mox excussit. Qui orbatus miser
filio vel quem ipse suscepisset vel
quem episcopus expulisset agnovit.

Quidnam Petrus 2
esse dicimus ut occidendi an-
timum in eius hospicio antiquus hostis
acciperet qui hunc peregrinum estimans
ad se hospitalitatis gratia vocasset.

Multa petre vocantur. Gregorius
videntur bona sed non sunt
quia bona non sunt. Unde in ewangelio
veritas dicit. Si oculus nequam fuit
totum corpus tenebrosum erit. quia
cum perversa est intencio que precedit
pravum est omne opus quod sequitur
quamvis rectum esse videatur. Ergo ut
ego hunc virum qui dum hospita-
litatem exhibet orbatus est non pietatis
ope delectatum estimo, sed episcopi deroga-
cione. Nam pena subsequens in-
notuit, quia precedens illa susceptio
sine culpa non fuit. Sunt namque
non nulli qui ideo bona facere stu-
dent ut gratiam aliene operacionis ob-
nubilent nec pascuntur bono quod
faciunt, sed laude boni qua ceteros
premunt. Qua de re existimo hunc
virum qui malignum spiritum in hospi-
talitate suscepit ostentacionem potius
intendisse quam operi ut meliora quam

episcopus fecisse videtur, qualis ipse susciperet
eum quem vir dei fortunatus expulisset.

Petrus
Ita est, nam finis operis probat quod
invida intencio in operacione non fuerit.

Gregorius
Alio quoque tempore dum oculorum lucem
quidam amisisset ad hunc deductus
intercessionis eius opem petiit et im-
petravit. Nam cum vir dei oracione
facta eius oculis signum crucis impri-
meret ab eius mox luce reddita nox
cecitatis abscessit. Postea equus cuiusdam
militis in rabiem versus fuerat ita
ut a multis vix teneri posset, sed quos-
cumque potuisset invadere eorum membra
morsibus dilaniaret. Tunc utrumque
ligatus a multis ad virum dei adductus
est. Qui mox eius capiti extensa
manu signum crucis edidit, cunctamque
eius rabiem in mansuetudinem mu-
tavit ita ut mitior post existeret quam
ante illam insaniam fuisset. Tunc
idem miles equum quem celerrimo
impiri miraculo a sua vesania vidit
immutatum sancto viro decrevit offerendum.
Quem cum suscipere ille renueret, ipse
vero in precibus ne despiceretur eius
oblacio perseveraret, sanctus vir media
duarum peticionum viam tenens peticionem
militis audivit et munus suscipere
pro exhibita virtute recusavit, prius
namque dignum precium prebuit et post
equum qui sibi offerebatur accepit.
Quia enim si non susciperet contristari illum
conspexerat caritate cogente emit quod ne-
cessarium non habebat. Neque hoc silere
de huius viri virtutibus debeo quod ante
dies fere duodecim agnovi. Quidam
namque ad me deductus est senex pau-
per atque ut senum michi collocucio est
semper amabilis studiose hunc unde esset
inquisivi, qui se de tudertina civitate
esse respondit. Cui inquam. Queso te pater
fortunatum episcopum nosti. Qui ait. Novi
et bene novi. Tunc ipse subiunxi.

De ceco per fortunatum episcopum illuminato

De equo rabido

Dic ergo si qua eius miracula cogno
visti et desideranti michi qualis vir
fuerit innotesce. Qui ait Homo ille longe
fuit ab istis hominibus quos modo vides
Nam quicquid ab omnipotenti deo petiit,
ita ut petiit impetravit. Cuius hoc unum
narro miraculum. Quadam namque
die gothi iuxta tudertinam civitatem
venerunt qui ad partes Ravenne properabant
sed duos parvos pueros de possessione
abstulerunt que possessio prefate tuder
tine subiacebat civitati. Hoc cum
viro sanctissimo fortunato nunciatum fuisset
protinus misit atque eosdem gothos ad se
fecit evocari quos blando sermone allo
quens eorum prius studuit asperitatem pla
care et postmodum intulit dicens Quale
vultis precium dabo et pueros quos abstulistis
reddite michi et hoc gracie vestre munus
prebete. Tunc is qui prior eorum esse vide
batur respondit dicens Quicquid aliud
precipis facere parati sumus, sed istos pueros
nullatenus reddemus. Cui venera
bilis vir blande minatus est dicens
Contristas me si non audis patrem tuum
Noli me contristare quia non expedit
tibi. Sed isdem gothus in cordis sui
feritate permanens negando discessit.
Die vero alia digressurus rursum
ad episcopum venit quem isdem verbis pro eisdem
pueris iterum rogavit episcopus. Cumque
ad reddendum nullo modo consentire voluis
set contristatus episcopus dixit Scio quia
tibi non expedit quod me contristato discedas
Hec verba gothus despexit atque ad ho
spitium reversus eosdem pueros de quibus
agebatur equis impositos cum suis ho
minibus premisit ipse statim ascendens
equum subsecutus est. Cumque in eadem
civitate ante beati petri apostoli ecclesiam
venisset equi eius pes eius lapsus est
qui cum eo corruit et eius mox coxa
confracta est ita ut in duas os esset divi
sum. Tunc elevatus in manibus reductus

est ad hospicium. Qui festinus misit
et pueros quos premisit reduxit et
viro venerabili fortunato mandavit
dicens Rogo pater ut mittas ad me
dyaconem tuum. Cuius dyaconus
dum ad iacentem venisset pueros quos
reddituri se omnino negaverat ad
medium deduxit eosque dyacono illius
reddidit dicens Vade et dic domino
meo episcopo Ecce maledixisti michi
et percussus sum, sed pueros quos quesisti
recipe et pro me rogo intercede. Su
sceptos itaque pueros ad episcopum dyaconus
reduxit. Cui benedictam aquam vene
rabilis fortunatus statim dedit dicens
Vade citius et eam super iacentis corpus
proice. Perrexit itaque dyaconus
et ad gothum ingressus benedictam
super membra eius aspersit. Res
mira vehementer stupenda mox ut
aqua benedicta gothi membra tetigit
ita omnis fractura solidata est et
saluti pristine coxa restituta ut hora
eadem de lecto surgeret et ascenso
equo ita iter ceptum ageret ac si nullam
umquam lesionem corporis pertulisset. Factum
est igitur ut qui sancto viro fortunato
pueros cum precio reddere obediencia sub
iectus noluit eos sine precio pena
subactus daret. Hinc ergo expletis
studebat adhuc senex de eo et
alia narrare. Sed quia nonnulli
aderant ad quos hortandos occu
pabar iamque diei tardior hora
incubuerat facta venerabilis fortu
nati diu michi audire non licuit
que audire si liceat semper nolo. Sed
die alio idem senex rem de illo adhuc
magis mirabilem narravit dicens
In eadem tudertina urbe marcellus
quidem bone actionis vir cum duabus
sororibus suis habitabat. Cui eveniente
molestia corporis ipso sacratissimo
vesperascente sabbato pascali defunc
tus est. Cuius cum corpus longius

esset ad sepeliendum die eodem sepelliri non potuit. Cumque mora esset temporis ad explendum debitum sepulture sorores eius morte illius afflicte cucurrerunt flentes ad venerabilem fortunatum eique magnis vocibus clamare ceperunt Scimus quia apostolorum vitam tenes leprosos mundas, cecos illuminas, veni et resuscita mortuum nostrum. Qui mox ut fratrem earum agnovit defunctum flere etiam ipse de morte illius cepit eisque respondit dicens Recedite et hec dicere nolite quia iussio omnipotentis dei est cui contraire nullus hominum potest. Illis itaque discedentibus tristis ex morte eius remansit episcopus. Subsequenti autem die dominico ante exurgentis lucis crepusculum vocatis duobus diaconibus suis perrexit ad domum defuncti et accessit ad locum ubi corpus exanime iacebat ibique in orationem se dedit. Expleta autem prece surrexit et iuxta corpus defuncti sedit. Non autem grandi voce defunctum per nomen vocavit dicens frater marcelle. Ille autem ac si leviter dormiens ad vicinam vocem quamvis modicum fuisset excitatus statim oculos aperuit atque ad episcopum respiciens dixit O quid fecisti O quid fecisti. Cui episcopus Quid feci. At ille ait Hesterno duo venerunt qui me eicientes ex corpore in bonum locum duxerunt hodie autem missus est unus qui dixit Reducite eum quia fortunatus episcopus in domum illius venit. Quibus expletis verbis mox ex infirmitate convaluit et in hac vita diutius mansit. Nec tamen credendum est quia locum quem acceperat perdidit quia dubium non est quod intercessoris sui precibus potuit post mortem melius vivere qui ante mortem studuit omnipotenti deo placere. Sed cur multa de eius vita dicimus cum hunc usque ad corpus illius tot virtutum documenta teneamus. Demoniacos quippe absolvere, egros curare quotiens ex fide petitur ut vivens consueverat hoc etiam indesinenter facere apud sua ossa mortua perseverat. Sed libet adhuc petere ad valerie provincie partes narrationis mee verba reducere de quibus valde eximia multa ex ore venerabilis fortunati cuius longe superius mentionem feci contigit audisse qui crebro ad me nunc usque veniens dum facta michi veterum narrat refectione nova me saciat.

Martinus de pane subcinericio cruce signato Capitulum undecim xi

Quidam in eadem provincia martinus nomine devotus valde omnipotentis dei famulus fuit qui de virtutis sue testimonio signum dedit. Cum quadam die soror illius subcinericium panem fecisset eique obliti essent crucis signum imponere sicut in hac provincia crudi panes ligno signari solent ut per quadras quatuor partiti videantur idem dei famulus affuit eisque referentibus signatum non fuisse cognovit. Cumque iam panis ille prunis et cineribus esset coopertus dixit Quare hunc minime signastis. Et hec dicens signum crucis contra prunas fecit. Quo signante protinus immensum crepitum panis dedit ac si ingens olla in igne crepuisset. Qui dum coctus postmodum fuisset ab igne abstractus a cruce signatus inventus est quem fides fecit.

Severus mortuum resuscitat xii

In eodem etiam loco est villa que interrogativa dicitur sed a multis verbo rustico interocrina nominatur. In hac valle quidam vite valde admirabilis severus nomine ecclesie beate marie dei genitricis et semper virginis sacerdos fuit. Hunc cum quidam paterfamilias ad extremum venisset diem missis concite nunciis rogavit ut ad se quantocius veniret et suis orationibus pro peccatis eius

Martinus devotus valde

de Severo vite ualde Marie presbitero

intercederet ut acta de malis suis penitentia
solutus culpa de corpore exiret. Cum vero
sacerdos inproximate contigit ut ad plantan-
dum vineam esset occupatus et ad se ve-
nientibus diceret: Antecedite ego vos
subsequar. Cumque videret sibi in opere
eodem parvum aliquid superesse paulu-
lum moram fecit ut opus quod in ma-
nu restabat expleret. Euntem vero
illo in itinere occurrerunt hii qui prius
venerant obviam facti sunt dicentes:
Pater, noli fatigari quia iam
defunctus est. Quo audito ille con-
tremuit magnisque vocibus se interfecto-
rem illius clamare cepit. Flens itaque
cepit pervenit ad corpus defuncti
sese que coram lecto eius cum lacrimis in
orationem dedit. Cumque vehementer
fleret et in terra caput tunderet se se
reum mortis illius clamaret repente
is qui defunctus fuerat animam recepit.
Quod dum multi qui circumstabant a-
spicerent admirationis vocibus emissis ce-
perunt amplius pre gaudio flere. Cumque
eum requirerent ubi fuit et quomodo rediret
ait: Tetri erant valde homines qui me
ducebant et quorum ore et naribus ignis
exibat quem tollerare non poteram. Cum-
que per obscura loca me ducerent subi-
to visionis pulchre iuvenis cum aliis
incedentium obviam factus est qui
me trahentibus dixit: Reducite eum
quia plangit eum Severus presbiter. Eius
enim lacrimis eum dominus donavit.
Qui Severus protinus de terra surrexit
eique penitentiam agenti opem sue interces-
sionis prebuit. Et dum per septem dies
de perpetratis culpis penitentiam egerit redi-
vivus agens octavo die letus de corpore
exivit. Perpende queso hunc de quo
loquimur Severum quam dilectum dominus atten-
dit quem contristari nec ad modicum per-
tulit etc. **Petrus**

Admiranda sunt valde hec que me
hucusque latuisse. Sed quid
esse dicimus quod tales viri modo
nequeunt inveniri. **Gregorius**

Ego Petre multos tales in hoc mun-
do nec modo deesse existimo. Neque enim
si talia non faciunt ideo tales non sunt.
Vite namque vera estimatio est in virtute
operum, non in ostensione. Nam sunt
plerique qui signa non faciunt signa
tamen facientibus dispares non sunt.

Petrus etc.

Unde mihi rogo hoc ostendi potest
quod sunt quidam qui signa non faciunt
et tamen signa facientibus dissimiles
non sunt. **Gregorius etc.**

Numquid nescis quia Paulus apostolus Petro
apostolorum primo in principatu apo-
stolico frater est etc. **Petrus etc.**

Scio plane nec dubium est quia
si minimus apostolorum tamen plus om-
nibus laboravit. **Gregorius etc.**

Quod bene reminisceris Petrus
in mari pedibus ambulavit
Paulus in mari naufragium passus.
Et in uno eodemque elemento ibi Pau-
lus ire cum navi non potuit, ibi Pe-
trus pedibus iter fecit. Aperte igitur
constat quia cum utriusque virtus
fuit dispar in miraculo utriusque
tamen meritum dispar non est in celo.

Placet fate **Petrus etc.**
or omnino quod dicis. Certe aperte
cognovi quia vita et non signa que-
renda sunt. Sed quia ipsa signa que
sunt bone vite testimonium fuerit
queso adhuc si qua sunt referas
et esurientem me per exempla bonorum
pascas etc. **Gregorius etc.**

Velim tibi in laudibus redemptoris
nostri de vita venerabilis Benedicti
aliqua narrare, sed ad hec explenda
hodiernum tempus video non posse
sufficere. Liberius, itaque hec loquimur
si aliud exordium sumamus etc.

Incipit liber secundus de vita
sancti Benedicti etc. Capitulum I.

Cxxii

Fuit vir vite venerabilis gratia Benedictus et nomine ab ipso pueritie sue tempore cor gerens senile. Etatem quippe moribus transiens nulli animum voluptati dedit. Sed dum in hac terra adhuc esset quo temporaliter libere uti potuisset despexit iam quasi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere ex provincia Nursie exortus Rome liberalibus litterarum studiis traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quasi in ingressum mundi posuerat retraxit pedem ne si quid ei de scientia eius attingeret ipse quoque postmodum in immane precipitium totus iret. Despectis itaque litterarum studiis relicta domo rebusque patris soli deo placere desiderans sancte conversationis habitum quesivit. Recessit igitur sciens nescius et sapienter indoctus. Huius ego omnia gesta non didici sed pauca que narro quatuor illius discipulis referentibus agnovi. Constantino scilicet reverentissimo valde viro qui ei in regimine monasterii successit. Valentiniano quoque qui annis multis Lateranensi monasterio prefuit. Simplicio quoque qui congregationem illius post eum tertius rexit. Honorato etiam qui nunc adhuc celle eius in qua prius conversatus fuerat preest. Hic itaque cum iam relictis litterarum studiis petere deserta decrevisset nutrix que hunc arctius amabat secuta est. Cumque ad locum venisset qui Effide dicitur multis quoque honestioribus viris caritate se illic detinentibus in beati Petri ecclesia demorarentur, predicta nutrix eius ad purgandum triticum a vicinis mulieribus prestari sibi capisterium petiit quod dum super mensam incaute posuit casu accidente fractum est sic ut in duabus partibus inveniretur divisum. Quod mox ut rediens nutrix illius invenit vehementissime flere cepit quia vas quod prestitum acceperat fractum videbat. Benedictus autem religiosus et pius puer cum nutricem suam flere conspiceret eius doloris compassus ablatis secum utrisque fracti capisterii partibus sese cum lacrimis in orationem dedit. Qui ab oratione surgens ita iuxta se vas sanum repperit ut in eo fracture nulla vestigia invenire potuisset. Mox autem nutricem suam blande consolatus ei sanum capisterium reddidit quod fractum fuerat. Que res in loco eodem a cunctis est agnita atque in tanta admiratione habita ut hoc ipsum capisterium eius loci incole in ecclesie ingressu suspenderent quatenus et presentes et secuturi omnes agnoscerent Benedictus puer conversationis gratiam a quanta perfectione cepisset. Quod annis multis illic ante oculos omnium fuit et usque ad hec Longobardorum tempora super fores ecclesie pependit. Sed Benedictus plus appetens mala mundi perpeti quam laudes, magis pro deo laboribus fatigari quam vite huius favoribus extolli nutricem suam occulte fugiens deserti loci secessum petiit cui Sublacus vocabulum est qui a Romana urbe xl fere milibus distans frigidas atque perspicuas emanat aquas que illic videlicet aquarum habundantia in extenso prius lacu colligitur ad postremum vero in amnem derivatur. Quo dum fugiens pergeret monachus quidam Romanus nomine hunc euntem repperit quo tenderet inquisivit. Cuius cum desiderium agnovisset et secretum tenuit et adiutorium impendit ei quoque sancte conversationis habitum tradidit et in quantum licuit ministravit

De capisterio

vir autem dei ad eundem locum perveniens
in artissimo specu se tradidit tribus-
que annis excepto romano monacho ho-
minibus incognitus mansit. Qui videlicet
romanus non longe in monasterio
sub deodati patris regula degebat, sed
pie eidem patri suo oculis furabatur
horas, et quem sibi ad manducandum
subripere poterat diebus certis Benedicto
panem ferebat. Ad eundem vero specum
a romani cella iter non erat quia ex-
celsa desuper rupis eminebat, sed
ex eadem rupe in longissimo fune
ligatum romanus deponere panem
consueverat, in quo etiam resti parvum
tintinnabulum inseruit, ut ad so-
num tintinnabuli vir dei cognosceret
quando romanus sibi panem preberet. Sed
antiquus hostis unius caritati invidens
et alterius refectioni cum quadam
die submitti panem conspiceret iactavit
lapidem et tintinnabulum fregit.
Romanus tamen modis congruentibus
ministrare non desiit. Cum vero omnipotens
deus iam et Romanum vellet a labore
quiescere et Benedicti vitam in exemplo
hominibus demonstrare ut posita super
candelabrum lucerna claresceret, quatenus
omnibus qui in domo dei sunt luceret
cuidam presbytero longius manenti
qui refectionem sibi in paschali festivi-
tate preparaverat dominus per visum appa-
rere dignatus est dicens Tu tibi deli-
cias paras et servus meus in illo loco
fame cruciatur. Qui protinus surrexit
atque in ipsa sollempnitate paschali ad
locum tetendit, et virum dei per abrup-
ta montium et concava vallium et
per defossa terre quesivit, eumque late-
re in specu repperit. Cumque oratione
facta et benedicentes omnipotentem
deum consedissent post dulcia vite
colloquia is qui advenerat presbyter

dixit. Surge et sumamus cibum
quia hodie pascha est. Cui vir
dei respondit dicens Scio quod pascha
est, quia videre te merui. Longe quippe
ab hominibus positus quia die eodem
paschalis esset sollempnitas ignorabat.
Venerabilis autem presbyter rursus affirmat
dicens Veraciter hodie resurrec-
tionis dominice paschalis dies est.
Abstinere tibi minime congruit quia et ego
ad hoc missus sum ut dona dei
omnipotentis pariter sumamus. Bene-
dicentes igitur deum sumpserunt
cibum. Expleta itaque refectione
et colloquio ad ecclesiam presbiter
rediit. Eodem quoque tempore hunc
in specu latitantem pastores inve-
nerunt quem dum vestitum pellibus
inter fruteta cernerent aliquam be-
stiam esse crediderunt, sed cogno-
scentes dei famulum eorum multi
ad pietatis gratiam a bestiali mente
mutati sunt. Nomen itaque eius
per vicina loca cunctis innotuit
factumque est ut ex illo tempore
a multis frequentari cepisset. Qui
cum ei cibos deferrent corporis ab
eius ore in suo pectore alimenta
referebant vite. Quadam die dum
solus esset temptator affuit. Nam
nigra parvaque avis que vulgo
merula vocatur circa eius faciem
volitare cepit eiusque vultui impor-
tune insistere, ita ut capi manu
posset, si hanc vir sanctus tenere
voluisset. Tanta autem temptacio
carnis cum eadem recedente secuta
est quanta vir sanctus numquam fuerat
expertus. Quandam namque aliquando
feminam viderat quam malignus
spiritus ante oculos mentis eius
reduxit, tantoque igne servi dei

cum in ipse illius attendit ut se
in eius pectore amoris flamma
vix caperet et iam pene deserere here-
mum voluptate victus deliberaret.
Cum subito superna gratia respectu
ad semetipsum reversus est atque urti-
carum vel veprium iuxta se densa
succrescere frutecta respiciens exutus
indumento nudum se in illis spi-
narum aculeis et urticarum incen-
diis proiecit ibique diu volutatus
toto eius corpore vulneratus exiit et
per cutis vulnera eduxit a cor-
pore mentis vulnus quia vo-
luptatem traxit in dolorem. Cum-
que penaliter bene arderet foris
extinxit quod illicite ardebat
intus. Vicit itaque peccatum quia
mutavit incendium. Ex quo vi-
delicet tempore sicut post discipulis ipse per-
hibebat ita in illo est omnis temp-
tatio voluptatis edomita ut
tale in se aliquid postea minime
sentiret. Ceperunt postmodum
multi iam mundum relinquere
ad eius quoque magisterium festinare.
Liber quippe a temptationis
vitio iam iure factus est virtu-
tum magister. Unde et per Moysen
precipitur ut levite a xxv an-
nis et supra ministrare debeant
ab anno vero quinquagesimo
vasorum custodes fiant etc.

Iam quidem prolati *petrus*
testimonii mihi aliquid
intellectus interlucet, sed tamen
hoc planius postulo exponi.

Liquet petre *gregorius*
quod in iuventute carnis tem-
ptatio ferveat. Ab anno autem
quinquagesimo calor corporis frigescat.
Vasa autem sacra sunt fidelium mentes.
Electi vero cum adhuc in temptatione
sunt subesse ac servire eos necesse est
et obsequiis laboribusque fatigari.
Cum vero iam mentis etate tranquil-
la calore recesserit temptationis custo-
des vasorum sunt quia doctores ani-
marum fiunt etc.

Fateor placet quod dicis. Sed quia
prolati testimonii claustra reserasti
quaeso ut de vita iusti debeas ea que
sunt inchoata percurrere.

Recedente igitur temptatione vir
dei quasi spinis erutus excul-
ta terra de virtutum segete fructum
feracius dedit. Preconio itaque exi-
mie conversationis celebre nomen
eius habebatur. Non longe autem mona-
sterium fuit cuius congregationis pater de-
functus est omnisque ex illo con-
gregatio ad eundem venerabilem Be-
nedictum venit et magnis precibus
ut eis preesse debuisset petiit. Qui diu
negando distulit suos et illorum fra-
trum moribus convenire non posse predixit
sed victus quandoque precibus assensum dedit.
Cumque in eodem monasterio regu-
laris vite custodiam teneret nulli-
que ut prius per actus illicitos per dex-
tram levamque partem deflectere a conver-
sationis itinere liceret suscepti
fratres insana sevientes semetipsos
accusare prius ceperunt quia hunc
sibi preesse poposcerunt quorum scilicet torti-
tudo in norma eius rectitudinis
offendebat. Cumque sub eo conspi-
cerent licita non licere et se dolerent
assueta relinquere durumque esset
quod in mente vetere cogebantur nova
meditari sicut pravis moribus sem-
per gravis est vita bonorum tractare de eius

conati sunt morte / qui inito consilio venenum vino miscuerunt et vas vitreum in quo ille pestifer potus habebatur / recumbenti patri cum ex more monasterii ad benedicendum fuisset oblatum. Benedictus extensa manu signum crucis edidit et vas quod longius tenebatur eodem signo rupit sicque confractum est ac si in illo vase pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir dei quia potum mortis habuerat / quod portare non potuit signum vite. Atque ideo surrexit et vultu placido mente tranquilla convocatis fratribus locutus est dicens: Misereatur vestri omnipotens deus. Quare in me ista facere voluistis? Numquid non prius dixi / quia vestris ac meis moribus non conveniret? Ite et iuxta mores vestros patrem vobis querite quia me post hoc habere minime potestis. Tunc ad locum dilecte solitudinis rediit et solus in inspectoris dei oculis habitavit secum.

Minus patet intelligo. **Petrus**

quid sit habitavit secum etc.

Si sanctus vir contra **Greg.** se conspirantes et sue conversationi longe dissimiles pati voluisset fortasse sui vigoris usum et modum tranquillitatis excederet atque a contemplationis lumine mentis sue oculum declinasset. Dumque cotidie in correctione illorum fatigatus minus curaret sua et se forsitan relinqueret et illos non emendaret. Nam quotiens per cogitationis motum extra nos ducimur et nos sumus et nobiscum non sumus quia nosmetipsos minime videntes per alia vagamur. An istum secum fuisse dicimus qui in longinquam regionem abiit portionem quam acceperat consumpsit uni civium in illa adhesit porcos pavit quos cum siliquas manducare videret esuriret. Qui tamen postmodum cepit cogitare bona que perdidit. Scriptum eius de illo est: In se reversus est. dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus. Si igitur secum fuit unde ad se rediit? Hunc ergo venerabilem virum secum habitare dixerim / quia in sua custodia circumspectus ante oculos conditoris sui se semper aspiciens et semper examinans extra se mentis sue oculum non divulgavit etc. **Petrus etc.**

Quid est ergo quod de Petro apostolo scriptum est dum ab angelo de carcere eductus / quia ad se reversus dixit: Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me.

Gregorius etc.

Duobus modis Petre extra nos ducimur / quia aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos reducimur / aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos levamur. Ille itaque qui porcos pavit vagatione mentis / et immunditia sub semetipso cecidit. Iste vero quem angelus solvit eiusque mentem in extasi rapuit extra se quidem sed super semetipsum fuit. Uterque ergo ad se rediit quando et ille ab errore operis se collegit ad cor et ille a contemplationis culmine ad hoc rediit quod in communi intellectu prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitavit secum in quantum se se intra claustra cogitationis custodivit. Nam quotienscumque eum contemplationis ardor in altum rapuit se sub se procul dubio reliquit etc.

Placet quod dicis. Petrus.
Sed queso respondeas michi
si fixe deseri debuit quos semel
suscepit. Gregorius.
Ego Petre existimo ibi mali
adunati equanimiter portandi
sunt ubi aliqui inveniuntur boni.
Nam ubi omnimodo fructus de bonis de-
est fit aliquando de malis labor
supervacuus maxime si cause sup-
petant que fructum deo ferre meliorem
valeant. Vir itaque sanctus propter
quem custodiendum staret qui omnes
unanimiter se persequentes cerneret. Et
sepe cum agitur in animo perfectorum quod
silendo pretereundum non est quia labo-
rem suum sine fructu esse considerat
ad locum alium et ad laborem cum
fructu migravit. Unde ille egregius
predicator qui dissolvi cupit et esse
cum Christo cui vivere Christus est et mori
lucrum qui certamina passionum
non solum ipse petiit sed ad toleranda
hec et alios attendit, Damasci
persecutionem passus ut potuisset evadere
funem sportam murumque quesivit seque
latenter deponi voluit. Numquid illum
mortem dicimus timuisse quam pro amore
Ihesu se testatur appetere. Sed cum in
eodem loco minorem sibi fructum conspi-
ceret adesse et gravem laborem ad
laborem alibi cum fructu se servavit.
Fortis etenim preliator dum teneri
intra claustra etiam noluit sed campum
prelii quesivit. Unde idem venera-
bilis Benedictus si libenter audis citius
agnoscis quia vivos indociles de-
seruit et in aliis locis plures a mor-
te anime suscitavit. Petrus.
Ita esse ut doces manifesta ratio
et prolatum congruum testimonium

declarat. Sed queso ut ad vitam
tanti patris ad narrationis ordinem
redeas. Gregorius. Capitulum.
Cum sanctus vir in capitulum
in eadem solitudine virtutibus
et signis succresceret et multi ab eo
in eodem loco ad dei omnipotentis
servitium sunt congregati ita ut illic
duodecim monasteria cum omnipotentis
Ihesu Christi domini opitulatione
construeret in quibus statutis patri-
bus duodenos monachos deputavit
sed paucos secum retinuit quos
adhuc in sua presentia aptius erudiri
iudicavit. Cepere etiam ad eum tunc
Romane urbis nobiles et religiosi
concurrere suosque filios deo omnipotenti
nutriendos ei dare. Tunc quoque bone
spei soboles Euticius Maurum, Tertu-
lus vero patricius Placidum tradidit.
Ex quibus Maurus iunior cum bonis
polleret moribus magistri adiutor ce-
pit esse. Placidus vero puerilis indo-
lis annos gerebat. De monacho
quem diabolus duxit extra
oratorium. In uno autem ex
eisdem monasteriis que circumquaque con-
struxerat quidam monachus erat
qui ad orationem stare non poterat
sed mox ut se fratres ad studium
orationis inclinassent ipse egredie-
batur foras et mente vaga ter-
rena aliqua et transitoria agebat.
Cumque ab abbate suo sepius fu-
isset admonitus ad virum dei adductus
est. Qui ipse quoque eius stultitiam ve-
hementer increpavit et ad monasterium
reversus vix duobus diebus viri dei ad-
monitionem tenuit. Nam die tertia
ad usum proprium reversus vagari ora-
tionis tempore cepit. Quod cum

Monachus dyscipulus vagat ad oracionem

seruo dei nunciatum fuisset ait Ego venio et eum et per memetipsum emendabo. Cumque vir dei venisset ad idem monasterium et constituta hora expleta psalmodia se fratres in oracionem dedissent aspexit quod eundem monachum qui manere in oracione non poterat quidam puerulus niger per vestimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eiusdem monasterii patri Pompeyano nomine et Mauro dei famulo sanctus Benedictus dixit. Nunquid non aspicitis quis est qui monachum istum foras trahit. Qui respondentes dixerunt Non. Quibus ait Oremus ut et vos eciam videatis quem iste monachus sequitur. Cumque fuisset per biduum oratum Maurus vidit. Pompeyanus pater eiusdem monasterii videre non potuit. Die igitur alia expleta oracione vir dei oratorium egressus stantem foris illum monachum repperit quem pro cecitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nichil persuasionis ulterius amplius a puerulo pertulit sed ad oracionis studium immobilis permansit. Sicque antiquus hostis dominari non est ausus in eius cogitacione ac si ipse percussus fuisset ex verbere. Ex hiis autem monasteriis in eodem loco construxerat vir dei tria sursum in rupibus montis erant et erat fratribus valde laboriosum semper ad lacum descendere ut aquam haurire debuissent maxime quia in devexo montis latere erat grave descendentibus in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis ad dei famulum Benedictum venerunt dicentes Laboriosum nobis est propter aquam cotidie usque ad lacum descendere et ideo necesse est ex eodem loco monasteria mutare. Quos blande consolatos dimisit et nocte eadem cum paruo puerulo nomine Placido cuius superius memoriam fecimus eiusdem montis ascendit rupem ibique diucius oravit et oracione completa tres petras in loco eodem pro signo composuit atque ad suum cunctis nescientibus monasterium rediit. Cumque die alio ad eum pro necessitate aque predicti redissent fratres dixit Ite et rupem illam in qua tres super invicem positas petras invenitis in modico cavate. Valet enim omnipotens deus eciam in illo montis cacumine aquam producere ut vobis tanti laboris itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem montis quam Benedictus predixerat iam sudantem invenerunt. Cumque in ea concavum locum fecissent statim aqua repletus est que tam sufficienter emanavit ut nunc usque ubertim deffluat atque ab illo montis cacumine usque ad inferiora derivetur etc.

De ferro natante super aquam

Alio quoque tempore gothus quidam pauper spiritu ad conversionem venit quem vir dei Benedictus libentissime suscepit. Quadam vero die ei dari ferramentum iussit quod a falcis similitudine falcastrum vocatur. Ut de loco quodam vepres abscideret quatenus illic fieri debuisset ortus. Locus autem quem ipse gothus mundandum susceperat super ripam laci iacebat. Cumque gothus idem densitatem veprium totius virtutis adnisu succideret ferrum de manubrio prosiliens in lacum cecidit ubi erat tanta aquarum profunditas ut spes requirendi hoc ferramentum iam nulla haberetur. Itaque ferro perdito cucurrit tremebundus ad Maurum monachum gothus dampnum quod fecerat nunciavit et reatus sui egit penitenciam. Quod Maurus monachus mox Benedicto dei famulo curavit indicare. Vir igitur domini Benedictus hec audiens accessit ad lacum tulit de manu gothi manubrium et proiecit in lacum et mox ferrum de profundo rediit et in manubrium intravit. Qui statim ferramentum gotho reddidit dicens Ecce labora et noli

constari De placido puero cadente
in aquam. vij. Quadam vero die
dum idem venerabilis benedictus in cella
consisteret predictus placidus puer sancti
viri monachus ad hauriendam aquam
de lacu egressus est Qui vas quod tene-
bat in aquam incaute submittens ipse
quoque cadendo secutus est. quem mox un-
da rapuit et pene in unius sagitte
spacia introrsus traxit Vir autem dei
intra cellam positus hoc agnovit
et maurum festine vocavit dicens Frater
maure curre puer ille qui ad hauri-
endam aquam perrexerat in lacum cecidit
iamque eum longius unda trahit.
Res mira et post sanctum petrum apostolum
inusitata Benedictione etenim postula-
ta atque percepta ad patris sui imperium
concitus perrexit maurus et usque ad
illum locum quo ab unda ducebatur
puer per terram se ire existimans super
aquam cucurrit eumque per capillos te-
nuit et rapido cursu rediit Qui mox
ut terram tetigit ad se reversus post tergum
respexit et quia super aquas cu-
currisset agnovit. et quod presumere
non potuisset. ut fieret miratus extremuit
factum Ad patrem vero reversus rem gestam
retulit. Vir autem venerabilis benedictus
hoc non suis meritis sed obediencie illius de-
putare cepit At contra maurus pro
solo eius imperio factum dicebat. seque con-
scium in illa virtute non esse quam ne-
scius fecisset. Sed in hac mutue humi-
litatis amica contencione accessit puer
autem arbiter qui ereptus est Nam
dicebat Ego cum ex aqua traherer
super caput meum abbatis mei melo-
tem videbam atque ipsum me ex aquis
educere considerabam Petrus
Magna sunt valde que narras et
ad edificationem multorum profutura.
Ego autem boni viri miracula quo
plus bibo eo plus sitio etc. Gregorius
Cum iam in loco eodem c. viij
multi in honore amore domini nostri
ihesu christi fervent. et seculare vitam
multi relinquerent. et sub levi iugo

Melotes melotis est vestis de pilis facta
aut de pelle illa alibi pedes a collo
usque ad lumbos qua induebantur ...

redemptoris cordis cervicem edomarent
sicut mos pravorum est invidere in aliis
virtutis bonum quod ipsi habere non appe-
tunt. vicine ecclesie presbiter florentinus
nomine malicia antiqui hostis per-
cussus sancti viri studiis cepit emu-
lari eiusque conversacioni derogare
et quos potuit ab eius visitacione
compescere Cumque iam conspiceret
se eius profectibus non posse obviare
sed conversacionis opinioni illius
crescere et multos ad statum vite me-
lioris precomio opinionis eius inde-
sinenter vocari in dies facibus magis
magisque succensus deterior fiebat
quia conversacionis illius habere
appetebat laudem et laudabilem vitam
habere nolebat De pane venenoso
Qui eiusdem invidie tenebris cecatus
ad hoc usque perductus est ut servo omni-
potentis dei infectum veneno panem
quasi pro benedictione transmitteret Quem
vir dei cum gratiarum actione suscepit
sed quae pestis latuit in pane eum
non latuit Ad horam refectionis
illius ex vicina silva corvus venire
consueverat. et panem de manu eius
accipere Qui cum more solito venisset
panem quem presbiter transmiserat vir
dei ante proiecit corvo. eique precepit
dicens In nomine domini ihesu christi
tolle hunc panem et in tali loco
eum proice ubi a nullo homine possit
inveniri Tunc corvus aperto ore et
expansis alis circa eundem panem discurrere
cepit et crocitare ac si diceret. obedire
se vellet et tamen iussa implere non
posse Cui vir dei iterum precepit
dicens Leva leva securus et ibi
proice ubi inveniri non possit Qui
diu demoratus corvus tandem levavit
et recessit Post trium horarum spa-
cium abiecto pane rediit et de manu
hominis dei cibum quem consueverat
accepit Venerabilis autem pater contra
vitam suam inardescere sacerdotis animum

videns magis illi qui se doluit Sed
predictus florentinus, quia vitam eius necare
non potuit, se ad extinguendas discipulorum
animas accendit ita ut in orto celle cui
benedictus preerat ante eorum oculos septem
nudas puellas mitteret que coram eis sibi
invicem manus tenentes et diucius lau-
dentes ut illorum mentes ad perversitatem
libidinis inflamarent Quod sanctus
vir de cella conspiciens et lapsum in di-
scipulis adhuc tenerioribus pertimescens
pro sua solius persecutione fieri pertractans in-
iii [ill]ide locum dedit atque cuncta oratoria
que construxerat sub statutis prepositis ad-
iunctis fratribus ordinavit et paucis mo-
nachis secum ablatis habitacionis locum mu-
tavit Mox quoque ut vir dei eius odia humi-
liter cessit omnipotens deus hunc terri-
biliter percussit Nam predictus presbiter stans
in solario benedictum cum discessisse cog-
noscens et exultaret perdurante immobiliter
tota domus fabrica hoc ipsum in quo
stabat solarium cecidit et hostem benedicti
extinxit Quod viri dei discipulus ma-
urus statim venerabili benedicto qui ad-
huc a loco eodem vix decem milibus aberat
abierat estimavit esse nunciandum dicens
Revertere quia presbiter qui te persequebatur
extinctus est Quod vir dei benedictus
audiens sese in gravibus lamentis dedit
vel quia inimicus occubuit vel quia
de inimici morte discipulus gaudebat
Qua de re factum est ut eidem disci-
pulo penitentiam indiceret quod talia man-
dans gaudere de inimici interitu presumpsis-
set etc Petrus
Mira sunt valde et multum stupenda
que dicis Nam in aqua ex petra
producta moysen in ferro quod ex profundo
rediit heliseum in itinere aque per undam
in obediencia petrum heliam in luctu mor-
tis inimici david video Ut perpendo
vir iste omnium iustorum spiritu plenus
fuit etc Gregorius vi
Vir domini benedictus petre unius spiritum
habuit qui per concessam graciam redemp-
toris omnium electorum corda replevit de
quo Johannes dicit Erat lux vera
que illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum De quo rursum
dictum scriptum est De plenitudine
eius nos omnes accepimus Nam sancti
dei potuit a domino virtutes habere
non tamen aliis dare Ille autem
signa virtutis subditis dedit qui se da-
turum signum yone promisit inimicis
ut coram superbis mori dignaretur
coram humilibus resurgere, quatenus
viderent quod contempnerent, et isti
quod venerantes amare debuissent
Ex quo misterio actum est ut dum
superbi aspiciunt despectum mortis hu-
miles contra mortem aspiciant gloriam
potestatis etc Petrus etc
Queso te post hec ad que loca vir
sanctus migraverit vel si aliquas
in eis virtutes ostenderit innotesce etc
Gregorius ix
Sanctus vir ad alia loca demigrans
locum non hostem mutavit Nam
post tanto graviora prelia pertulit quanto
contra se aperte pugnantem ipsum magistrum
malicie invenit Castrum enim quod
cassinum dicitur in latere excelsi montis
situm est, qui vero mons distenso si-
nu, hoc idem castrum recipit, sed
per tria milia in altum surgens vel-
ud ad aera cacumen tendit, ubi vetustis-
simum fanum fuit in quo ex antiquorum
gentilium more a rusticorum stulto populo
appollo colebatur Circumquaque etiam
in cultu demonum luci succreverant
in quo adhuc eodem tempore infidelium
insana multitudo sacrificiis sacrilegis
insudabat Ibi itaque vir dei per-
veniens contrivit ydolum subvertit
aram, succidit lucos, et in ipso tem-
plo appollinis oraculum beati martini
et ubi ara eiusdem appollinis fuit
oraculum sancti Johannis construxit

et commorantem circumquaque multitudinem
predicatione continua ad fidem Christi vocat
Sed hec antiquus hostis tacite non ferens
non occulte vel per sompnium sed aper-
ta visione eiusdem patris oculis se inge-
bat et magnis clamoribus vim se pati
conquerebatur ita ut vocem illius eciam
fratres audirent quamvis ymaginem minime
cernerent. Ut ipse discipulis suis venerabilis
pater dicebat corporalibus eius oculis idem
antiquus hostis teterrimus et succensus
apparebat qui in eum ore et oculis flam-
mantibus sevire videbatur. Iam vero
que diceret audiebant omnes. Prius
enim hunc vocabat ex nomine. Cui cum
vir dei minime responderet ad eius mox
contumelias erumpebat. Nam cum
clamaret dicens Benedicte benedicte
et nullo modo eum sibi conspiceret respondere
protinus adiungebat Maledicte et non benedicte
quid mecum habes quid me persequeris. Sed
iam nunc spectanda sunt contra dei fa-
mulum hostis antiqui certamina nova
cui pugnam quidem intulit sed occa-
siones victorie ministravit invitus. sin
Quadam die dum fratres habitacula
eiusdem celle construerent lapis in me-
dio iacebat quem in edificium levare
decreverunt. Cumque eum duo vel tres
movere non possent plures adiuncti sunt
sed ita immobilis mansit ac si radi-
citus in terra teneretur ut palam daretur
intelligi quod super eum ipse per se anti-
quus hostis sederet quem tantorum virorum
manus movere non possent. Diffi-
cultate igitur facta ad virum dei missum
est ut veniret et orando hostem re-
pelleret ut lapidem movere potuissent.
Qui mox venit orationem faciens
benedictionem dedit et lapis tanta celeri-
tate levatus est ac si prius nullum
pondus habuisset. **De igne fantastico .x.**
Tunc in conspectu viri
dei placuit ut in loco eodem terram
foderent. Quam dum fodiendo
penetrarent ydolum illic invenerunt.
Quo ad horam in coquina casu
proiecto ignis exire visus est et in cunc-
torum monachorum oculis quasi omne
coquine eiusdem edificium consumere
ostendit. Cumque iactando aquam
quasi extinguendo igne perstreperent pul-
satus eodem tumultu vir dei advenit.
Qui eundem ignem esse in oculis
fratrum et non in suis considerans
caput protinus in orationem flexit et
eos quos fantastico repperit deludi
fratres revocavit et ut oculos suos si-
gnarent monuit et sanum illud
coquine edificium cernerent et flammas
quas antiquus hostis finxerat non
viderent. **De puero oppresso per
casum parietis .xi.**
Rursum quadam
fratres parietem quia res ita exigebat
paulo altius edificarent vir dei
in orationis studio intra cellam sue clau-
stra morabatur. Cui antiquus hostis
insultans apparuit et quia ad fra-
tres laborantes pergeret indicavit.
Quod vir domini per nuncium fratribus
celerrime indicavit dicens Fratres
caute vos agite quia ad vos hac
hora spiritus malignus venit. Is
qui mandatum detulit vix verba
compleverat et malignus spiritus eundem
parietem qui edificabatur evertit et
puerulum monachum cuiusdam curial-
is filium opprimens ruina contrivit. Con-
tristati omnes ac vehementer afflicti
non dampno parietis sed contritione
fratris. Quod venerabili patri Benedicto
studuerunt celeriter cum gravi luctu
nunciare. Quod idem pater audiens
ad se dilaceratum puerum deferri iubet
quem non portare nisi in sacco potu-
erunt quia collapsa saxa parietis
non solum membra sed et ossa eius
contriverant. Sed vir dei statim pre-
cepit eum in cella sua in [veste] sago quod
matta dicitur ubi orare consueverat
proici. Dimissisque fratribus cellam clausit

et orationi instantius quam solebat incubuit
Mira res hora eadem hunc incolumem
atque ut prius valentem ad eundem iterum
laborem misit ut etiam ipse cum fratribus
perficeret. Deinde insultu antiquus hostis
Benedicto insultare crediderat. Cepit
etiam inter ista vir dei spiritu prophetie pol-
lere ventura predicere presentia absentibus
indicare. **De monachis qui comede-
runt et biberunt extra cellam .xij.**
Mos etenim celle fuit ut quos ad responsum
aliquod egrederentur fratres cibum potum-
que extra cellam minime sumerent. Cumque
hoc de usu regule sollicite servarent
quadam die fratres ad responsum egressi
sunt in quo tardiore compulsi sunt
hora demorari. Qui manere iuxta
religiosam feminam noverant. Cuius
ingressi habitaculum presumpserunt cibum
Cumque iam tardius ad cellam redissent
patris benedictionem ex more petierunt. Quos
ille protinus percunctatus est dicens
Ubi comedistis. Qui responderunt
dicentes Nusquam. Quibus ille ait
Quare ita mentimini. Numquid illius
femine habitaculum non intrastis. Numquid
hos atque illos cibos non accepistis. Numquid
tot calices non bibistis. Cumque
eis venerabilis pater et hospitium mulieris
et genera ciborum et numerum potionum diceret
recognoscentes que egerant cuncta
ad pedes eius tremefacti ceciderunt
et deliquisse se confessi sunt. Ipse autem
culpe pepercit percipiens quod in absentia
eius ultra talia non facerent quem se spiritu
esse presentem scirent etc. **De eo qui
deceptus in itinere comedit .xiij.**
Frater quoque Valentiniani eius monachi
vir erat laicus sed religiosus qui
ut servi dei orationem perciperet et ger-
manum fratrem videret annis singulis
de loco suo ad cellam viri dei ieiunus
venire consueverat. Quadam igitur
die dum iter ad monasterium faceret
alter viator se illi adiunxit qui sibi
edendos in itinere portabat cibos.

Cumque iam hora tardior excre-
visset dixit. Veni frater sumamus
cibum ne lassemur in via. Cui
ille respondit Absit frater non faciam quia
ad venerabilem patrem benedictum ieiunus
semper venire consuevi. Quo
responso audito comviator ad horam
conticuit. Sed cum post hec aliquantu-
lum spatium itineris egissent rur-
sus admonuit ut manducarent.
Consentire noluit qui ieiunus ve-
nire decreverat. Tacuit qui eum
ad manducandum invitavit, et cum
eo ieiunus adhuc ad modicum perge-
re consensit. Cumque iter longius
agerent et eos ambulantes tardior
hora fatigaret in itinere invenerunt
pratum et fontem et quecumque poterant
ad reficiendum corpus delectabilia
videri. Tunc comviator ait Ecce
pratum ecce aqua ecce amenus
locus in quo possimus refici et
parum quiescere ut valeamus
iter nostrum postmodum incolumes
explere. Cum igitur verba auribus
et loca oculis blandirentur hac
tertia admonitione persuasus consensit
et comedit. Vespertina vero hora
pervenit ad cellam presentatusque
venerabili patri benedicto orationem
petiit. Sed mox ei vir sanctus
hoc quod in via egerat improperat
dicens. Quid est frater hostis
malignus qui te per comviatorem
tuum locutus est semel te suadere
non potuit secundo non potuit
tertio persuasit et te ad hoc quod
noluit superavit. Tunc ille rea-
tum sue infirme mentis agno-
scens pedibus eius provolutus tan-
to magis cepit culpam deflere
et erubescere quanto se cognovit etiam
absente benedicti patris oculis de-
liquisse. **Petrus etc.**

Ergo sancti viri pectoribus helisei
spiritum video inesse qui absenti
discipulo presens fuit. Gregorius
de illo qui sub veste regia voluit
illudere benedicto. xiiij. c.

Oportet petre ut intentum silentium,
quatenus ad huc maiora cognoscas.
Temporibus namque gothorum cum rex
eorum totila sanctum virum prophetie spiritum
habere audisset, ad monasterium eius
pergens paulo longius ei quod se esse ve-
nturum nuntiavit. Cui dum protinus
fuisset mandatum de monasterio quod veniret
ipse, sicut perfide mentis fuit, an vir
dei spiritum prophetie haberet explorare
conatus est. Cuidam vero eius spata-
rio rigo dicebatur calciamenta
sua prebuit, et eum regalibus vestibus
indui fecit, quem quasi in sua ire persona
ad dei hominem precepit. In cuius
obsequio tres qui sibi pre ceteris adherere
solebant comites misit, scilicet vultarith et
ruderith et bledin, et ante oculos servi
dei ipsum esse regem totilam simulan-
tes lateri eius obambularent, cui
ceteros ad obsequia alia et spatarios
prebuit ut tam ex eisdem obsequiis
quam ex purpureis vestibus rex esse
putaretur. Cumque isdem riggo
decoratus vestibus obsequentium
frequentia comitatus fuisset monasterium
ingressus vir dei eminus sedebat
quem venientem conspiciens cum iam
audiri ab eo potuisset clamavit
dicens: Pone fili pone, hoc quod
portas non est tuum. Qui Riggo pro-
tinus in terram cecidit et quod tanto
viro illudere presumpsisset expavit.
Omnes quoque qui cum eo ad hominem
dei veniebant terre consternati sunt.
Surgentes autem propinquare ad eum
minime presumpserunt, sed ad regem

rigo cepitavit quod invento se rege dicebat.

suum reversi trepidi nuntiaverunt in
quanta velocitate deprehensi fuerant.
Tunc ipse idem totilla per se
ad dei hominem accessit. Quem
cum a longe sedentem cerneret non
ausus accedere ad eum sese in terram
dedit. Cui cum vir dei bis, ter-
que diceret surge, sed ipse ante eum
de terra erigi non auderet, benedictus
domini ihesu christi famulus per semetipsum
ire dignatus est ad regem prostra-
tum, quem de terra levavit, et de suis
actibus increpavit, atque in paucis
sermonibus omnia que illi erant
futura nuntiavit dicens: Multa
mala facis et multa fecisti, iam
aliquando ab iniquitate compesce.
Et quidem Romam ingressurus es,
mare transiturus, annis novem regna-
turus, decimo morieris. Quibus
auditis rex vehementer territus, oratione
petita recessit, et ex illo iam tempore
minus crudelis fuit. Nam non
multo post Romam adiit, ad sici-
liam perrexit, et anno decimo re-
gni sui omnipotentis dei iudicio
regnum cum vita perdidit. Capua-
ne antistes canisinie ecclesie ad eundem
dei famulum venire consueverat,
quem vir dei pro vite sue merito
valde diligebat. Is itaque dum
cum illo de ingressu regis totile
et Romane urbis perditione collo-
queretur, dixit: Per hunc re-
gem civitas ista destruetur, ut
iam amplius non inhabitetur. Cui
vir domini respondit: A gentibus Roma
non exterminabitur, sed tempestatibus
coruscis et turbinibus ac terre mo-
tu fatigata marcescet in semet-
ipsa. Cuius prophetie misteria iam
nobis facta sunt luce clariora.

Roma non a gentilibus sed a turbinibus
choruscationibus et terre motu consumabitur.

qui in hac urbe dissoluta incendia
cunctas domos destructas ecclesias
turbine eversas / et eius edificia
longo senio quassata iam minis
crebrescentibus prosternit. Cuius
honoratus eius discipulus cum reue
latione michi hoc compertum est
nequaquam ex ore illius se audisse
perhibeat tamen quia hoc dixerit
dictum se testatur a fratribus suisse

De clerico ordinato liberato a demo
nio et quem dyabolus post per
ceptum ordinem iterum intravit

Eodem quoque tempore quidam aqui
nensis ecclesie clericus a demonio vexabatur
qui a venerabili viro constancio
eiusdem ecclesie antistite per multa
fuerat martirum loca transmissus ut sa
nari potuisset. Sed sancti dei martires
noluerunt sanitatis donum tribuere
ut quanta esset in benedicto gratia demon
strarent. Ductus est itaque ad dei
famulum benedictum qui domino
ihesu christo preces fundens antiquum
hostem ab obsesso homine expulit.
Cui sanato precepit dicens Vade
et post hec carnes non comedas
/ et ad sacrum ordinem nunquam accedere
presumas. Quacumque die ad sacrum
ordinem accedere presumpseris / statim
iuri dyaboli mancipaberis. Di
scessit igitur sanus / et sicut terrere
solet animum pena recens ea que vir
dei preceperat ad tempus custodivit.
Cum vero post annos multos
omnes priores illius ex hac luce mi
grassent et iuniores suos sibi sup
poni in sacris ordinibus cerneret verba
viri dei quasi ex longo tempore oblitus
post posuit et ad sacrum ordinem
accessit / quem mox qui eum reliquerat

dyabolus tenuit / et eum vexa
re donec animam eius excuteret
non cessavit. Petrus

Iste vir dei ut video etiam divi
nitatis secreta penetravit qui per
spexit hunc clericum iccirco dya
bolo traditum ne ad sacrum ordinem
accedere auderet. Gregorius

Quare divinitatis secreta non
nosset qui divinitatis precepta
servavit / Nam scriptum est Qui
adheret domino unus cum eo
spiritus est. Petrus

Si unus fit cum domino spiritus
qui domino adheret / quid est quod
iterum egregius predicator dicit
Quis cognovit sensum domini
/ aut quis consiliarius eius fuit.
Valde enim inconveniens esse videtur
sensum eius cum quo unus factus
fuit ignorare. Gregorius

Sancti viri in quantum cum domino
sunt unum sensum domini non
ignorant. Nam idem apostolus dicit
Quis scit hominum que sunt hominis
nisi spiritus hominis qui in ipso est.
Itaque que dei sunt / nemo cognovit
nisi spiritus dei. Qui ut ostenderet
/ se nosse que dei sunt adiunxit
Nos autem non spiritum huius mundi
accepimus / sed spiritum qui ex deo
est. Hinc iterum dicit Quod oculus
non vidit / nec auris audivit / nec
in cor hominis ascendit que preparavit
deus diligentibus se nobis autem
revelavit per spiritum suum. Petrus

·xvii·

Si ergo eidem apostolo
ea que dei sunt fuerant reve
lata / quomodo super hoc quod proposui
premisit dicens / O altitudo divi

sapientie et scie dei quam incomprehensibilia
sunt iudicia eius et investigabiles vie
eius Sed rursum in hec dicenti da
vid oritur questio Nam david propheta
loquitur dicens In labiis meis pronun
ciavi omnia iudicia oris tui / Et cum
minus sit nosse quam etiam pronunciare quid
est quod paulus incomprehensibilia esse dei
iudicia asserit david autem se hec omnia
non solum nosse / sed etiam in labiis
suis pronunciasse testatur Gregorius
Ad utraque hec tibi sub brevitate
rudi dicens / quod sancti viri inquantum
cum domino unum sunt / sensum domini
non ignorant / Omnes enim qui devote
dominum secuntur ex devocione cum domino
sunt / et si adhuc pondere carnis cor
ruptibilis gravati cum deo non sunt /
Occulta itaque dei iudicia inquantum deo
coniuncti sunt sciunt / inquantum disiuncti ne
sciunt / Quia enim secreta dei adhuc
perfecte non penetrant / iudicia eius esse
occulta testatur / Sed quia mente ei
inherent et inherendo sacre scripture elo
quiis vel occultis revelacionis inquantum
accipiunt cognoscunt / hec norunt et
pronunciant / Iudicia igitur que deus tacet
nesciunt que deus loquitur sciunt / Unde
david propheta cum dixisset In labiis
meis pronunciavi omnia iudicia protinus
addidit oris tui / ac si aperte dicat Illa
iudicia ego et nosse et pronunciare po
tui queque dixisse cognovi Nam ea
que ipse non loqueris nostris procul dubio
cognicionibus abscondis / Concordat ergo
prophetica cum apostolica sententia / quia incom
prehensibilia sunt dei iudicia / et tamen
que de ore eius prolata fuerint humanis
labiis pronunciantur / quia sciri ab hominibus
prolata per deum possunt sed occulta non possunt
In obiectione mea Petrus
festinanter patuit causa racionis / sed
queso si qua sunt adhuc de huius vi
ri virtute subiunge etc Gregorius

Vir quidam nobilis theoprobus nomine
eiusdem benedicti patris fuerat amoni
cione conversus qui pro vite sue merito ma
gnam apud eum familiaritatis fiduciam
habebat Hic cum quadam die cellam eius
fuisset ingressus hunc amarissime fle
tem repperit Cumque diu subsisteret et lac
rimas eius tendere non finiri / nec tamen
ut consueverat / vir dei orando plangeret
/ sed merendo quenam causa tanti fletus
existeret inquisivit Cui vir domini illico
respondit Omne hoc monasterium quod construxi
et cuncta que fratribus preparavi omnipotentis
dei iudicio gentibus tradita sunt Vix autem
obtinere potui ut michi ex hoc loco anime
concederentur Cuius vocem tunc theoprobus
audivit Nos autem impletam cernimus qui
destructum eius monasterium agente lon
gobardorum scimus / Nocturno enim tempore
quiescentibus fratribus illuc longobardi
ingressi sunt qui diripientes omnia
ne unum quidem hominem illic tenere
potuerunt Sed implevit omnipotens deus
quod fideli famulo benedicto promisit ut
gentibus res traderet animas custodiret
Qua in re pauli vicem tenuisse
video benedictum cuius dum navis rerum
omnium iacturam pertulit in presentem tamen
consolacionem vitam omnium qui comitabantur
eum accepit etc De serpente iuncto
in flascone capitulum xviii Quodam autem
quoque tempore exhilaratus noster quem ipse
conversum nosti transmissus fuerat a do
mino suo ut viro dei dei in monasterium
duo lignea vascula que vulgo flasco
nes vocantur plena vino deferret qui
unum detulit sed alterum pergens in itinere
abscondit Vir autem domini quem facta
absencia latere non poterat / unum cum
graciarum actione suscepit et discedentem
puerum monuit dicens / De illo flasco
ne quem abscondisti fili ne bibas / sed
inclinas illud caute et invenies quid
intus habeat Qui valde confusus a dei
homine confusus exivit / et reversus volens

probare quod audierat cum flascone inclinasset
protinus serpens de eo egressus est. Tunc
predictus Exhilaratus exhorruit quod in vino reperit
exponit malum quod fecit. De map-
pulis XIX. Non longe a monasterio eius
vicus erat in quo magna multitudo
hominum ab ydolorum cultu ad fidem Christi
exhortatione Benedicti fuerat conversa. Ibi
etiam quedam sanctimoniales femine
manebant et crebro illuc pro exhortandis
animabus fratres suos mittere Benedictus
dei famulus curabat. Quadam vero
die misit ex more, sed is qui missus fuerat
monachus post admonitionem factam a sanctimo-
nialibus feminis rogatus mappulas acce-
pit, et eas sibi in sinum abscondit. Qui
ut mox ut reversus est vir dei eum vehe-
mentissima amaritudine cepit increpare
dicens Quomodo ingressa est iniquitas
in sinum tuum. At ille obstupuit et quid
egisset oblitus unde corripiebatur ignora-
vit. Cui ait Numquid ego illic presens
non eram quando ab ancillis dei mappulas
accepisti et eas in sinum misisti. Qui mox
vestigiis eius provolutus stulte se egisse
penituit et eas quas in sinum abscon-
derat mappulas proiecit. Quomodo
cognovit cogitationes pueri sibi servi-
entis XX. Quadam quoque die
dum pater venerabilis vespertina iam
hora corporis alimenta perciperet monachus
eius cuiusdam defensoris filius fuerat
qui ei ante mensam lucernam tene-
bat. Cumque vir dei ederet, et ipse
cum lucerne ministerio astaret cepit per
superbie spiritum in mente sua tacitus volvere
et per cogitationem tacitus dicere Quis est
hic cui ego assisto manducanti, lucer-
nam teneo, servitium impendo. Quis
sum ego ut isti serviam. Ad quem
vir dei conversus est cum increpare
dicens Signa cor tuum frater. Quid
est quod loqueris signa cor tuum. Vocatis
autem statim fratribus precepit ei lucernam
tolli ipsum vero a ministerio recedere, et cum

eadem in hora quietum sedere. Qui
requisitus a fratribus quid habuisset
in corde per ordinem narravit quanto
superbie spiritu intumuerat, et que
contra virum dei verba per cogitationem
tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus
patuit quod venerabilem Benedictum
latere nichil posset in cuius auribus
etiam verba cogitationis sonuissent.
De modiis farine XXI. Alio
quoque tempore in eadem Campanie regi-
one fames incubuerat magna
que omnes alimentorum indigentia co-
~~angustiabat~~ coangustiabat. Iamque
in monasterio Benedicti triticum deerat
et panes pene omnes consumpti fue-
rant et non plures quam quinque ad re-
fectionis horam fratribus inveniri
potuissent. Cumque eos venerabi-
lis pater contristatos cerneret pusilla-
nimitatem studuit modesta incre-
patione corrigere et rursum promis-
sione sublevare dicens. Quare
de panis inopia animus vester contristatur.
Hodie quidem est minus sed in die
crastina habundanter habebitis. Seque-
ti vero die ducenti farine modii
ante fores celle in saccis inventi
sunt quos omnipotens deus quibus de-
ferentibus transmisisset nunc usque ma-
net incognitum. Quod cum fratres
cernerent domino gratias referentes di-
dicerunt iam de habundantia con-
fidere nec in egestate dubitare.
Dic ergo queso Petrus. Numquid
te, numquid credendum est huic
famulo dei potuisse semper spiritum prophe-
tie assistere an per intervalla temporum
mentem eius replevit. Gregorius
Prophetie spiritus petre non semper
prophetarum irradiat mentes
quia sicut de spiritu sancto scriptum est

Ubi vult spirat. Et tamen sciendum est quia et quando vult spirat. Hinc enim est quod Nathan a rege requisitus si templum construere posset, primo consensit et postmodum prohibuit. Hinc est quod Heliseus cum mulierem flentem cerneret et causam nesciret, ad puerum prohibentem hanc dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, et Dominus celavit a me et non indicavit michi. Hoc omnipotens ex magna pietatis dispensatione disposuit, quia dando prophetie spiritum aliquando et subtrahendo, prophetantium mentes et elevat in celsitudine et custodit in humilitate, ut et accipientes spiritum inveniant quid de Deo sint, et rursus spiritum prophetie non habentes cognoscant quid sint a semetipsis.

Petrus. Hoc sit ratio magna declarat. Sed queso de venerabili patre Benedicto quidquid adhuc animo occurrit exequere.

Gregorius. Qualiter apparuit in sompnis et disposuit edificia. Capitulum xxii.

Alio tempore a quodam viro fideli fuerat rogatus ut in eius predio iuxta Terracinensem urbem missis discipulis construere monasterium debuisset. Qui roganti consentiens, deputatis fratribus patrem constituit, et quis secundus eis esset ordinavit. Quibus euntibus spopondit dicens: Ite, et die illo veniam et ostendo vobis in quo loco oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo susceptio hospitum, et que sunt necessaria edificare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerunt, et constitutum diem magnopere postulantes paraverunt omnia que his qui cum tanto patre venire potuissent videbantur esse necessaria. Nocte vero eadem qua promissus illucescebat dies, eidem servo Dei quem illic patrem constituerat et preposito eius vir Domini in sompnis apparuit et loca singula ubi edificari debuissent subtiliter designavit. Cumque utrique a sompno surgerent, sibimet quod viderant retulerunt. Non tamen visioni illi omnimode fidem dantes, virum Dei sicut promiserat se venire expectabant. Cumque die constituto minime venisset, ad eum cum merore reversi sunt dicentes: Pater, expectavimus ut venires sicut promiseras et nobis ostenderes ubi et quid edificare debuimus, et non venisti. Quibus ipse ait: Quare, fratres, quare ista dicitis? Numquid sicut promisi non veni? Cui cum dicerent: Quando venisti? Respondit: Numquid vobis utrisque dormientibus non apparui et loca singula designavi? Ite, et sicut per visionem audistis, ita omne habitaculum monasterii construite. Qui hec audientes vehementer admirati ad predictum predium sunt reversi, et cuncta habitacula sicut ex revelatione didicerant construxerunt.

Petrus. Doceri velim quo ordine fieri potuit ut responsum dormientibus diceret, quod ipsi per visionem audirent et cognoscerent.

Gregorius. Quid est quod perscrutaris rei geste ordinem et ambigis, Petre? Liquet profecto quia mobilioris est nature spiritus quam corpus. Et certe scriptura teste novimus quod propheta ex Iudea sublevatus est repente, et cum prandio in Caldea depositus, quo videlicet prandio prophetam refecit, seque repente in Iudea iterum invenit. Si igitur tam longe Abacuc potuit sub momento corporaliter ire et prandium deferre, quid mirum si Benedictus obtinuit ut iret per spiritum et fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret, ut sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, sic iste ad institutionem spiritalis vite spiritaliter pergeret.

Petrus. Manus tue locutionis tersit a me, fateor, dubitationem mentis

Sed velim nosse in communi locutione qualis vir iste sanctus fuit. Gregorius.

Ex ipsa, Petre, communi. xxiii.

Locutio eius a virtutis pondere carebat, quia cuius cor in altum se suspenderat, nequaquam verba de ore eius incassum cadebant. Si quid vero umquam non decernendo sed minando dixisset, tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc non dubie nec suspense sed iam per sententiam protulisset. Nam non longe a monasterio duae quedam sanctimoniales femine nobiliori genere exorte in loco proprio conversabantur, quibus quidam vir religiosus ad exterioris vite usum prebebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, ut minus se despiciant qui se plus ceteris aliquid in hoc mundo fuisse meminerint, necdum predicte sanctimoniales femine perfecte linguam sub habitus sui freno restrinxerant, et eundem religiosum virum qui ad exteriora eius obsequium prebebat sepe incautis sermonibus ad iracundiam provocabant. Qui cum diu tolleraret, perexit ad Dei hominem et quantas pateretur verborum contumelias enarravit. Sed vir Dei hec audiens protinus eis mandavit, dicens: Corrigite linguam vestram, quia si non emendaveritis excommunico vos. Quam excommunicationis sententiam intulit sed minando. Ille autem a pristinis moribus nichil mutate, intra paucos dies defuncte sunt et in ecclesia sepulte. Cumque in eadem ecclesia missarum sollemnia celebrarentur et ex more dyaconus clamaret: Si quis non communicat, det locum, nutrix earum que pro eis oblationem Domino offerre consueverat eas de sepulcris suis progredi et exire ecclesiam videbat. Quod cum sepius cerneret, quia ad vocem dyaconi clamantis exibant foras et intra ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam rediit que vir Dei illis adhuc viventibus mandavit. Eam namque se excommunicare dixerat, nisi mores et verba corrigerent. Tunc servo Dei cum gravi merore indicatum est, qui protinus oblationem manu dedit dicens: Ite et hanc oblationem pro eis Domino offerri facite, et excommunicate ulterius non erunt. Que oblatio dum pro eis fuisset immolata, et a dyacono oblatum est clamatum est ut non communicantes ab ecclesia exirent, ~~ille ab ecclesia exirent~~ ille ab ecclesia exire ulterius non sunt vise. Qua ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos qui communioni privati sunt minime recederent, communionem a Domino per servum Domini receperunt. Petrus.

Mirum est valde quamvis venerabilem et sanctissimum virum adhuc in hac corruptibili carne degentem potuisse animas solvere in illo iam invisibili iudicio constitutas. Gregorius 2.

Numquid non in hac carne erat qui audiebat: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quecumque solveris super terram erunt soluta et in celis? Cuius vicem ~~pro~~ ligandi et solvendi nunc obtinent, qui locum sancti regiminis fide et moribus tenent. Sed ut tanta valeat homo de terra, celi et terre conditor in terram venit e celo, et ut caro iudicare de spiritibus possit, hoc ei largiri est dignatus Deus pro hominibus caro factus, quia surrexit ultra se infirmitas nostra, unde sub se infirmata est infirmitas Dei etc. Petrus 2.

Cum virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum. Gregorius. xxiiii. 2.

Quadam die quidam eius puerulus monachus parentes suos ultra quam debebat diligens et ad eorum habitationem

Dire ye deus de celo venit

tendens praeter benedictione de mona-
sterio exisset eadem die mox ut ad
eos venit defunctus est. Cumque
esset sepultus die altero corpus eius
foras proiectum inventum est. Quod
sepulture rursum tradere curave-
runt, sed die sequenti iterum proiectum
exterius et inhumatum invenerunt.
Tunc concito et ad benedicti patris
vestigia currentes cum magno
fletu petierunt ut ei sua gratiam
largiri dignaretur. Quibus
vir domini manu sua protinus co-
munionem dominici corporis dedit di-
cens: Ite et hoc dominicum corpus
super pectus eius ponite eumque
sic sepulture tradite. Quod cum
factum fuisset susceptum corpus
eius terra retinuit nec ultra
proiecit. Perpendis petre cuius meriti
apud ihesum christum dominum iste vir
iste fuit ut terra corpus illius non
susciperet qui gratiam benedicti non
haberet. Petrus.

Perpendo plane et vehe-
menter obstupesco. Gregorius xxvi.

Quidam vero eius monachus mobilita-
ti mentem dederat, et permanere
in monasterio nolebat. Cumque eum
vir dei assidue corriperet frequenter
amoneret, et ipse nullo modo conse-
tiret in congregatione persistere
sed importunis precibus ut relaxa-
retur immineret, quadam die vene-
rabilis nimietatis eius tedio affectus
iratus iussit ut discederet. Qui
mox ut monasterium exiit contra se
assistere aperto ore draconem sibi in
venit. Cumque eum idem draco
devorare vellet cepit tremens
et palpitans magnis vocibus clamare dicens:
Currite currite quia draco iste me devorare vult. Currentes autem fratres draconem minime viderunt sed trementem atque palpitantem monachum in monasterium reduxe-
runt. Qui statim promisit

se iam nunquam esse a monasterio
discessurum, et ex hora eadem ex parte
in sua promissione permansit. quippe
qui sanctis orationibus assistere contra
se draconem viderat, quem prius non
videndo sequebatur. Sed neque
hoc silendum puto quod illustri
viro anthonio narrante cognovi,
qui aiebat patris sui puerum mor-
bo elefantino fuisse corruptum,
sic ut iam pilis cadentibus cutis
intumesceret atque increscentem saniem
occultare non posset. Qui ad virum
dei ab eodem patre suo missus est et
saluti pristine sub omni celeritate re-
stitutus. De xiii solidis inven-
tis super archa. xxvii. Nec
illud taceam quod discipuli eius
sepeius nomine narrare consueverunt.

quia die quadam vir fidelis quidam
necessitate compulsus unum sub sole
debiti remedium credidit si ad virum
dei pergeret, et que eum urgebat de-
biti necessitas indicaret. Venit itaque
ad monasterium omnipotentis dei famuli
et quod a creditore suo pro solidis xii
fuit ei insinuavit. Cui pater
venerabilis nequaquam se habere xii
solidos respondit, sed tamen eius inopie
blanda locutione consolatus ait:
Vade et post biduum revertere, quia
deest hodie quod tibi dem. Dare
In ipso autem biduo more suo in
oratione fuit occupatus. Cum die
tercio is qui debiti necessitate affli-
gebatur et super archam mona-
sterii que erat frumento plena
subito xiii solidi inventi sunt,
quos vir domini iussit afferri
et afflicto petitori tribuit dicens
ut xii redderet et unum pro expen-
sis suis haberet. Sed ad ea redeamus

redeam que eis discipulis in libri
huius exordio predictis referentibus cog-
ni. Quidam vir adversarij quins-
sima pri emulacione laborabat
in tantum ad hoc usque odium prorupit
ut ei nescienti in potu venenum
daret. Quod quamvis vitam auferre
valuit, cutis tamen colorem mutavit
ut diffusa ita in corpore eius va-
rietas lepre morem imitari videretur.
Sed ad dei hominem deductus pristinam
salutem citius recepit. Nam mox
ut eum tetigit, cutis illius omnem
varietatem fugavit etc. De oleo
mirabiliter excrescente in do-
lio xxviij. Eodem quoque tempore
quo alimentorum inopia campaniam
graviter affligebat, vir dei diversis
egentibus cuncta alimenta monaste-
rii tribuebat, ut pene nihil in
cellario nisi parum quid olei in vi-
treo vase remaneret. Tunc quidam
subdiaconus agapitus nomine
advenit magnopere postulans ut
sibi aliquantulum olei dari debuisset.
Vir autem domini qui cuncta decre-
verat in terra tribuere ut in celo cuncta
reservaret, hoc ipsum parum olei quod
remanserat iussit petenti dari.
Monachus vero qui cellarium te-
nebat audivit quidem iubentis
verba sed implere distulit. Cumque
post paululum si id quod iusserat
datum esset inquireret, respondit
monachus se minime dedisse, quia
si illud tribueret omnino nihil fratribus
remaneret. Tunc iratus alijs precepit
ut hoc ipsum vas vitreum in quo
parum olei remansisse videbatur
per fenestram proiceret, ne in cella ali-
quid per inobedientiam remaneret.
Factumque est. Sub eadem fene-
stra vero ingens precipitium patebat
saxorum molibus asperum. Pro-
iectum itaque vas venit in saxis, sed
sic mansit incolume ac si proiectum
minime fuisset, ita ut neque frangi
neque oleum effundi potuisset. Quod
vir domini precepit levari et ut erat
integrum petenti tribui. Tunc collectis
fratribus inobedientem monachum de in-
fidelitate sua et superbia coram omnibus
increpavit, et post hec se cum eisdem
fratribus in orationem dedit. In eodem xxix
loco ubi cum fratribus orabat vacuum
ab oleo erat dolium et coopertum. Cum-
que vir sanctus in oratione persisteret, operi-
mentum dolii cepit oleo excrescen-
te sublevari. Quo commoto atque
sublevato oleum quod excreverat
ora dolii transiens pavimentum
loci in quo incubuerat inundabat.
Quod predictus dei famulus ut aspe-
xit protinus orationem complevit et
oleum in pavimentum fluere cessavit.
Tunc diffidentem inobedientemque fra-
trem latius ammonuit ut fidem habere
disceret et humilitatem. Sed ipse frater
salubriter correptus erubuit quia
patris venerabilis dei omnipotentis
virtutem quam ammonitione intimave-
rat ostendit. Nec erat iam ut quis-
quam de eius promissione dubitare
posset, qui in uno eodemque mome-
nto pro vitreo vase pene vacuo do-
lium plenum oleo reddidisset etc. De
monacho liberato a demonio
per alapam xxx. Quadam
die dum benedictus ad beati Iohannis
oratorium quod in ipsa montis cel-
situdine situm est pergeret, antiquus
hostis in specie medici in mulo re-
sidens ei obviam factus est, cornu
et tripodicam ferens. Quem cum
requisisset dicens: Ubi vadis?
Ille respondit: Ecce ad fratres vado

protinus eum in terram proiecit et vehementissime vexavit. Quem cum vir Dei ab oratione rediens crudeliter vexari conspiceret, ei solummodo alapam dedit, et spiritum malignum protinus ab eo excussit, ita ut in eum redire ulterius non auderet.

Vellem nosse. Petrus: Si haec tanta miracula virtute orationis semper impetrabat, an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu. Gregorius etc.

Qui devota mente Deo adherent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa utroque modo solent, ut mira quoque aliquando faciant aliquando ex potestate. Cum enim Iohannes dicat: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui filii Dei ex potestate sunt, quid mirum si signa facere ex potestate valent? Nam quia utroque modo miracula exhibeant, testatur Petrus, qui Thabitam mortuam suscitavit, Ananiam vero et Saffiram mentientes increpando morti tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam quam perpetraverant increpasse. Constat ergo quia aliquando haec ex potestate, aliquando vero exhibent ex postulatione, dum et istis increpando vitam Petrus abstulit et illi reddidit orando. Nam duo quoque facta fidelis Dei famuli Benedicti nunc replico, in quibus aperte clareat aliud hunc accepta divinitus potestate, aliud ex oratione potuisse.

De rustico liberato a manibus pessimi hominis per obtutum Benedicti. XXXI

Gothorum quidam Galla nomine fuit perfidie arriane, qui temporibus Totyle regis eorum contra religiosos viros catholice ecclesie ardore immanissime crudelitatis exarsit, ita ut quisquis ei clericus vel monachus ante faciem venisset, ab eius manibus vivus non exiret. Quadam vero die avaricie sue estu succensus in rapina rerum inhians, dum quendam rusticum tormentis crudelibus affligeret et eum per diversa supplicia laniaret, victus penis rusticus se res suas Benedicto Dei famulo commendasse professus est, ut dum hoc a torquente creditur, suspensa interim crudelitate ad vitam hore raperet. Tunc idem Galla cessavit rusticum tormentis affligere, sed eius brachia loris fortibus astringens, ante equum suum cepit impellere, ut quis esset Benedictus qui res eius susceperat demonstraret. Quem ligatis brachiis rusticus antecedens duxit ad sancti viri monasterium, eumque ante ingressum celle solum sedentem et legentem repperit. Eidem autem subsequenti et sevienti Galle rusticus dixit: Ecce iste est de quo dixeram, Benedictus pater. Quem dum fervido spiritu et perverse mentis insania fuisset intuitus, eo terrore quo consueverat acturum se existimans, cepit magnis vocibus clamare dicens: Surge, surge, et res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem protinus vir Dei oculos a lectione levavit, eumque intuitus, etiam ad rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset, miro modo tanta celeritate cepit se brachia loris ligata dissolvere

et dissolui tam celeriter nulla hominum
festinatione potuissent. Cumque is
qui ligatus venerat cepisset subito
stare sollutus ad tante potestatis vim tre-
mefactus galla ad terram corruit, et
ceruicem crudelitatis rigide eius ve-
stigiis inclinans orationibus illius se
commendauit. Sed vir sanctus a lec-
tione surrexit, sed vocatis fratribus
eum interius tolli ut benedictionem
acciperet precepit. Quem ad se reduc-
tum ut tante crudelitatis insania
quiescere deberet ammonuit. Qui
melior factus recedens nichil vltius
appetere a Rustico presumpsit quem
vir dei non tangendo sed respicien-
do soluerat. Ecce petre est quod perdixi,
quia hii qui deo omnipotenti fami-
liarius seruiunt aliquando mira facere
etiam ex potestate possunt. Qui enim
ferocitatem gothi terribilis sedens
pressit lora nodosque ligature que
brachia innocentis astrinxerant
oculis dissoluit, miraculi ipsa
celeritas indicat quia ex potestate acce-
perat quod fecit. Rursum quoque qua-
le tamque miraculum orando valuit
obtinere subiungam. De puero
xxxiij resuscitato. Quadam die cum
fratribus dum ad agrum operandum
fuisset egressus quidam Rusticus
defuncti corpus filii sui in vlnis
ferens orbitatis luctu estuans
ad monasterium venit et benedictum
patrem quesiuit. Cui dum dictum
esset quia isdem pater cum fratribus in
agro moraretur, protinus ante
monasterii ianuam corpus extincti
filii proiecit et dolore turbatus
ad inueniendum venerabilem patrem
sese concitus in cursum dedit. Eadem
vero hora vir dei ab agri ope-
re iam cum fratribus reuertebatur.

Quem mox turbatus rusticus a-
spexit clamare cepit: Redde filium
meum, redde filium meum. Vir autem
domini in hac voce substitit dicens:
Numquid ego filium tuum abstuli? Cui
ille respondit: Mortuus est, sed veni,
suscita eum. Quod mox ut famu-
lus dei audiuit valde contristatus
est dicens: Recedite fratres recedite,
hec nostra non sunt sed sanctorum apostolorum.
Quid nobis multa onera imponere
que non possumus portare? At ille
quem nimius dolor cogebat in sua
petitione perstitit iurans quod non
recederet nisi filium resuscitaret.
Quem mox dei famulus requi-
siuit dicens: Ubi est? Cui ille respondit:
Ecce corpus eius ad ianuam mo-
nasterii iacet. Quo dum vir
dei cum fratribus peruenisset genua
flexit, et super corpusculum infantis
incubuit, sese quoque erigens palmas
ad celum tetendit dicens: Domine
non aspicias peccata mea, sed fidem
huius hominis qui rogat suscitari
filium suum, et redde in hoc corpu-
sculo animam quam abstulisti. Vix
orationis verba compleuerat et regre-
diente anima ita corpusculum oc
pueri contremuit ut sub oculis
omnium qui aderant viuus appareret
et concussione mirabili palpita-
ret. Cuius mox manum tenuit
et eum patri viuentem atque in-
columem dedit. Liquet petre quod
hoc miraculum ex potestate non habuit
quod prostratus petiit ut exhibere
potuisset etc. 2. Petrus.
Sic cuncta esse ut asseris
constat pateter quia verba que
proposueras rebus probas. Sed queso
te ut indicas si viri sancti omnia que

voluit p̃nt et cuncta impetrant
que desiderant obtinere. Gre
gorius. De pluuia scolastice
lacrimis impetrata xxxiiij

Quisnam est petre in hac vi
ta paulo sublimior qui de
carnis sue stimulo ter dominum rogauit
et tamen obtinere quod voluit non valuit
Ex qua re necesse est ut tibi venerabilis
patris benedicti narrem quia fuit quid
dam quod voluit sed non valuit implere
Soror namque eius scolastica nomine om
nipotenti domino ab ipso infantie tempore
dedicata ad eam semel per annum ve
nire consueuerat. Ad quam vir dei non
longe extra ianuam in possessione
monasterii descendebat. Quadam vero
die venit ex more et ad eam cum
discipulis venerabilis eius descendit
frater qui totum diem in dei laudi
bus sacris que colloquiis ducentes
incumbentibus iam noctis tenebris
simul sumebant cibos. Cumque ad
huc ad mensam sederent et inter sacra
colloquia tardior se hora protraheret
eadem sanctimonialis femina soror eius
eum rogauit dicens. Queso te ne
ista nocte me deseras ut aliquid
de celestis vite gaudiis loquamur.
Cui ille respondit. Quid est quod loque
ris soror. Nullatenus extra cellam
possum manere. Tanta vero erat
celi serenitas ut nulla nubes in
aere appareret. Sanctimonialis autem
femina cum verba fratris negantis au
disset insertas digitis manus
super mensam posuit et caput in
manibus omnipotentem dominum roga
tura declinauit. Cumque leuaret
de mensa caput tanta coruscationis et tonitrui virtus tantaque inundatio pluuie e
rupit ut neque venerabilis benedictus
neque fratres qui cum eo aderant extra
loci limen quo consederant pedem
mouere potuissent. Sanctimonialis fe
mina caput in manibus declinans
lacrimarum fluuios fuderat per quos

aeris serenitatem ad pluuiam traxit
Nec paulo tardius post orationem inundacio
illa secuta est sed tanta fuit conue
niencia orationis et inundacionis ut
de mensa caput iam cum tonitruo le
uaret. quatenus vnum et idem esse momen
tum et caput leuare et pluuiam de
ponere. Tunc vir dei inter coruscati
ones et tonitrua atque ingentis pluuie
inundationem videns se ad monasterium non
posse remeare cepit conqueri contristatus
dicens. Parcat tibi deus omnipotens
deus soror. Quid est quod fecisti. Cui
illa respondit. Ecce rogaui te et audire
me noluisti. rogaui dominum meum et au
diuit me. Modo ergo si potes egredere
et me dimissa ad monasterium recede.
Sed ipse extra tectum exire non valens
qui manere sponte noluit in loco man
sit inuitus. Sicque factum est ut totam
noctem peruigilem ducerent. et spirituales
vite sacris colloquiis sese vicaria re
latione satiarent. Qua de re dixi
eum voluisse aliquid sed minime potuisse
quia si venerabilis viri mentem aspicimus
dubium non est quod eandem serenitatem no
luit in qua descenderat permanere. sed
omnipotentis dei virtute contra hoc quod
voluit ex femineo pectore miraculum
inuenit. Nec mirum quod plus illa femina
que diu fratrem cupiebat videre in eodem
tempore valuit. Quia enim iuxta Iohannis
vocem. Deus caritas est iusto valde
iudicio illa plus potuit amplius amauit.
Fateor multum placet. Petrus
quod dicis. Gregorius.
Cumque die altero eadem venerabilis
femina ad cellam propriam recessisset
vir dei ad monasterium rediit. Cum ecce
post triduum in cella consistens eleuatis
in aera oculis vidit eiusdem sororis
sue animam de eius corpore egressam
in columbe specie celi secreta penetrare.
Qui tante eius glorie congaudens om
nipotenti deo in ympnis et laudibus gratias
reddidit. eiusque obitum fratribus denun
ciauit. quos eciam protinus misit ut corpus

Mors sancte Scolastice.

eius ad monasterium deferrent et in sepul
cro quod sibi paraverat ponerent. Quo facto
contigit ut quorum mens semper una in Deo
fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura se-
pararet. xxxv. Alio quoque tempore Servandus dy-
aconus et abbas eius monasterii quod
in Campanie partibus a Liberio patricio
quondam fuerat constructum ad eum vi-
sitationis gratia ex more venerat. Eius
quippe monasterium frequentabat dulcia
sibi invicem vite verba transfunderent ut
suavem cibum celestis patrie, quia adhuc
gaudendo non poterant, saltem suspiran-
do gustarent. Cum vero hora iam quie-
exigeret in cuiusdam turris superioribus
se venerabilis Benedictus, et in eiusdem
inferioribus se Servandus dyaconus lo-
cavit. Quo videlicet in loca inferiora super-
ioribus pervius continuabat ascensus, sed
ante eandem turrim largum erat habitaculum
in quo discipuli quiescebant amborum.
Cumque vir Domini Benedictus adhuc quie-
scentibus fratribus instans vigiliis noctur-
ne orationis tempus prevenisset, ad fe-
nestram stans et omnipotentem Dominum
deprecans, subito intempeste noctis
hora respiciens vidit fusam lucem
desuper cunctas noctis tenebras ef-
fugasse tantoque splendore clarescere
ut diem vinceret lux illa que inter tene-
bras radiasset. Mira autem valde res
in hac speculatione secuta est, quia sicut
post ipse narravit, omnis etiam mundus
velut sub uno solis radio collectus ante
oculos eius adductus est etc. Quomodo
vidit animam Germani in globo ig-
neo. Qui venerabilis pater dum
intentam oculorum aciem in hoc sple-
ndore lucis infigeret, vidit Germani Ca-
puani episcopi animam in sphera ignea
ab angelis in celum deferri. Tunc teste
sibi volens adhibere tanti miraculi Ser-
vandum dyaconum, iterato bis terque eius
nomine cum clamoris magnitudine vo-
cavit. Cumque ille fuisset insolito tanti
viri clamore turbatus, ascendit et respexit

partemque lucis exiguam vidit. Cui
hoc tantum obstupescenti miraculum
vir Dei per ordinem que gesta fue-
rant narravit. Statimque in Cassi-
num castrum religioso viro Theoprobo
mandavit ut ad Capuanam urbem
sub eadem nocte transmitteret, et quid
de Germano episcopo ageretur agnosceret
et sibi indicaret. Factumque est ut re-
verentissimum virum Germanum episcopum
is qui missus fuerat iam defunctum
reperiret, et requirens subtiliter agno-
vit eodem momento fuisse illius
obitum quo vir Domini eius cog-
novit ascensum. Petrus.

Mira res valde et vehementer
obstupenda. Sed hoc quod dictum
est quia ante oculos ipsius quasi
sub uno solis radio collectus omnis
mundus adductus est, sicut numquam ex-
pertus sum ita ut conicere scio nec
quonam ordine fieri potest ut omnis mundus
ab uno homine videatur. Gregorius.

Fixum tene Petre quod loquor
quia anime Creatorem videnti
angusta est omnis creatura. Quamlibet
etenim parum de luce Creatoris
aspexerit, breve ei fit omne quod
creatum est, quia ipsa luce visionis
intime sinus mentis laxatur,
et tantum expanditur in Deo ut superior
existat mundo. Fit vero ipsa videntis
anima etiam super semetipsam. Cumque
in Dei lumine rapitur super se, in
interioribus ampliatur, et dum sub
se conspicit exaltata comprehendit
quam breve sit quod humiliata non
poterat. Vir ergo qui globum igne-
um et angelos ad celum redeuntes
videbat, hec procul dubio cernere non
nisi in Dei lumine poterat. Quid itaque
mirum si mundum ante se collectum
vidit qui sublevatus in lumine mentis
extra mundum fuit. Quod autem mundus
ante oculos eius collectus dicitur,
non celum et terra contracta est

sed animus videntis dilatatus quia in
deo raptus sine difficultate videre
potuit omne quod infra deum est
In illa ergo luce que exterioribus oculis
fulsit lux interior in mente fuit / que
quia videntis animum ad superiora ra-
puit ei quam angusta essent omnia
inferiora monstravit etc. Petrus
V Videor michi inutiliter non intellexisse
dixisse que mihi dixeras quando
ex tarditate mea tantum crevit expo-
sicio tua Sed quia hec liquide mentis
sensibus infudisti queso ut ad ordinem
narrationis redeas etc. Gregor[ius]
L Libet petre adhuc xxxvi
huic multa narrare / sed quedam
eius studiose pretereo / quia ad aliorum
gesta evolvenda festino Hoc autem
volo ut te lateat quod vir domini inter
tot miracula quibus in mundo cla-
ruit doctrine quoque verbo non mediocriter
fulsit Nam scripsit monachorum regulam
discretione precipuam sermone lucu-
lentam cuius si quis velit subtilius
mores vitamque cognoscere potest in
eadem institutione regule magi-
sterii illius actus omnes invenire quia
sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam
vixit Eodem vero anno quo de
hac vita erat exiturus quibusdam
discipulis secum conversantibus
quibusdam longe manentibus
sanctissimi sui obitus denunciavit
diem presentibus indicens ut audita
per silencium tegerent absentibus vero
indicans quod vel quale eis signum
fieret quando eius anima de
corpore exiret Ante sextum vero
exitus sui diem sibi aperiri sepul-
turam iubet qui mox febribus
correptus acri cepit ardore fatigari
Cumque per dies singulos langu-
or ingravesceret sexto die portari
se in oratorium a discipulis fecit
Ibique exitum suum dominici corporis
et sanguinis perceptione munivit
atque inter discipulorum manus imbecil-
lia membra sustentans erectis

in celum manibus stetit et ultimum
spiritum inter verba orationis efflavit Qua
scilicet die duobus fratribus de eo uni in cella
commoranti alteri longius posito revelatio
unius atque indissimilis visionis
apparuit Viderunt namque quia strata
palliis atque innumeris choruscata lam-
padibus via recto orientis tramite
ab eius cella in celum usque tendebatur
Cui venerando habitu vir desuper clarus
assistens cuius esset via quam cernerent in-
quisivit / illi autem se nescire professi sunt
Quibus ipse ait hec est via qua dilectus
domino benedictus celum ascendit Tunc
itaque sancti viri obitum eius sicut presentes
discipuli viderunt Ita absentes
ex signo quod eis predictum fuerat
cognoverunt Sepultus est autem in oratorio
beati Iohannis baptiste / quod destructa
ara apollinis ipse construxit Qui
in eo specu in quo prius habi-
taverat / nunc usque si fides petentium
exigat miraculis choruscat De
muliere vesana sanata post mor-
tem beati benedicti Nuper namque
est res gesta quam narro Quedam mu-
lier mente capta dum sensum fun-
ditus perdidisset per montes et valles
silvas et campos die noctuque vaga-
batur Ibique tantum quiescebat ubi
lassitudo hanc quiescere coegisset Que-
dam vero die dum vaga nimium er-
raret ad beati benedicti specum devenit
ibique nesciens ingressa mansit
Facto autem mane ita sanato sensu
egressa est ac si eam nulla insania
capitis umquam tenuisset / que omne
vite sue tempus in eadem salute quam
acceperat permansit etc. Petrus
Q Quid nam dicimus esse quod plerumque
in ipsis patrociniis martyrum sic esse
sentimus / ut non tanta beneficia per
corpora sua quanta per reliquias ostendant
et illic signa maiora faciant ubi
minime per semetipsos iacent Gre-
gorius De signis reliquiarum xxxix

Ubi in suis corporibus sancti mtres
iacent dubium non est / petit quod multa
signa valeant demonstrare petit et faciunt
et cum pura mente querentibus multa mi
racula ostendunt. Sed quia ab infirmis
mentibus potest dubitari utrum ne ad audien
dum ibi presentes sint ubi constat quia in suis
corporibus non sunt ibi est necesse eos ma
iora signa ostendere ubi de eorum presencia
mens infirma potest dubitare. Quorum enim
mens in deo fixa est tanto magis
est habet fidei meritum quanto eos illic no
vit et non iacere in corpore et tamen non
deesse ab exauditione. Unde ipsa quoque
veritas ut fidem discipulis augeret dixit
Si enim non abiero paraclitus non veniet
ad vos. Cum enim constat quia spiritus
paraclitus ex patre semper procedat et filio cur
filius se recessurum dicit ut ille
veniat qui nunquam recessit a filio. Sed
quia discipuli dominum in carne cer
nentes sitiunt semper oculis corporeis
videre stabant recte eis dicitur. Nisi
ego abiero paraclitus non veniat / ac
si aperte diceret. Si corpus non subtra
ho quis sit spiritus amor non ostendo
et nisi me desieritis corporaliter cer
nere nunquam me discetis spiritualiter amare.
Placet quod dicis. Petrus.
Aliquantulum iam ab. Gregorius.
Locutione cessandum est ut vires
interim per silentium reparemus etc.
Explicit liber secundus. Incipit
liber Tercius.
Dum vicinis partibus valde vicendo
maiora sancta relinquerem ita ut pau
lini miraculis nolane urbis
episcopi qui multos quorum meminimus
virtute et tempore precessit meditari de
fuisse videatur. Sed ad priora nunc
redeo et ea quanta valeo brevitate
perstringo. Sicut enim sanctorum bonorum simi
libus cuius innotescere solent sermonibus
nostris per exempla gradientibus patri
venerabilis vir celebre nomine innotuit
eius quoque opus admirabile ad eorum

se instruenda studia tetendit /
Seniorum grandevitati me vitte
fuit credere ac si ea que michi di
cebat meis oculis vidissem. Wan
dalorum sevicia wandalorum tempore fuisset
ytalia in campanie partibus depopu
lata et multi essent in hac terra
in regionem affricam transducti.
Vir domini paulinus cuncta que
ad episcopii usum habere potuit cap
tivis indigentibus largitus est. Cum
quoque iam omnimodo nichil superesset
quod petentibus dare potuisset /
Die quadam vidua quedam ad
venit que a genero regis wandalorum
filium suum in captivitate fuisse duc
tum perhibuit atque a viro dei pre
cium eius postulavit / si forte dominus
eius hoc dignaretur accipere
et concederet hunc ad propria redire.
Sed vir dei magnopere perpetio se
mine petenti quid dare potuisset re
tens nichil aliud apud se nisi
seipsum invenit petenti quoque se mu
liere dicens. Mulier quod possum
dare non habeo sed memetipsum tolle
me servum / iuris tui esse profitere
/ et ut filium tuum recipias me vi
ce illius in servitium trade. Quod
illa ex ore tanti viri audiens in
risionem potius credidit quam compas
sionem. Set ille ut erat eloque
tissimus atque studiis exterioribus
eruditus. Dubitanti femine cicius
persuasit ut audita crederet et pro filii
sui recepcione se in servitium trade
re non dubitaret. Pervenere igitur utrique
ad affricam procedente autem regis ge
nero qui filium eius habebat vidua
rogatura se obtulit ac prius petiit
ut ei donari debuisset. Quod
cum vir barbarus typo superbie tur
gidus gaudio transitorie prosperitatis
inflatus non solum facere sed etiam

despiciet vidua subiunxit dicens
Eat hunc hominem pro eo vicarium
suscipe solummodo pietatem in me
exhibe et mihi filium meum uni-
cum redde. Cumque ille vetusto vul-
tu hominem conspexisset quam artem
nosset inquisivit. Cui vir domini
paulinus respondit. Artem quidem
aliquam nescio / sed ortum bene colere
scio. Quod vir gentilis valde libenter
accepit cum nutriendis oleribus eum
eum esse peritum audivit. Suscepit
itaque servum et sibi vidue rogante red-
didit filium. Quo accepto vidua
ab affrica regione discessit. Pau-
linus vero excolendi orti curam suscepit.
Cumque idem gener regis crebro
ingrederetur ortum, prudenterque ortulanum
quedam requireret / et valde sapien-
tem esse hominem videret / amicos et
familiares cepit deserere et sepius
cum suo ortulano colloqui atque
sermonibus eius delectari. Cui pau-
linus quotidie ad mensam olera
odorifera et herbas virentes deferre
consueverat / et accepto pane ad cu-
ram orti remeare. Cumque hoc diu-
tius ageretur die quadam domino
suo secum secretius loquenti ait
Vide quid agas et wandalorum
regni qualiter disponi debeat provide
quia rex citius et sub omni celeritate
est moriturus. Quod ille audiens
quia ab eodem rege pre ceteris dili-
gebatur ei minime tacuit / sed quod
apud ortulanum sapientissimum virum
agnovisset indicavit. Quod cum
rex audisset illico respondit dicens
Ego velim hunc hominem de quo
loqueris videre. Cui gener eius tempo-
ralis domini venerabilis paulini respondit
dicens Herbas virentes mihi
quotidie ad prandium deferre consuevit
has itaque hunc ad mensam tuam
cum portare faciam ut quis sit

qui mihi hec locutus est agnoscas.
Effectumque est / et cum rex ad prandium
discumberet paulinus ex suo opere ole-
ra odorifera quecumque et virentia delaturus
venit. Quem cumque rex subito con-
spexisset contremuit et accersito eius
domino suo et filie propinquo ei secretum
quod prius absconderat indicavit dicens
Verum est quod audisti. Nam in hac
nocte in sompno vidi contra me iudices
in tribunalibus sedentes inter quos et
iste simul sedebat / et flagellum quod
aliquando acceperam eorum iudicio mihi
tollebatur. Sed percontare quisnam
sit. Nam ego virum tanti meriti popu-
larem ut conspicitur esse non suspicor.
Tunc gener regis secreto paulinum
tulit et quisnam esset inquisivit.
Cui vir domini respondit. Servus tuus
sum quem in filium vicarium pro filio vi-
due suscepisti. Cumque instanter ille
requireret ut non quid esset sed quid
in sua terra fuisset indicaret et hoc
ab eo iteratione frequentis inquisitionis
exigeret vir domini constrictus coniura-
tionibus magnis iam non valens ne-
gare quid esset episcopum se testatus est
fuisse. Quod possessor eius audiens
valde pertimuit / et humiliter postulat
dicens Pete ante quod vis / quatenus
ad terram tuam cum magno munere
revertaris. Cui vir domini paulinus
ait. Unum est quod mihi impendere
beneficium potes ut omnes captivos
civitatis mee relaxes. Qui cuncti
protinus in regione affricana requisiti
cum navibus frumento onustis pro
satisfactione venerandi viri paulini
in eius comitatu laxati sunt. Post
non multos vero dies wandalorum
rex occubuit et flagellum quod ad suam
pernitiem dispensante deo pro fidelium
disciplina tenuerat amisit. Sic-
que factum est ut dei omnipotentis
famulus paulinus prediceret ut ...

se solum in hominem tradiderat cum
multis a seruicio in libertatem rediret
illum videlicet imitatus qui formam serui
assumpsit ne nos essemus serui
peccati. Cuius vestigia paulinus sequens
ad tempus voluntarie seruus factus est solus
ut esset postmodum liber cum multis

Petrus dixit

xv Cum me audire contingit quod
imitari non valeo flere magis
libet quam aliquid dicere. c. Gregorius
De eius morte apud ecclesiam suam scri-
ptum est quia cum dolore lateris
esset tactus ad extrema usque perductus
est. Dum eius quoque omnis domus
in soliditate persisteret cubiculum in quo
iacebat eger facto terre motu contremu-
it et omnes qui illic aderant nimio
terrore concussit, sicque sancta illa
anima carne soluta est factumque est
ut magnus pavor invaderet eos qui
mortem paulini videre potuissent. Sed
quia hec que superius diximus pau-
lini virtus valde est intima. Nunc
placet ut ad maiora miracula ve-
niamus, que multis iam nota sunt
et ego tam religiosorum virorum relatione
didici ut de hijs omnino ambigere
non possum. c. De equo qui post
pontificem non potuit portare mu-
iiii lierem etc. Gothorum tempore dum Jo- iii
hannes vir beatissimus huius Roma-
ne ecclesie pontifex ad Justinianum
seniorem principem pergeret corinthie
partibus advenit cui necesse fuit ut
in itinere ad sedendum equus requiri
debuisset. Quod illic quidam vir
nobilis audiens equum super quem
coniux eius sedere propter magnam eius
mansuetudinem consueverat ita ei
obtulit ut cum ad loca alia perve-
niret ubi aptus equus posset inve-
niri ille quem dederat debet pro-
priam coniugem retransmitti.

Factumque est et usque ad certum locum
predictus vir equo eodem sublimiter
mente perductus est. Cui mox
ut alium reperit illum equum quem
acceperat retransmisit. Cumque co-
niux predicti nobilis viri super eum
sedere ex more voluisset ultra non
valuit quia post sessionem tanti
pontificis ferre mulierem recusat.
Cepit namque immenso fletu et
fremitu atque totius corporis
motu quasi despiciendo increpare
quia post membra pontificis
ferre non posset mulierem. Quod
vir eius prudenter intuitus hunc
ad eundem venerabilem virum mi-
protinus retransmisit petens precibus
magnis ut equum ipse possideret
quem mri pro sedendo dedicasset.
De ceco illuminato per impositionem
manus. Degno etiam istud mi-
rabile a senioribus meis narrari
solet quod in constantinopolitana
urbe ad portam que vocatur aurea
veniens populorum turbis occur-
rentibus in conspectu omnium ceco ro-
ganti lumen reddidit et manum
super posita oculorum tenebras
fugavit etc. De muto et claudo
curato per agapitum Roma-
num pontificem c. Post
multum vero temporis exigente causa
gothorum vir quoque beatissimus a-
gapitus huius sancte Romane ec-
clesie pontifex cui deo dispen-
sante deseruio ad Justinianum
principem accessit. Cui adhuc
pergenti die quadam in grecorum
partibus curandus est oblatus mu-
tus et claudus, qui neque ulla
edere verba neque umquam a terra sur-
gere valebat. Cumque hunc
propinqui illius flentes obtulissent

vir domini sollicite requisierunt an curationis illius haberet fidem. Cui cum in virtute dei ex parte sancti petri fixam spem salutis illius se habere diceret, protinus vir venerabilis vir orationi incubuit et missarum sollempnia exorsus sacrificium in conspectu dei omnipotentis ymmolavit. Quo peracto ab altari exiens manum claudi tenuit atque assistente et aspiciente populo eum mox a terra in suis gressibus erexit. Cumque ei dominicum corpus in os mitteret illa diu muta ad loquendum lingua soluta est. Mirati sunt omnes flere pre gaudio ceperunt, eorumque mentes illico metus et reverentia invasit, cum viderent quid agapitus facere in virtute domini ex adiutorio sancti petri potuisset. Quomodo Datius expulit dyabolum de domo iiij

Eodem quoque tempore eiusdem principis cum datius mediolanensis urbis episcopus causa fidei exactus ad constantinopolitanam urbem pergeret corinthum advenit. Qui dum largam domum ad hospitandum quereret, que totum comitatum illius ferre posset et vix inveniri potuisset, aspexit eminus domum congrue magnitudinis, eamque sibi preparari ad hospitandum iussit. Cumque loci eiusdem incole dicerent hunc in ea manere non posse, quia iam annis multis hanc dyabolus inhabitaret, et ideo vacua remansisset, vir domini datius respondit dicens: Immo idcirco hospitari in domo eadem debemus, quia malignus eam invasit et homin[es ab] habitatione ab ea repulit. In ea igitur sibi parari hospitium precepit, securus quia antiqui hostis certamina toleraturus intrabat. Itaque intempeste noctis silentio cum vir dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus magnisque clamoribus cepit dare rugitus leonum, balatus pecorum, sibilos serpentium, porcorum stridores et soricum. Tum repente datius tot bestiarum vocibus excitatus surrexit et vehementer iratus contra antiquum hostem magnis vocibus cepit clamare dicens: Miser valde tibi contigit. Tu es ille qui dixisti: ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Et ecce per superbiam porcis et soricibus similis factus es, et qui imitari deum indigne voluisti, ecce ut dignus es bestias imitaris. Ad quam vocem ut ita dicam deiectionis suam spiritus malignus erubuit. Sed non erubuit, qui eandem domum ad exhibenda monstra que consueverat non intravit ulterius. Sicque postmodum fidelium habitaculum domus hec facta est, quia dum in eam unus verax fidelis ingressus est, mendax spiritus et infidelis protinus ab ea discessit. Petrus

Grandem virtutem habet sola fide fateor credimus aut sanctitati posse. Gregorius

Ut ex multis aliis eius actionibus agnoscitur habuit sola fide contra malignum spiritum prevaluisse concedo; sed oportet ut iam priora taceamus et ad ea que diebus nostris sunt gesta veniamus. Quomodo sabinus bibit venenum et alius qui hoc probavit mortuus est. v x

Quandam enim religiosi viri apulie provincie partibus cognitum habent quod apud multorum notitiam longe lateque percrepuit

De Sabino canusine urbis episcopo testantur plerique quod idem vir longo iam senio oculorum lumen amiserat ita ut omnino nichil videret. Quem rex gothorum totila habere spiritum prophetie audiens minime credidit sed probare studuit quod audivit. Cum in eisdem partibus devenisset vir dei hunc ad prandium rogavit. Cumque ventum iam esset ad mensam rex discumbere noluit sed ad dextram sabini venerabilis viri sedit. Cumque eidem patri ex more poculum vini puer preberet rex silenter manum tetendit et calicem abstulit eumque per se episcopo pro puero prebuit ut videret an spiritu prophetie prudente discerneret quis ei poculum preberet. Tunc vir dei accipiens calicem sed tamen ministrum non videns dixit Vivat ipsa manus. De quo verbo letus rex erubuit quia quamvis ipse deprehensus esset in viro dei tamen quod querebat invenit. Huius autem venerabilis viri cum ad exemplum vite sequentium in longum senium vita traheretur eius archidiaconus ambitione adipiscendi episcopatus accensus est eumque veneno extinguere molitus est. Qui cum vini fusorem eius corrupisset ut ei poculum veneno infectum preberet puer premio corruptus hoc quod ab archidiacono eius acceperat veneni poculum obtulisset refectionis hora cum vir dei ad edendum discumberet. Venerabilis episcopus dixit Bibe tu hoc quod michi ad bibendum prebes. Tremefactus puer certe sentiens deprehensum se maluit moriturus bibere quam penam pro illa tanti homicidii culpa tollerare. Cumque taliter ad os duceret vir domini compescuit eum dicens Non bibas. Da michi ego bibo. Et vade dic ei qui tibi dedit Ego quidem venenum bibo sed tu episcopus non eris. Facto igitur signo crucis episcopus venenum bibit securus et archidiaconus eius eadem hora in alio loco in quo erat defunctus est ac si per os episcopi ad archidiaconi viscera illa venena transissent. Cui tamen ad inferendam mortem venenum quidem corporale defuit sed hunc in conspectu eterni iudicis venenum sue malicie occidit. Petrus.

Mira sunt hec et nostris temporibus valde stupenda sed talis eius dum vita perhibetur ut quisquis eius conversationem agnoverit obstupescere non debet. Gregorius.

Nec hoc petre silere debeo quod multi mecum qui hic de narniensium civitate assistunt michi sedulo testificantur. Eodem namque tempore gothorum cum prefatus rex narnias venisset ei vir vite venerabilis cassius eiusdem urbis episcopus occurrit. Cui quia ex consparsione faciem semper rubeam habere consueverat hoc rex totila non consparsionis esse credidit sed assidue potationis eumque omnino despexit. Sed omnipotens deus ut quantus vir esset qui despiciebatur ostenderet in narniensi campo quo rex advenerat malignus spiritus coram omni exercitu eius spatarium invasit et eum crudeliter vexare cepit. Qui cum ante regis oculos adductus venerabili cassio fuisset ad eum vir domini oratione facta hunc ab eo signo crucis expulsit qui in eum ingredi ulterius non presumpsit. Sicque factum est ut rex barbarus

Spata i. gladius
Spatarius gladium portans

servum dei ab illo iam die veneraretur ex corde quem despectum valde habebat ex facie. Nam quia miraculum tante virtutis vidit erga eum nisi illa efficta ablactionis fastu detinuit. ¶ Ecce dum sint fortium virorum narro repente ad memoriam venit quid erga Andream Fundane civitatis episcopum divina misericordia fecit. Quod tamen ut ad hoc legentibus valeat exopto, quatenus qui corpus suum continentie dedicavit habitare cum feminis non presumat, ne ruina mentem tanto repentina subripiat quanto ad hoc quod male concupiscit etiam presentia concupite forme famulatur. Neque res est dubia quam narro quia pene in eo tanti testes sunt quanti et eiusdem loci habitatores existunt. Hic namque venerabilis vir cum vitam virtutibus plenam duceret sese que sub sacerdotali custodia in arte continentie custodiret, quandam sanctimonialem feminam quam secum prius habuerat noluit a corpore sui cura repellere, sed certus ex sua et eius continentia secum hanc permisit habitare.

De episcopo quem temptavit dyabolus per incontinentiam

Ex qua re actum est ut antiquus hostis apud eius animum aditum temptationis exquireret. Nam speciem eius cepit oculis mentis illius imprimere ut illectus nefanda cogitaret. Quadam vero die iudeus quidam ex campanie partibus Romam veniens Appie carpebat iter. Qui ad clivum Fundanum veniens cum iam diem vesperascere cerneret et quo declinare posset minime reperiret, iuxta templum Appollinis fuit, ibique se ad manendum contulit. Cui ipsum loci illius sacrilegium pertimescens, quamvis fidem crucis minime haberet, tamen se signo crucis munire curavit. Nocte vero media pavore sollicitudinis turbatus pervigil iacebat et conspiciens vidit turbam malignorum spirituum quasi in obsequium cuiusdam potestatis preire. Eum vero qui preerat ceteris in eiusdem loci gremio consedisse. Qui singulorum spirituum cepit obsequentium causas et actus discutere, quatenus unusquisque quantum egisset nequitie inveniret. Cumque singuli spiritus ad inquisitionem eius exponerent quid contra bonos operati essent, unus in medium prosiliit qui in Andree episcopi animum per speciem sanctimonialis femine que in episcopio eius habitabat quantam carnis temptationem commovisset aperuit. Cum vero hoc malignus spiritus qui preerat inhianter audiret, et tanto sibi factum grande lucrum crederet quanto sanctioris viri animum ad lapsum perditionis inclinaret, ille spiritus qui hec fatebatur adiunxit, quia usque ad hoc etiam die preterito hora vespertina eius mentem traxit ut in tergo eiusdem sanctimonialis femine alapam blandiens daret. Tunc maligni spiritus et humani generis inimicus antiquus exhortabatur blande ut hoc quod cepisset ut perficeret, quatenus ruine illius singularem inter ceteros palmam teneret. Cumque videns quod advenerat hoc vigilans cerneret et magne formidinis anxietate palpitaret, ab eodem qui illic cunctis obsequentibus preerat iussum est ut requireret quisnam esset ille qui in eo templo iacere presumpsisset. Quem maligni spiritus pergentes et subtilius intuentes crucis mysterio signatum viderunt mirantesque dixerunt: Vas vacuum sed signatum. Quibus hoc renuntiantibus cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. Iudeus vero qui hec viderat illico surrexit et cum festinatione ad episcopum pervenit. Quem in ecclesia sua repperiens seorsum tulit, qua temptatione urgeretur inquisivit. Cui episcopus temptationem suam pro confusione verecundie noluit. Cumque ille diceret quod in illa tali Dei famula oculos pravi amoris iniecisset, et episcopus

negaret adhuc ille adiunxit dicens: Cur negas quod inquiritur qui ad hoc usque vespere hesterno perductus es ut posteriora illius alapa ferires. Ad quem cuncta verba episcopus se deprehensum metuens humiliter confessus est quod prius pertinaciter negaverat. Cuius ruine et verecundie idem iudeus consulens qualiter hoc cognovisset et que in conventu malignorum spirituum de eo audisset indicavit. Quod ille cognoscens se in terram protinus in orationem dedit et de suo habitaculo non solum eandem dei famulam sed et omnem feminam que in obsequio eius habuit expulit. In eodem vero templo Apollinis repente oratorium beati Andree apostoli fecit et omni illa temptationis funditus caruit. Iudeum vero cuius visione atque increpatione salvatus est ad eternam salutem traxit. Nam fidei sacramentis imbutum et aqua baptismatis mundatum ad sancte ecclesie perduxit gremium. Sicque factum est ut hebreus isdem dum aliene saluti consuluit inveniret suam. Et omnipotens deus inde alterum ad bonam fidem vitam perduceret unde alterum in bona vita custodivit etc. Petrus etc.

Hec res quam audivi et metum mihi prebet et spem etc. Gregorius: Utique sic oportet et de dei nos pietate omnia confidere et de nostra infirmitate formidare. Ecce enim paradisi cedrum concussum audivimus sed non euulsam quatenus nobis infirmis de concussione eius nascetur timor et de stabilitate eius fiducia. Vir quoque venerabilis Constancius fuit episcopus Aquinensis qui nuper predecessoris mei tempore beate memorie Iohannis pape defunctus est. viii

Constancius episcopus spiritum habuit prophetie

Hunc habuisse prophetie spiritum multi testantur qui hunc familiariter scire potuerunt. Cuius inter alia multa hoc referunt religiosi et veraces viri qui presentes fuerunt quia in die obitus sui cum astantibus civibus ut pote discessurus pater tam amabilis amarissime plangerent flendo eum requirentes dicentes: Quem post te pater habebimus? Quibus ipse respondit: Post Constancium mulionem, post mulionem fullonem. Quibus prophetie verbis editis vite spiritum exhalavit extremum. Quo defuncto eius ecclesie pastoralem curam suscepit Andreas diaconus eius qui quondam in stabulis itinerantium servaverat equorum. Atque hic ex hac vita subducto episcopatus ordinem Iovinus sortitus est qui in eadem urbe fullo fuit. Quo adhuc presidente cuncti civitatis illius inhabitatores barbarorum gladiis et pestilencie inmanitate ita vastati sunt ut post mortem illius nec quis episcopus fieret nec quibus preesset potuisset inveniri. Sicque completa est viri dei sententia quatenus post decessum duorum sequentium eius ecclesia pastorem minime haberet etc. Quomodo venancius aquas post se ire precepit etc.

ix Sed neque hoc sileam quod narrante venerabili viro Venancio Lunensi episcopo ante biduum contigit agnovisse. Lucane namque ecclesie episcopum Frigdianum nomine narravit fuisse mire virtutis virum. Cuius hoc opinatissimum fuisse cuncti illic habitantibus testatur memorari miraculum quod Ansar fluvius qui iuxta illius urbis muros fluebat sepe in inundatione facta sui cursus alveum egressus per agros diffundi consueverat et saxa ac planta que repperit evertit. Cumque hoc crebro fieret et magna necessitas eiusdem loci incolas urgeret dato studio operis eum per alia loca derivare conati sunt sed quamvis diucius laborantes fuisset a proprio alveo deflecti non potuit. Tunc

vir dei frigdianus rastrum sibi parvum fecit a
fecit ad alveum accessit et solus oratio-
ni incubuit atque fluvio eidem precipi-
ens ut sequeretur eum per loca que
visa sunt, et sic rastrum per terram post
se traxit. Quem mox tota fluminis aqua
relicto proprio alveo secuta est ita ut
funditus locum consueti cursus dese-
reret, et ibi sibi alveum ubi tractum per
terram rastro vir domini signum fecit
vendicaret et que essent alimentis
hominum profutura sata vel plantata
ultra non lederet. **De Sabino** x
qui per cartam scriptam aquarum
impetum repulit Hunc quoque ve-
nerabilis viri aliud miraculum
relatione cognovi quod in place-
ntina urbe perhibet gestum. Hic vir
veracissimus Iohannes qui in hac
Romana urbe modo locum prefectorum
servat qui in eadem placentina
urbe est ortus et nutritus. Ita ut
quia gestum fuisset commemora-
do episcopo testatur. In eadem namque
civitate Sabinum nomine asserit fu-
isse mire virtutis episcopum. Cui cum die
quadam suus diaconus nuntiasset
quod padus cursus sui alveum egres-
sus ecclesie agros occupasset et omnia
illic loca pro nutriendis iumentis aquis
eiusdem fluminis teneret venerabilis
vir Sabinus episcopus respondit dicens
Vade et dic ei Mandat tibi episcopus
ut te compescas, et ad proprium alve-
um redeas. Quod diaconus eius
audiens despexit et irrisit. Tunc
vir dei accepto notario dictavit
dicens Sabinus servus domini nostri ihesu
christi servus commonitorium pado pre-
cipio tibi in nomine domini ihesu christi
ut de alveo tuo in locis istis ulterius
non exeas nec ecclesie terras ledere pre-
sumas. Hoc eidem notario subiunxit
dicens Vade scribe hoc, et in aquis
eiusdem fluminis proice. Quo

facto preceptum viri sancti suscipiens stati
atris ecclesie aqua ad proprium alveum recessa
est nec in alia loca exivit ulterius pre-
sumpsit. Qua in re petre quid aliud
quam hominum inobedientium duritia confunditur
quando in virtute domini elementum irra-
tionabile sancti viri preceptis obedivit.
Quod coram cerbonio ursus mansue- xi
tus factus est Vir quoque vite venera-
bilis cerbonius loci populonii episcopus in diebus
nostris magnam sanctitatis sue probationem
dedit. Nam cum hospitalitatis studio val-
de esset intentus die quadam transeuntes
milites hospitio suscepit quos supervenien-
tibus abscondit eorumque vitam ab illorum
nequitia abscondendo servavit. Quod dum
regi gothorum perfido totile fuisset nuntia-
tum crudelitatis immanissima vesania
succensus hunc ad locum qui octavo huius
urbis miliario merulis dicitur ubi ipse
tunc cum exercitu sedit iussit deduci eum
et in spectaculo populi ursis ad devoran-
dum proici. Cumque idem rex perfidus
in ipso spectaculo consedisset ad inspiciendam
mortem episcopi magna turba populi confluxit
Tunc episcopus in medio deductus est atque
ad eius mortem immanissimus ursus ex-
quisitus qui dum humana membra crudeliter
carperet sevi regis animum satiaret dimis-
sus est. Itaque ursus de cavea qui acce-
sus concitus episcopum petiit, sed subito feri-
tatis sue oblitus deflexa cervice sub-
missoque humiliter capite lambere pedes
episcopi cepit, ut patenter omnibus hominibus
daretur intelligi quia erga illum virum
dei ferina essent corda hominum, et quasi
humana corda bestiarum. Tunc populus qui
ad spectaculum mortis venit magno cla-
more versus est in admirationem venerationis
Tunc ad eius reverentiam tolerandam rex
ipse permotus est quippe cum quo superno
iudicio actum est ut qui dei virum sequi
prius in custodienda vita noluit sal-
tem ad mansuetudinem bestiarum sequeretur.
Cuius rei qui tunc presentes erant illorum adhuc

non multi experti sunt et eam testantur

Aliud de eius sepultura quomodo inter tempestates fuit tranquillitas ducentibus corpus eius

De hoc etiam viro aliud miraculum venantius lunensis episcopus narrare cognovit. In eadem namque populoniensi ecclesia sibi sepulcrum paraverat, sed cum longobardorum gens in ytaliam veniens cuncta vastasset, ad elbam insulam recessit. Quem irruente egritudine ad mortem veniens clericis suis et obsequentibus precepit dicens: In sepulcro meo quod mihi populonii paravi me ponite. Cui cum illi dicerent: Corpus tuum illuc reducere qualiter possumus qui a longobardis teneri loca eadem, et ubique eos illic discurrere scimus? Ipse respondit: Securi reducite me et nolite metuere, et festine me sepelire curate. Mox autem ut corpus meum sepultum fuerit ex eodem loco sub omni festinatione discedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt navi. Cumque populonium tenderent collectis in nubibus aer immensa nimis pluvia erupit. Sed ut cunctis patesceret cuius viri corpus navis illa portaret, per illud maris spacium quod ab elba insula usque in populonium xii miliaribus distat, ex utraque navis latera valde procellosa pluvia descendit, sed in navi eadem una pluvie gutta non cecidit. Pervenerunt itaque clerici ad locum et sepulture tradiderunt corpus sacerdotis sui, cuius precepta servantes ad navem sub festinatione reversi sunt. Quam mox ut intrare potuit in eodem loco ubi vir dei sepultus fuit longobardorum dux crudelissimus gomarith advenit. Ex cuius adventu virum dei habuisse spiritum prophetie claruit, qui ministros suos a sepulture loco sub festinatione discedere precepit. Hoc autem quod de dispensa pluvia factum miraculum narravi etiam in alterius episcopi venera- xiiij
tione monstratum est. Nam quidam clericus senex qui adhuc eidem rei presto se fuisse testatur dicens

Aliud consimile miraculum de fulgentio episcopo

Fulgentius namque qui utriculensis ecclesie preerat regem crudelissimum totilam offensum habuit omnino. Cumque ad easdem partes cum exercitu propinquasset, cure fuit episcopo per clericos suos exenia mittere, et eius furorem si posset muneribus placare. Que ut ille vidit protinus sprevit, et iratus suis hominibus misit ut eundem episcopum cum omni asperitate constringerent eiusque examini reservarent. Quem cum feroces gothi ministri scilicet crudelitatis illius tenuissent, circumdantes eum uno in loco stare preceperunt, eique in terra circulum designabant extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cumque vir dei in sole nimio estuaret, ab eisdem gothis circumdatus et circuli designatione inclusus, repente coruscatio et tonitrua et tanta vis pluvie erupit ut hii qui ad custodiendum eum acceperant immensitate pluvie ferre non possent. Et cum magna nimis inundatio fieret, intra eandem circuli designationem in qua vir dei fulgentius stetit nec una quidem pluvie gutta descendit. Quod cum regi crudelissimo nunciatum fuisset, mens illa crudelis effera ad magnam eius reverentiam versa est, cuius penam prius insaciabili furore sitiebat. Sic deus omnipotens contra elatas mentes carnalium potentie sua miracula per despectos operatur, ut qui se superbe contra precepta veritatis elevant, eorum cervices veritas per humiles premat.

De herculano crudeliter occiso et mirabiliter corpus in sepulcro sanatum est

Nuper quoque floridus venerabilis vite episcopus narravit quoddam valde memorabile dicens: Vir sanctissimus herculanus nutritor

meus Perusine civitatis episcopus fuit
ex conversatione monasterii ad sacerdotalis
ordinis gratiam deductus. Totila autem
perfidi regis temporibus eandem urbem septem
annis continuis Gothorum exercitus obsedit
ex qua multi cives fugerunt quia
famis periculum ferre non potuerunt. Anno
vero septimo necdum obsessa urbe
Gothorum exercitus intravit. Tunc comes
qui eidem exercitui preerat ad regem To-
tilam nuntios misit exquirens quid
de episcopo et de populo fieri iuberet. Cui ille
precepit dicens: Episcopo prius a vertice usque
ad calcaneum tolle corrigiam et tunc
caput eius amputa. Omnem vero populum
qui illic inventus est gladio exti-
guere. Tunc idem comes venera-
bilem virum Herculanum episcopum super
urbis murum deductum capite trun-
cavit, eique iam mortuo cutem
a vertice usque ad calcaneum incidit, ut
ex eius corpore corrigia sublata vi-
deretur, et mox corpus extra mu-
rum proiecit. Tunc quidam humanitatis
pietate compulsi abscisum caput
cervici apponentes cum uno parvulo
infante qui illic extinctus inventus
est iuxta murum corpus eius sepulture
tradiderunt. Cumque post eandem
cedem die quadragesimo rex ius-
sisset ut cives urbis illius qui-
quolibet dispersi erant ad eam sine
aliqua trepidatione remearent, hi
hii qui prius famem fugerant viven-
di licentia accepta reversi sunt.
Sed cuius vite episcopus eorum fuerat
memores ubi corpus eius sepultum
esset quesierunt ut hoc in ecclesia
beati Petri apostoli iuxta honorem debi-
tum humarent. Cumque iam esset
ad sepulcrum effossa terra invenerunt
corpus pueri parvuli ut pote
iam die quadragesimo tabe corruptum

et vermibus plenum, corpus episcopi ac si
die eadem esset sepultum. Et quod
est adhuc magna admiratione
venerandum quia caput eius fuit
ita corpori unitum ac si nequaquam
fuisset abscisum, sic vero ut nulla
vestigia sectionis appareret. Cumque
hoc et in terga verterent exquirentes
si quod signum vel de alia ratione
monstrari potuisset, ita sanum et inte-
grum omne corpus inventum est ac si
hoc nulla ferri incisio tetigisset.

Quis non ob- Petrus
stupescat talia signa mortuorum.

Priorum quoque temporibus Gregorius xiiii
Gothorum fuit iuxta Spoletanam
urbem vir vite venerabilis Ysaac
nomine qui pene ad extrema Go-
thorum tempora pervenit quem nostrorum multi
noverunt et maxime sancta virgo Gre-
goria que nunc in hac urbe Ro-
mana iuxta ecclesiam beate Marie semper
virginis habitat. Que dum adolescen-
tie sue tempore constituta iam nuptiis
in ecclesiam fugisset et sanctimonialis
vite conversationem quereret ab eodem
viro defensa et ad eum quem deside-
rabat habitum perducta est. Que quia
sponsum fugit in terra habere meruit
sponsum in celo. Multa de eodem autem
me narrante venerabili patre Eleuthe-
rio agnovi qui et hunc familiariter
noverat et eius verbis vita fidem prebuit.
Hic itaque venerabilis Ysaac ortus — De Ysaac madul
ex Italia non fuit sed ea illius narro
miracula que in Italia conversatus
fecit. Cum primum de Syrie partibus
ad Spoletanam urbem venisset ingres-
sus ecclesiam a custodibus petiit ut
ei quantum vellet licentia concederetur
orandi, cumque horis secretoribus ex-
igi non urgeret. Qui mox ad orandum
stetit et totum diem peregit in oratione.
Cui sequentem continuabat et noctem.
Secunda etiam die cum nocte sequenti

in deffensione eius cum precibus persistit, diem quoque cum nocte in oracione coniunxit. Cumque unus ex custodibus superbie spiritu inflatus hoc cerneret unde proficere debuit inde ad defectionis dampna pervenit. Nam hunc simulatorem dicere et verbo iurgii cepit clamare qui se tribus diebus et noctibus orare oculis hominum demonstraret. Et protinus currens virum dei alapa percussit, ut quasi religiose vite simulatorem etiam cum contumelia expelleret. Sed hunc repente ultor spiritus invasit et ad viri dei vestigia stravit atque per os illius clamare cepit: Ysaac me eicit, ysaac me eicit. Vir quippe peregrinus quo censeretur nomine nesciebatur, sed eius nomen ille spiritus prodidit qui se ab illo posse eici clamavit. Mox autem super vexati corpus vir dei incubuit et malignus spiritus abcessit. In tota urbe illa tunc statim quid in ecclesia factum fuisset innotuit. Currere viri et femine nobiles et ignobiles pariter ceperunt certatimque eum in suis domibus rapere conabantur. Alii ad construendum monasterium predia, alii subsidia, alii pecunias et que potuerunt offerre viro dei subtiliter volebant. Sed servus omnipotentis domini horum nichil accipiens egressus urbem non longe desertum locum repperit ibique sibi humile habitaculum construxit. Ad quem dum multi pergerent exemplo eius eterne vite desiderio accendi ceperunt et eius magisterio in dei omnipotentis servitium se dederunt. Cumque ei crebro discipuli humiliter innuerent ut pro usu monasterii possessiones que offerebantur acciperet, ille paupertatis sue sollicitus custos forte illam sententiam tenebat dicens: Monachus qui in terra possessionem querit monachus non est. Sic quippe metuebat paupertatis sue securitatem perdere, sicut avari divites solent perituras divicias custodire.

Monachus qui in terra querit monachus non est

De furibus ortum intrantibus

Nam die quadam ad vesperum in ortum monasterii fecit iactari ferramenta que nos usitato nomine vangas vocamus. Dixitque discipulis suis: Tot vangas in ortum proicite et cicius recedite etc.

De furibus in laboratores conversis

Nocte vero eadem dum ex more cum fratribus ad exhibendas domino laudes surrexisset precepit dicens: Ite et operariis nostris pulmentum coquite quod in primo mane paratum sit. Facto vero mane fecit deferri pulmentum quod parari iussit, atque ortum cum fratribus ingressus quot vangas iactari preceperat tot in eo laboratores operarios invenit. Ingressi quippe fures fuerant sed mutata mente spiritum apprehenderunt vangas que invenerunt, et ab ea hora qua ingressi sunt quousque vir domini ad eos venit cuncta orti illius spacia que inculta erant coluerunt. Quibus vir domini mox ut ingressus est ait: Gaudete fratres, multum iam laborastis, quiescite. Tum illico alimenta que detulit prebuit, et eos post tanti laboris fatigationem refecit. Sufficienter vero refectis ait: Nolite malum facere. Quotiens de orto aliquid vultis habere ad orti aditum venite, tranquille petite, cum benedictione percipite et a furti pravitate cessate. Quos statim collectis oleribus onustari fecit. Actumque est ut qui ad ortum nocituri venerant cum laboris sui premio repleti ab eo et innocui redirent.

De hiis qui absconderunt vestimenta ut alia que pauperes impetrarent

Alio quoque tempore venerunt ad eum quidam peregrini miram postulantes, scissis vestibus pannis obsiti, ita ut pene nudi viderentur. Cumque hunc

[illegible]

vestimenta petentis verba eorum vir
domini taciturus audivit. Cum paucis
unum ex discipulis suis silenter
vocavit cuique precepit dicens Va-
de et in illa silva et in loco tali
canam arborem require et vesti-
menta que in ea inveneris defer.
Cumque discipulus abisset arbo-
rem petiit inquisitum fecit exquisivit
et vestimenta repperit et latenter
detulit magistro. Tunc vir domini
suscipiens peregrinis nudis et pete-
tibus ostendit et prebuit dicens
Venite quia nudi estis ecce tolli-
te et vestite vos. Tunc illi intuen-
tes cognoverunt que posuerant
magnoque pudore confusi sunt
et qui vestimenta fraudulenter
querebant alia confusi receperunt.
Nota quod deus illis quibus
maiora dona prestat aliquando
minora non tribuit. X. Alio tempore
quidam se eius orationibus commen-
dans sportas ei duas per puerum
plenas alimentis transmisit quarum
unam quidem ipse puer subripuit
atque in itinere abscondit. Aliam
vero ad dei hominem detulit et pe-
titorem illius qui se ei premisit
commendavit enarravit. Quam
vir domini benigne suscipiens
eundem puerum admonuit dicens
Gratias agimus sed vide ne inclinate
tangere presumas sportam quam in itinere
posuisti quia in eam serpens in-
gressus est. Esto ergo sollicitus
ne si incaute tollere volueris a ser-
pente feriaris. Quibus verbis puer
valde confusus exultavit quidem
quod mortem evasit sed tristis admo-
dum factus est quia quamvis sa-
lubrem penam tamen pertulit ve-
recundiam. Nam cum reversus ad spor-
tam caute ac sollicite attendit
sed eam sicut vir domini predixit nam
serpens tenebat. Hic itaque vir sanc-
tum virtute abstinentie contemptu

rerum transitoriarum prophetie spiritu orationis in-
tentione esset intolerabilis preditus. Unum
erat quod in eo reprehensibile esse vide-
batur quia quod tanta letitia ei inerat
ut tot virtutibus nisi fieretur esse ple-
nus nullomodo crederetur. Petrus
Quidnam queso te hoc etc. XVI
dicitur sponte se letitie frena la-
xabat an tot virtutibus plenus aliquid
ad plenum gaudium etiam renitens animo
eius ~~trahetur~~ trahebat. Gregorius
De illis quibus maiora dona prestat
aliquando minora non tribuit. XVI

Magna est petre omnipotentis dei
dispensatio et plerumque contingit ut
quibus maiora dona prestat quedam
minora non tribuit ut semper eorum animus
habeat unde seipsum reprehendat quatenus
dum appetunt perfecti esse nec possunt et
laborant in hoc quod non acceperunt
nec tamen elaborando prevalent ut in
his que accepta sunt se minime extol-
lant sed discant quia ex semetipsis
maiora non habent qui vitia atque extrema non
possunt. Hinc est enim quod producto domini
ad terram repromissionis populo israhel
cunctos fortes et potentes adversarios
eius extinxit philisteos atque cha-
naneos diutius reservavit. Ut
sicut scriptum est etiam eis quibus magna
dona tribuit parva quedam et reprehen-
sibilia relinquit ut semper habeant cum
hostibus quos bellum gerant et de-
victis magnis hostibus mentem non
erigant quando eos adversarii etiam mi-
nimi fatigant. Fit itaque miro modo
ut una et eadem mens et virtute pol-
leat et ex infirmitate lacescat quatenus
et ex parte constructa sit et ex parte se con-
spiciat esse destructa ut per bonum quod
querit et habere non valet illud servet
humiliter quod habet. Sed quid mirum
hoc de homine dicimus qui illa superna
regione in civibus suis dampna pertulit
et ex parte fortiter stetit ut electi spiritus

De Sanctulo presbitero

angelorum. Dum alios cecidisse conspi-
cerent per superbiam, ipsi tanto robustius
quanto humilius steterunt. Sic ergo et hu-
mana queque anima agitur ut in humi-
litatis custodia aliquando ad lucra ma-
xima ex minimo dampno servetur.
Placet quod dicis. (Petrus
Gregorius)
Neque hoc silebo quod ex regione
eadem vita venerabilis viri San-
ctuli presbiteri narratione cognovi, de
cuius verbis ipse dubitas quod eius vitam
fidemque minime ignoras. Eodem quoque tempore
in Nursie provincie partibus duo vi-
ri in vita atque habitu conversationis reli-
giose habitabant, quorum unus Euthicius
et alter Florentius dicebatur. Sed idem
Euthicius in spirituali zelo et in fervore
virtutis excrevit, multorumque animas
ad Deum perducere exhortando satha-
gebat. Florentius vero simplicitati
atque orationi deditam duxit vitam. Non
longe autem erat monasterium quod recto-
ris erat morte destitutum, ex quo fratres
monachi eundem Euthicium preesse vo-
luerunt. Qui eorum precibus acquiescens
multis annis monasterium rexit, et di-
scipulorum animas in studio sancte conver-
sationis custodivit. At ne oratorium
in quo prius habitaverat solum remaneret,
illic venerabilem virum Florentium
reliquit. Quo ursus pascebat
In quo dum solus habitaret oves
die quadam se in orationem prostravit
et ab omnipotenti Deo petiit ut ei il-
lic ad habitandum aliquod solacium
donare dignaretur. Qui mox ut
orationem complevit, oratorium egressus
ante fores ursum repperit stantem.
Qui dum ad terram caput deprimeret,
nichil feritatis in suis moribus demon-
straret, aperte dabatur intelligi quod ad
obsequium viri Dei venisset. Quod
vir Domini protinus agnovit. Et quia
in eadem cella pecudes quatuor vel
quinque remanserant, quas omnino deerat

qui pasceret et custodiret, eidem urso
precepit dicens: Vade atque has
oves ad pastum eice, ad sextam
vero horam revertere. Cepit hoc itaque
indesinenter agere urso iniungendo
curam pastoralem, et quas man-
ducare consueverat oves pascebat be-
stia ieiuna. Cum vir Domini ieiunare
ad horam nonam voluisset, precepit
urso cum ovibus reverti; cum vero ad
sextam voluisset, in omni mandato
viri Dei obtemperabat ursus, ita
ut neque ad sextam iussus rediret
ad nonam, neque ad nonam iussus
rediret ad sextam. Cumque diu
hoc ageretur, cepit in loco eodem
tante virtutis fama longe lateque
crescere. Sed quia antiquus hostis un-
de bonos cernit emicescere ad gloriam, inde
perversos per invidiam rapit ad penam,
quatuor ex discipulis venerabilis
Euthicii vehementer invidentes quod
eorum magister non faceret signa, et is
qui solus ab eo fuit relictus in ma-
culo tanto clarus appareret, eundem
ursum insidiantes occiderunt. Cumque
hora qua iussus fuerat non rediret,
vir Domini Florentius suspectus
est reditu. Quem usque ad horam
vespere expectans affligi cepit quod
is quem ex simplicitate multa
fratrem vocare consueverat ursus mi-
nime rediret. Die vero alio perrexit
ad agrum ursum pariter oves quesiturus.
Quem occisum repperit, sed sollicite
inquirens citius a quibus fuerat occi-
sus invenit. Tunc sese in lamen-
tum dedit, fratrum malitiam magis
quam ursi mortem deplorans. Quem
venerandus vir Euthicius ad se de-
ductum consolari studuit, sed idem
vir Dei coram eo doloris magni
stimulo accensus imprecatus est
dicens: Spero in omnipotenti Deo

quia in hac vita ante oculos hominum ex malitia sua vindictam recipiant qui nimirum sicut legentes versum meum occiderunt. Cuius vocem pertinens divina sententia secuta est. Nam quatuor monachi qui eiusdem ursi occiderunt constati elefantino morbo percussi sunt ita ut membris putrescentibus interirent. Quod factum vir domini Florentius vehementer expavit seque fratribus ita maledixisse pertimuit. Omne enim vite sue tempore flevit quod exauditus fuerit et se crudelem in eorum morte clamabat homicidam. Quod idcirco omnipotentem dominum fecisse credimus ne vir mire simplicitatis quantolibet dolore commotus intorquere ultra presumeret iaculum maledictionis. Petrus

Numquidnam valde grave esse credimus si fortasse crebro exagitati iracundia maledicimus.

De hoc peccato Gregorius cur me percunctaris an grave sit cum Paulus dicat Neque maledici regnum dei possidebunt. Pensa itaque quam gravis culpa sit que separat a regno vite.

Quid si homo fortasse Petrus non ex malitia sed ex lingue incuria in proximum maledictionis iaculatur verbum. Gregorius

Si apud districtum iudicem Petre sermo otiosus reprehenditur quanto magis noxius. Pensa ergo quantum sit dampnabilis qui a malitia non vacat si ille sermo penalis est qui a bonitate utilitatis vacat. Petrus

Assentio. Gregorius. De serpentibus occisis per tonitruum et per aves deportatis ad verbum Florentini

Idem vir dei egit aliud quod ille non debeo. Cum enim magna opinio eius longe lateque crebresceret quidam diaconus longe positus ad eum pergere studuit ut se eius orationibus commendaret. Qui ad eius cellam veniens omnem locum circumquaque invenit innumerabilibus serpentibus plenum. Cumque vehementer expavisset clamavit dicens Serve dei ora pro me. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus vero Florentius oculos et palmas ad celum tetendit rogans ut illam pestem sicut sciret dominus auferret. Ad cuius vocem subito celum intonuit atque tonitruo uno illos qui eundem locum occupabant serpentes interemit. Quos dum vir dei interemptos aspiceret dixit Ecce occidisti illos domine quis eos hinc elevat. Moxque ad eius vocem tante aves venerunt quanti serpentes occisi fuerant que deportantes singulos et longius proicientes locum habitationis illius mundum omnino a serpentibus reddiderunt.

Cuius virtutis quid Petrus meriti esse dicimus quod eius orationi tam citius prompcius omnipotens deus etc. Gregorius

Apud omnipotentis dei singularem munditiam et eius simplicem naturam multum Petre humani cordis munditia et simplicitas valet. Hoc ipso namque quod eius famuli a terrenis actibus segregati otiosa loqui nesciunt et mentem per verba spargere et inquinare devitant auctoris sui pectus exaudiendum impetrant. Tunc incunctum est possibile ipsa puritate ac simplicitate cogitationis quod ex quadam similitudine concordat. Nos autem turbis popularibus commixti dum frequenter otiosa nonnumquam etiam gravia nobis loquimur o

nostrum omnipotenti deo tanto fit longin-
quius quanto huic mundo proximum. Deorsum
quippe multum ducimur dum locutionis
contagiis secularibus admiscemur. Et bene
ysaias postquam dominum regem exercituum
vidit in semetipso reprehendit et peni-
tuit dicens Ve michi quia tacui
quia vir pollutus labiis ego sum.
Cui cur polluta labia haberet aperuit
cum subiunxit In medio populi pol-
luta labia habentis ego habito. Pollutionem
namque labiorum habere doluit, sed unde
contraxerit indicavit, cum in medio populi
polluta labia habentis se habere perhibuit.
Unde enim difficile est ut lingua secula-
rium mentem non inquinet quorum dum
plerumque eis ad quedam loquenda conde-
scendimus paulisper consueti in hac
ipsam locutionem que nobis indigna
est etiam delectabiliter tenemur ut ex ea
iam redire non libeat ad quam velut
ex consuetudine ducti venimus inviti.
Sicque fit ut ab ociosis ad noxia a le-
vibus ad graviora verba veniamus, et
os nostrum ab omnipotente deo tanto
minus exauditur in prece quanto am-
plius inquinatur stulta locutione,
quia sicut scriptum est Qui avertit
aurem suam ne audiat legem eius
oracio erit execrabilis. Quid ergo mirum
si postulantes tarde a domino exau-
dimur qui precipientem dominum aut tarde
aut nullo modo audimus. Et quid
mirum si florentius in prece sua citius
exauditus est qui in preceptis suis do-
minum cicius audivit *Petrus*

Nichil est quod respondere va-
leam ad *Gregorius Quomodo per tunicam*
impetrabatur pluvia

Eutitius vero qui predicti florenti-
i in via dei socius exstitit ma-
gis post mortem claruit in virtute
signorum. Nam cum multi cives urbis
illius de eo soleant narrare mira-
cula illud est precipuum quod nostris
hec longobardorum tempora omnipotens
deus per vestimentum eius assidue
dignatur operari. Nam quotiens
pluvia deerat et estu nimio terram
longa siccitas exurebat, collecti
in unum cives urbis illius tunicam
eius levare et in conspectu domi-
ni cum precibus offerre consueverunt.
Cumque cum ea per agros pergerent exo-
rantes pluvia tribuebatur que terram
plene satiare potuisset. Ex qua re
patuit eius anima quid virtutis
intus et quid meriti haberet cuius foris
ostensa vestis iram conditoris averteret.

De illo qui tribus annis cum
serpente dormivit XVI C

Nuper quoque in partibus campanie
vir valde venerabilis martinus
nomine in monte marsico solitariam
vitam duxit, et annis multis
in specu angustissimo inclusus
fuit quem multi ex nostris noverunt
eiusque actibus presentes exstiterunt
de quo multa ipse et a pelagio beate
memorie decessore meo et aliis
religiosissimis viris narrantibus
agnovi. Cuius hoc miraculum
primum fuit, quod mox cum se in predicti
montis foramine contulit ex petra
eadem que in semetipsa concava an-
gustum specum fecerat, et exea aque
stilla prorupit, que dei famulo
martino in usu quotidiano suf-
ficeret, et nec plus adesset, nec
necessitati deesset. Qua in re osten-
dit omnipotens deus quantam sui fa-
muli curam gereret, cui vetusto mi-
raculo in solitudine ex petre du-
ricia poculum ministraret. Sed
hostis antiquus humani generis
eius viribus invidens visitata ar-
te hunc depellere ex eo specu
molitus est. Nam amica sibi

bestiam serpentem sibi ingressus ab
ea hanc habitatione cede[re] fecit recor-
datus est. Cepit etenim serpens
in spelunca venire solus cum solo
eo et orante se ante illum sternere
et cum cubante pariter cubare. Sed
vir sanctus omnino intrepidus eius
ori vel pedem extendebat dicens
Si licenciam accepisti ut fecias ego
non prohibeo. Cumque cotidie
hoc per triennium gereret die quadam
antiquus hostis tanta hac eius
fortitudine victus infremuit, et
se per deneyum montis latus in
precipicium dedit omniaque loci illius
arbusta flamma ex se exeunte
concremavit. Cui in eo quod montis
latus omne combussit cogente
omnipotente deo monstrare compul-
sus est quantum virtutis esset a quo
victus abscedebat. Perpende queso
iste vir in quo mentis virtute stetit
qui cum serpente per triennium iacuit
securus etc. **Petrus**

Audivi paucos [...]. *De quo*
mulier inoichat que inpudenter
se dei famulo presentavit

Vir iste venerabilis vite inclu-
sionis sue tempore primo decre-
vit, ut ultra mulierem non videret
non quia spernebat sexum, sed ex
contemplata specie temptationis
venire metuere victum. Quod quedam
mulier audiens audacter ascendit
montem et ad eius specum impu-
denter prorupit. At ille paulo lon-
gius intuens et venientis ad se
muliebria vestimenta conspiciens
in orationem se dedit, in terram faciem
depressit, et eo usque prostratus iacuit
quousque inpudens mulier afec-
nestra cellule illius fatigata re-
diret. Que die eodem mox ut de

monte descendit vitam finivit ut
ut ex morte eius sententia datum intelli-
geretur quia valde omnipotenti deo di-
splicuit quod eius famulum animo
improbo contristavit etc. *De puero in*
demortue et potorum eius a morte prevento

Alio quoque tempore dum multi ad hunc
religiosa devotione concurrerent atque
arta esset semita que in deneyo
montis latere ad eius cellulam per-
venientes duxit puer parvulus
nutante gradiens ex eodem monte cecidit
et usque ad vallem cucurrit que sub
monte eodem sita quasi in profundo con-
spicitur. In loco quippe eodem ipse
mons tanta altitudine excrevit
ut arbusta ingencia que ex eadem
valle prodeunt ex monte conspicien-
tibus quasi fruteta esse videantur.
Perturbati sunt itaque cuncti qui
veniebant, summaque cura quesitum
est sicubi corpus elapsi pueri potu-
isset inveniri. Quis enim aliud
nisi extinctum crederet quis vel corpus
integrum ad terram pervenisse suspica-
retur dum interpositis ubique sco-
pulis in partibus discerpi potuisset.
Sed requisitus puer in valle non
solum vivus sed etiam incolumis
inventus est. Tunc cuncti pariter
cognoverunt quod ideo ledi non potuit quia
hunc in casu suo martini oracio
portavit. *De rupe transiliente*
cellam martini c. c.

In conspectu vero illius magna
de super rupis eminebat, que cum
ex parte exigua monti videtur
affixa martini celle prominens
casum sui cotidie et illius
interitum ruitura minabatur. Ad
hunc mastator illustri viri
armentarij nepos cum magna

rusticorum multitudine veniens precabatur
ut vir dei de specu eius dignanter
exiret / quatenus ipse ruinam super se
ex monte potuisset evellere atque in
specu suo dei famulus iam securus
habitaret. Cumque in hoc vir dei
nequaquam acquiesceret ei ut facerent
quod possent precepit / et ipse in celle
sue remociori parte se contulit. Sed
tamen moles erueretur dubium non erat
quin simul specum destrueret et marti-
num necaret. Itaque dum ea que
venerat multitudo conaretur si posset
sine periculo viri dei ingens illud
quod desuper incubuit saxum levare
cunctis videntibus repente res valde
admirabilis contigit quia moles
ipsa quam conabatur evellere subito
abscisa de laborantibus evulsa ne pre-
sulis martini tectum tangeret sal-
tum dedit / et quasi servi dei reverenciam
fugiens longius cecidit / quod a dei
omnipotentis angelico ministerio actum
intelligitur qui divina providentia
omnia disponi fideliter credidit.
Hic cum primo in eodem monte se
contulit / necdum clausus specu
habitans cathena ferrea sibi pedem li-
gavit eamque saxo ex parte alia af-
fixit ne ei liceret ultra progredi quam
eiusdem cathene quantitas tendebatur.
Quod vir vite venerabilis benedictus
audiens cuius superius memoriam feci
ei mandare per discipulum suum curavit.
Si servus dei es non teneat te ca-
thena ferri sed cathena dei christi.
Ad quam vocem martinus protinus
eandem compedem solvit sed nunquam
postmodum solutum tetendit pedem ultra
locum quo hunc tenere ligatum
consueverat / et in tanto se spacio sine
cathena coercuit in quanto etiam

alligatus mansit. Qui dum
postmodum in eiusdem loci specu se
inclusisset cepit et discipulos habere
qui ab eius specu seorsum habitantes
ad usum vite aquam de puteo ha-
urire consueverunt. Sed funis in quo
ad hauriendam aquam situla depen-
debat crebro rumpebatur. Unde
factum est ut eandem cathenam quam
ex pede suo vir dei solvit eius
discipuli peterent eamque funi
adiungerent / atque in illam situlam
ligarent. Ex quo tempore contigit
ut idem funis quotidie ~~stringeret~~
tingeretur aqua et nullo modo
rumperetur. Quia enim cathenam
viri dei funis ille contigit ipse
quoque ad tollerandam aquam
ferri in se fortitudinem traxit.

Facta hec placent. **Petrus**
quia mira et multum [illegible]
retencia. **Gregorius**

Nostris temporibus quidam vir
quadragesimo nomine Bau-
xentine ecclesie subdiaconus
fuit qui ovium suarum gregem
pascere in eiusdem aurelie partibus
solebat. Cuius valde veracis
viri narratione res mira inno-
tuit que facto fuerat gesta.
Is namque ut prediximus dum
gregis sue in aurelia curam
gereret / in diebus eisdem vir fuit
e monte qui argentarius vocatur
venerabilis vite qui habitum monachi
quem pretendebat spe moribus exple-
bat. Hic itaque ad ecclesiam beati
petri apostolorum principis ab eodem
monte argentario annis singulis
venire consueverat atque ad hunc
quem prediximus quadragesimum sub-
diaconum / sicut ipse narravit

hospitalitatis gratia declinavit

De mortuo quem argentarius suscitavit. C. C. suscitavit

Quadam vero die dum eius hospitium quod non longe ab ecclesia erat intrasset cuiusdam paupercule mulieris maritus mox defunctus est. Qui ex more lotus, vestimentis indutus, et sabano constrictus, superveniente vespere sepeliri nequivit. Iuxta defuncti igitur corpus vidua ta mulier sedit que in magnis fletibus noctem ducens continuis lamentorum vocibus satisfaciebat doloribus. Cumque hoc diutius fieret et mulier flere minime cessaret vir dei qui hospicio receptus fuerat quadragesimo subdiacono compunctus ait: Dolori huius mulieris anima mea compatitur, rogo surge oremus. Perrexerunt igitur usque ad vicinam ecclesiam seseque pariter in orationem dederunt. Cumque diutius orassent completa oratione quadragesimo subdiacono petiit sanctus dei. Qua completa de altaris circuitu pulverem collegit atque cum eodem quadragesimo ad defuncti corpus accessit se seque ibidem in orationem dedit. Cumque diutius orasset iam non sicut prius fecerat orationem compleri subdiacone voluit, sed ipse benedictionem dedit, statimque surrexit et quia dextra manu collectum pulverem gestabat sinistra pallium quo facies defuncti velabatur abstulit. Quod cum mulier fieri cerneret contradicere vehementer cepit et mirari quid vellet facere. Ablato itaque pallio de eo quem collegerat pulvere defuncti faciem fricavit. Qui diu diutius fricatus recepit animam quam oscitatur

aperuit oculos sicque elevans resedit. Qui quid circa se ageretur miratus est, ac si de gravi sompno fuisset excitatus. Quod dum mulier lamentis fatigata conspiceret cepit pre gaudio magis flere et voces amplius edere. Quam vir domini modesta prohibitione compescuit dicens: Tace, tace, sed si quis vos requisierit qualiter factum sit, hoc solum modo dicite, quia dominus ihesus christus opera sua fecit. Dixit hoc et ab eius hospicio exiit, quadragesimum subdiaconum protinus reliquit, et ultra in loco eodem non apparuit. Temporalem namque honorem fugiens egit ut ab his a quibus visus in tanta virtute fuerat nunquam iam in vita habere videretur. Petrus

Quid alii sentiant ignoro. Ego autem cunctis miraculis hoc potius existimo esse miraculum quo ad vitam mortui redeunt corporum quam anime ad carnem ex occulto vocantur. Gregorius. Maius miraculum est peccatorem convertere quam mortuum suscitare.

Si visibilia attendimus ita necesse est ut credamus. Si vero invisibilia pensamus minime constat quia maius miraculum est predicationis verbo atque orationis solacio peccatorem convertere quam carne mortuum suscitare. In isto etenim resuscitatur caro iterum moritura, in illo vero anima in eternum victura. Cum enim propono duos in quorum horum existimas factum maiori virtute miraculum? Lazarum quippe quem iam fuisse credimus fidelem carne dominus suscitavit, Saulum vero suscitavit mente. Et tamen quidem post resurrectionem carnis de Lazari virtutibus tacetur. Nam post resurrectionem anime capere nostra infirmitas

Maius miraculum est peccatorem convertere quam mortuum resuscitare.

no valet / Quita in sacro eloquio de
pauli virtutibus dicitur quod nullus pre-
dicatione crudelissime cogitationes
ad pietatis mollia convicta sunt viscera
quod mori cupit pro fratribus in quorum post
morte gaudebat quod plenus omnis scripture
scientia nichil se scire iudicat nisi xpm
ihm et hunc crucifixum / quod pro xpo
verbis libenter traditur quem gladiis inse-
quebatur / quod apostolatus honore sublimis
est si tamen sponte fit parvulus in medio
discipulorum quod ad tercium celi secreta duca-
tur et tamen mentis oculum per compassionem
reflectit ad dispensandum cubile coniu-
gatorum dicens Uxori vir debitum
reddat similiter et uxor viro quod admi-
scetur in contemplationibus cetibus ange-
lorum / et tamen non aspernatur cogitare
atque disponere strata carnalium quod gaudet
in infirmitatibus et quod in contumeliis placet
quod ei vivere xpus est et mori lucrum
quod totum extra carnem est hoc ipsum quod vi-
vit in carne Ecce qualiter vivit qui
ab inferno mentis ad vitam pietatis re-
dyt Quemus est ego quempiam in carne
suscitatum nisi forte promissionem caris
ad vitam reduxit mentis ut hoc ei
agatur per exterius miraculum quatenus con-
versus interius intus vivificetur
Valde infra cordere
Attendendi hoc quod modo quam sit incom-
parabilis superius agnovi / sed queso
cepta prosequere ut dum tempus habe-
tur sine edificatione hora non transeat
Gregorius de monacho benedicto xviii
Frater quidam meum in monasterio con-
versatus est in scriptura studiosis-
simus / qui me etate precedebat / et ex multis
que nesciebam me edificare consueverat
**Quod non ardens cumque conbustis cella
cuiusdam sancti benedicti comburi non po-
tuit et ipse in clibanum proiectus**
Huius itaque narratione didici quod fuit quidam
in campanie partibus intra quadragesimum
urbis Romane miliarium nomine Bene-
dictus / et quidam etate iuvenis sed

moribus gaudemus et in sancte
conversationis regula se fortiter con-
stringens Quem totyle regis tem-
pore cum gothi repperissent hunc incen-
dere cum sua cella moliti sunt
Ignem namque posuerunt et in circuitu
arserunt omnia cella vero illius
comburere non potuerunt Quod
videntes gothi magis sevientes
atque hunc ex sua habitaculo trahe-
tes non longe aspexerunt cliba-
num succensum qui in coquendis panibus
parabatur / eumque in illo proiecerunt
et clibanum clauserunt Sed die
altero ita illesus inventus est ut non
eius caro ab ignibus sed neque extre-
ma vestimenta ullo modo cremarentur
Antiquum tamen priorum **petrus**
miraculum audio qui proiecti
in ignibus lesi non sunt **Gre-
gorius**
Illud ut opinior huic miraculo
ex parte aliquid aliquia dissimili-
gestum est Tres quippe pueri
ligatis pedibus ac manibus in
ignem proiecti sunt quos die altero
rex requirens in camino illesis
vestibus deambulantes repperit
Ex qua re colligitur quia ignis
in qua iactati fuerant qui eorum
vestimenta non tetigit eorum vincula
consumpsit / ut uno eodemque tempore
in obsequio iustorum / et haberet flam-
ma virtutem suam ad solatium et non
haberet ad tormentum hunc tamen
antiquo miraculo diebus nostris
res simul contrario evenit
**Gregorius de ecclesia beati zenonis quomodo
aquis crescentibus ad fenestras ecclesie
que tamen apertis ostiis intrare non poterat**
Nuper iohannes tribunus rela-
tione sua me docuit quod pro-
rolsus comes cum illic adesset
secum rege authairo eodem tempore
in loco eodem ubi res ima contigit
affirmasse eamque se vidisse testatus
est Predictus etenim tribunus
narrabat dicens Ecclesia autem hoc

fere quinquennium quando apud hanc
Romanam urbem alveum suum tyberis
egressus est tantum quod crescens ut eius
unda super muros urbis influeret
atque regiones maximas occuparet
apud veronensem urbem fluvius
athesis excrescens ad beati zenonis
martiris atque pontificis ecclesiam venit
Cuius ecclesie dum essent ianue aperte
aqua in eam minime intravit / sed
paulisper crescens usque ad fenestras
ecclesie que erant tecto proxime
pervenit Sicque stans aqua ianuas
ecclesie clausit ac si illud ele-
mentum liquidum in soliditatem parietis
fuisset immutatum. Cumque essent
multi intus inventi sed aquarum
magnitudine ecclesia circumdata qua
possent egredi non haberent / sed se
ibi siti ac fame mori formida-
rent ad ecclesie ianuam veniebant et
aquam ad bibendum hauriebant
Que ut predixi usque ad fenestras
excreverat / et intra ecclesiam nullo modo
defluebat Hauriri ut aqua po-
terat defluere ut aqua non poterat
Stans autem ante ianuam ad ostendendum
cunctis meritum martiris / et aqua
erat ad adiutorium et quasi aqua non erat
ad invadendum locum Quem ergo
antiquo antedictum ignis in camino
vere predixi non fuisse dissimile
qui tantum puerorum et vestimenta
contigit et vincula incendit etc.

Mira sunt valde petrus
Istorum facta que narras et
puta infirmitati hominum vehementer
stupenda / sed quod tantos in ytalia nuper
fuisse audio admiratione virtutis
viros nosse velle nullas antiqui
hostis insidias eorum contulit per-
tulisse an ex insidiis profecisse etc.

Sine labore / Gregorius
certaminis non est palma vic-
torie / Unde ergo victores sunt ni-
quia contra antiqui hostis in-
sidias decertavit Malignus quippe
cogitationi locutioni atque operi nostro
semper insistit / si fortasse quid inveniat
unde examen eterni iudicis accusator
existit / Vis eterni nosse quod ad de-
cipiendum semper assistat etc.

Quidam De stephano presbitero
qui nunc nobiscum sunt res quam
narro testatur quod vir vite venerabilis
stephanus nomine valerie provincie
presbiter fuit huius nostri bonifatij dya-
coni et dispensatoris ecclesie cogna-
tione proximus / Qui quadam die de
itinere ingressus domum mancipio suo
negligenter loquens precepit dicens
Veni dyabole discaltia me / Ad cuius
vocem mox ceperunt caligarum corri-
gie se summa velocitate dissolvere ut
aperte constaret quod ei ipse qui nominatus
fuerat ad extrahendas caligas dyabolus
obedisset Quod mox ut presbiter vidit
vehementer expavit et vocibus magnis
cepit clamare dicens Recede miser
recede non tibi sed mancipio locutus
sum ad cuius voce protinus recessit /
et ita ut invente sunt magna iam
ex parte dissolute corrigie remanserunt
Qua in re colligi potest antiquus hostis
qui tam presto est factis corporalibus
quam minus insidiis cogitationibus
nostris insistat petrus

Laboriosum est valde atque terribile
contra insidias dyaboli semper
intendere et quotidie quasi in acie stare
Laboriosum non est / Gregorius
si custodiam mentis non nobis
sed gratie superne tribuimus / Ita tamen
ut ipsi quantum possumus sub protectione
dei vigilemus / Et cum antiquus
hostis a mente cepit expellere expel-
li a divina largitate plerumque ut
non iam timeri non debeat sed ipse etiam
bene vincentium virtute terreatur / De
puella cuius impio homo est a
demone liberatus . xxi

Reti namque quem narro sanctissimus
vir eleuterius senex pater

Veni dyabole discaltia me /

compulsus

tmis supius memoriam feci testis extitit,
et in hoc intimare curavit quod in spolita
na urbe puella quedam iam nubilis cuius dam
primarij filij celestis vite desiderio exarsit
cui quod pater resistere ad viam vite conatus
est / sed pre contempto sancte conversationis
habitum suscepit / Qua ex re factum est ut
eam pater substantie exheredem faceret ni
chil quod illi aliud nisi sex uncias vinis
possessiuncule largiretur / Sed exemplo
provocate ceperunt apud eam multe no
biles genus puelle conuiti et omnipoten
ti domino dedicata virginitate servire /
Quadam vero die isdem eleutherius
abbas vir vite venerabilis ad eam gratia
exhortationis et edificationis accesserat
/ et cum ea de verbo dei colloquens sederet
cum repente ex eodem fundo que ipsi ex
unciis aptere contigerat cum exenio rusticus
venit / Qui dum ante eos assisteret
maligno spiritu correptus cecidit fatigari
nimijs stridoribus atque balatibus cepit /
Tunc sanctimonialis femina surrexit

Simoniacam demone expulit /

atque irato vultu magnis clamoribus
imperavit dicens / Exi ab eo miser exi
ab eo miser / Ad cuius vocem per os vexa
ti diabolus respondit dicens / Et si de isto ex
eo in quem intrabo / Casu autem ibi porcorum
pullus pascebatur / Tunc sanctimonialis
femina precepit dicens / Exi ab eo et in hunc
porcum ingredere / Qui statim de homine
exiit et porcum quem iussus fuerat inva
sit occidit et recessit / Petrus

Velim nosse si saltim porcos con
cedere in mundo spiritui debuit / Gregorius

Preposite regule nostre / Gregorius
actionis sunt facta veritatis / Ipsi
etenim redemptori nostro a legione que
hominem turbabat dictum est / Si eicis nos
mitte nos in gregem porcorum / Quam
haut ab homine expulit et in porcos
ire eos quod in abyssum mitti concessit /
Ex qua re etiam hoc colligitur quod absque
concessione omnipotentis dei malignus
spiritus contra hominem nullam potestatem habeat /
qui in porcos intrare non potuit nisi
permissus / Illi ergo necesse est nos
subdi cui et adversa omnia subici
untur in vita et tanto nostris hostibus
potentiores simus quanto auctori omni
um efficiamur per humilitatem
Quid vero mirum si electi qui
in carne positi multa faciunt possunt
miracula quorum ipsa quoque ossa mor
tua plerumque in multis vivunt
miraculis / De presbytero provin
cie valerie et [illegible]

In valeria namque provincia res hoc
est gesta quam narrare michi quoque
beate memorie abbatis mei valen
tionis relatione cognita / Ibique
etenim quidam venerabilis sacerdos
erat qui cum clericis suis in dei lau
dibus hymnis quoque operibus intentus
sancte conversationis vitam duce
bat / Superveniente autem vocationis
die defunctus est ante ecclesiam sepultus
Eidem vero ecclesie caule inherebant
ovium / atque isdem locus ubi sepul
tus est ad easdem oves tendentibus
primus erat / De furto / Quadam
autem nocte cum clericis intus ecclesiam
psallentibus fur venisset et caulas
ingressus furtum faciens vervecem
tulit et concitus exijt / Cum vero
pervenisset ad locum ubi vir dei
sepultus erat repente hesit et gres
sum movere non potuit / Vervecem
quidem de collo deposuit eumque
dimittere voluit sed manum laxare
non potuit / Cepit igitur stare
miser cum preda sua reus et ligatus
volebat vervecem dimittere nec va
lebat / volebat egredi cum vervece
nec poterat / Miro modo itaque fur
a vivis teneri timuerat hunc
mortuus tenebat / Cumque ita gressus
et manus illius fuissent constricte
immobilis perstitit / Sed facto mane
expletis quoque laudibus dei ab ecclesia
egressi sunt clerici et invenerunt
ignotum hominem vervecem tenentem manu

Res venit in dubium utrum veniret
tolleret an offerret, sed culpe reus citius
indicavit penas. Mittit sunt omnes
quia ingressus fuit vir dei muto apud
fidem suam stabat ligatus. Qui se
primus in orationem dederunt sumbusque (?) pre labiis
vix obtinere valuerit, ut qui res cor-
veneat rape saltem vacuus exire me-
reretur. Fuit itaque qui dum stetalt (?) cu-
pida captivus quisque exiit vacuus
et liber etc. Petrus

Appareat quante sit dulcedinis super
nos omnipotens deus cuius erga
nos sunt tam iocunda miracula.

Gregorius abbate precipui mo-
tis xxiii

Prenestine urbi mons prominet in
quo beati petri monasterium situm est.
Auctore dei quoque relatione adhuc
in monasterio positum audisse contigit
magnum hoc quod narro miraculum
quod eiusdem monasterii monachi nosse testa-
bantur. In eo namque monasterio pater fuit
vite venerabilis qui quendam monachum
nutritus usque ad senectudos perexit mores.
Cumque in timore dei eum indicaret
extitisse in eodem monasterio tunc fecit
presbiterum ordinari. Cui post ordinacionem
suam quod non longe abesset eius exitus re-
uelatione indicatum est. Abbatem ante
presentem monasterii petiit quatenus ei concederet
ut sepulturi pararet. Cui rudit
Ante te quidem ego moriturus sum, sed
tamen vade et sicut vis prepara sepulcrum
tibi. Recessit igitur et preparavit. Cum non
post multos dies pater senex febre
preuentus ad extrema peruenit atque assi-
stenti presbitero iussit dicens. In tuo
sepulcro me pone. Cumque ille diceret
Scis quod ego mox secuturus sum utrosque
capere non potest. Abbas rudit dicens,
Ita fac ut dixi quia sepulcrum
tuum ambos nos capiet. Defunctus
itaque est et in sepulcro eodem quod sibi
presbiter parauerat positus. Mox quoque et
presbiterum languor corporis secutus est,
quo crescente presbiter citius vitam
finivit etc. De illo quod mortuus iacens
in sepulcro alteri mortuo locum dedit
Cumque ad sepulcrum quod sibi ipse parauerat
corpus illius fuisset a fratribus deporta-
tum aperto eodem sepulcro viderunt
omnes qui aderant locum non esse ubi po-
ni potuisset quod corpus patris monasterii
quod illic antepositum fuerat omne illud
sepulcrum tenebat. Cumque fratres qui
presbiteri corpus detulerant factum sibi sepe-
liendi difficultatem viderent unus eorum
exclamabat dicens. Eya pater ubi est
quod dixisti quod sepulcrum istud ambos
nos capiet. Ad cuius vocem subito cunctis
videntibus abbatis corpus quod illic an-
te fuerat humatum et supinum iacebat
sese convertit in latere et vacuum sepul-
cri locum ad sepeliendum corpus presbiteri
prebuit, et quia utrosque locus ille ca-
peret sicut promiserat vivus mortuus
implevit. Sed quia hoc quod prediximus
apud prenestinam urbem in beati petri
monasterio gestum est vis etiam aliquid
in hac urbe aliquid de eius ecclesie
custodibus ubi sacratissimum corpus
eius est positum audire. Petrus

Volo atque id ut fiat magnopere
deprecor. Gregorius de theodoro
mansionario et custode ecclesie sue cui
apparuit beatus petrus xxiiii

Adhuc super sunt aliqui qui theo-
dorum eius ecclesie custodem noverant
cuius narracione innotuit res que ei
contigit valde memorabilis quod quadam
nocte dum citius ad reficienda lumina
iuxta ianuam surrexisset ex more
in ligneis gradibus sub lampade
positus stabat et lampadas resonabat
lumine cui repente beatus petrus apostolus
in stola candida deorsum in pavi-
mento constitit eique dixit. Collibertе
quare tam cito surrexit. Quo dicto
ab oculis aspicientis evanuit. Sed
tantus in eum pavor irruit ut tota
in illo corporis virtus deficeret, et per dies
multos destratu surgere non valeret.
Qua in re qui isdem beatus petrus

Colliberto suo petrus apparuit

aplus servientib[us] e[st] voluit nisi p[re]sentia
sui respectus ostendere q[ui]a quicquid
p[ro] eius veneratione agetur hoc p[ro] merce-
de retributionis sue infirmissime semp[er]
videret etc. Petrus

Michi hoc non tam apparet mirum
q[uia] visus est sed quia is qui
vidit cum sanus esset egrotavit etc.

Quid super hac re Gregorius
miraris petre. Nunquid nam miti
excidit q[uod] cum daniel p[ro]pheta illam
magnam ac terribilem visionem vidit
ex qua etiam visione contremuit protinus
adiunxit et ego clangui et dies plu-
rimos. Caro enim ea que spiritus sunt
cape non valet et id circo nonnunquam
cum mens humana ultra se adducitur
ducitur necesse est ut hoc carneum vascu-
lum quod ferre pondus talenti non
valet infirmetur. Petrus

Scrupulum cogitationis mee aperta
narratio dissolvit. Gregorius

De acontio mansionario qui puellam per eciam
beati petri sanavit xxv

Alius illic non ante longa tempora
fuit ut seniores referunt custos
ecclesie acontius dictus est magne hu-
militatis atque gravitatis vir ita omni-
potenti deo fideliter serviens ut ipse
beatus petrus apostolus signis ostenderet
quam de illo haberet estimationem. Nam cum
quedam puella paralitica in eius ecclesia
permanens manibus repere et dissolutis
renibus corpus post tergum trahere diuque
ab eodem beato petro apostolo peteret ut sa-
nari mereretur nocte quadam eidem per
visionem astitit et dixit. Vade ad aco-
ntium mansionarium et roga illum quatinus
te saluti ipse restituet. Cumque illa de
tanta visione certa esset sed quis esset
acontius ignoraret cepit hinc illuc-
que per loca ecclesie se trahere ut quis esset
acontius investigaret. Cui repente
ipse factus est obviam quem querebat eique
dixit. Rogo te pater indica michi quis
est acontius custos. Cui ille respondit
Ego sum. At illa inquit. Pastor et
nutritor noster beatus apostolus petrus ad te misit

ut ab infirmitate ista liberare me debeas.
Cui ille respondit. Si ab ipso missa es
surge. Eique manum tenuit et eam in
statu suo protinus erexit. Itaque ex illa
hora omnis in eius corpore nervi
ac membra solidata sunt ut solutionis
illius signa ulterius nulla rema-
nerent. Sed si cuncta que in eius ec-
clesia gesta cognovimus evolvere
conamur ab omni iam procul dubio
narratione conticescimus. Unde necesse
est ut ad modernos patres quorum
vita per ytalie provincie claruit nar-
ratio se nostra retorqueat etc. Gregorius

De menna monacho xxvi

Nuper in samnii provincia quidam
venerandus vir menas nomine so-
litariam vitam ducebat qui mox multis
cognitus ante hoc ferme decennium
defunctus est. De cuius operis narratione
unum auctorem non infero quia pene
tot michi in eius vita testes sunt quot
samnii provincia novit. Hic itaque
nichil adversum aliud nisi pauca
apum vascula possidebat. Hinc lon-
gobardus quidam in eisdem apibus
rapinam cum voluisset ingerere primus
ab eodem viro verbo correptus est et
mox per malignum spiritum ante eius
vestigia vexatus. Qua re factum
est ut sit apud omnis incolas ita etiam
apud eandem barbaram gentem nomen
eius celebre haberetur. Nullus quoque ultra
presumeret cellulam eius nisi humilis in-
trare. Sepe vero ex vicina silva ve-
nientes ursi apes eius comedere cona-
bantur. Quos ille deprehensos fe-
rula quam manu portare consueverat
cedebat. Ante cuius verba immanissime
bestie rugiebant et fugiebant et que
gladios vix formidare poterant ex eius
manu ictus ferule pertimescebant.
Huius studium fuit nichil in hoc mundo
habere nichil querere. Omnes qui ad se
caritatis causa veniebant ad eterne

Delicie carnales non permittunt videre spiritualia

Acontius custos ecclesie

Ancilla paralitica beato petro sanatur

vite desideria attendere curabat. Si qui autem quorundam culpas ignosceret numquam ab increpatione preteriret sed amoris igne succensus studebat in eis vehementer per ligna servire. Consuetudinem vero vicini vel longe positi eiusdem loci accole fecerant ut diebus singulis per ebdomadam ei oblationes suas transmitterent ut esset quod ipse venientibus offerre potuisset etc.

De eo qui cognovit oblationes inter alias occulte missas

Quodam vero tempore possessor quidam Carterius nomine in iniquo desiderio devictus quandam sanctimonialem feminam rapuit sibique illicito matrimonio coniunxit. Quod mox ut vir domini agnovit ei per quos potuit que fuerat dignus audire mandavit. Cumque scelus sui conscius timeret et ad virum dei accedere nequaquam presumeret ne forte se aperte ut delinquentes solebat increparet fecit oblationes suas cum aliorum oblationes immisit ut eius munera saltem nesciendo susciperet. Sed cum coram eo fuissent omnes oblationes deportate vir dei tacitus sedit singillatim omnes considerare studuit et omnes alias eligens atque seorsum ponens oblationes quas idem Carterius transmiserat per spiritum sanctum cognovit sprevit et abiecit dicens: Ite et dicite ei: Oblationem suam omnipotenti deo tulisti et michi oblationes tuas transmittis. Ego tuam oblationem non accipio quia suam abstulisti deo. Qua ex re actum est ut presentes quoque timor magnus invaderet cum vir domini tantam scientiam de absentibus indicaret.

Multos hominum Petrus suspicor martirium subire potuisse si eos tempore persecutionis tempestas invenisset etc.

Gregorius de martirio duplici 27

tercius

Duo sunt Petre martyrii genera unum in occulto et alterum in publico. Nam et si persecutio desit exterius martyrii meritum in occulto est tamen virtus ad passionem prompta flagrat in animo. Auct

Quia enim esse possit et sine aperta passione martirium testatur in ewangelio dominus qui zebedei filios adhuc pro infirmitate mentis maiora sessionis loca querentibus dicit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Cui cum dixerunt: Possumus, utrisque ait: Calicem quidem bibetis etc. Quid autem calicis nomine nisi poculum passionis signat et cum mirum non sit quod omnibus constat quod Iacobus per passionem occubuit Iohannes vero in pace ecclesie quievit nimirum colligitur esse et sine aperta passione martirium quando et ille calicem domini bibere dictus est qui ex persecutione mortuus non est. Sed cur de talibus tantisque viris quorum superius mentionem feci loquor? Dicamus quia si persecutionis tempus existeret martyres esse possent qui occulte hostis insidias tollerantes nos quoque in hoc mundo adversarios diligentes cunctisque carnalibus desideriis resistentes per hoc quod se omnipotenti deo in corde mactarunt etiam pacis tempore martyres fuerunt. Dum nostris modo temporibus viles et seculares personas de quibus nil celestis glorie posse presumi videbatur oborta occasione contigit ad coronas martyrii .xxvij
pervenisse. Nam ante annos hos fere quindecim sicut hii testantur qui interesse potuerunt quadraginta rustici a longobardis capti carnes ymolaticias comedere compellebantur. Qui dum valde resisterent et contingerent contingere cibum sacrilegum nollent tunc longobardi qui eos tenuerant nisi ymolata comederent eis mortem minari

Ut illi potius eternam quam presentem vitam et incorruptam indiligentes fideliter perstiterunt atque in sua constantia simul omnes occisi sunt. Quanti itaque isti veritatis martires fuerunt qui ne vetitum comedendo conditorem suum offenderent elegerunt gladio vitam finire. Gregorius.

De Rusticis qui carnes ymolaticias comedere noluerunt. xxviii.

Eodem tempore dum fere quadraginta captivos alios Longobardi tenuissent more suo ymolaverunt caput capre dyabolo hoc ei currentes per circuitum et carmine nefando dedicantes. Cumque ipsi illud submissis cervicibus adorarent, eos quos ceperant hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eisdem captivis maxima multitudo magis eligens moriendo ad vitam immortalem tendere quam adorando vitam mortalem tenere, obtemperare iussis sacrilegis noluerunt, et cervicem quam semper creatori flexerant creature inclinare contempserunt. Unde factum est ut hostes qui eos ceperant gravi iracundia accensi cunctos gladio interficerent, quos in errore suo participes non haberent. Quid ergo mirum si exurgente persecutionis tempore illi martires esse potuissent, qui in ipsa quoque pace ecclesie semetipsos semper affligendo angustam martirii tenuere viam, quando irruente persecutionis articulo hii etiam meruerunt martirii palmas accipere qui in pace ecclesie latas huius seculi vias sequi videbantur. Nec tamen hoc quod diximus de oculis electis viris divinitus dicentis iam quasi in regula tenemus.

Nam cum persecutionis tempus aperte irruit, sicut plerique martirium subire possunt qui esse in pace ecclesie despicabiles videntur, ita nonnumquam infirmitatis formidine corruunt qui prius in pace ecclesie fortiter stare videbantur. Sed eos de quibus prediximus fieri martires potuisse fidenter fatemur, quia hoc iam ex eorum fine colligitur. Eadem enim nec in aperta persecutione potuerunt hii de quibus constat quia adhuc usque ad finem vite in occulta animi virtute perstiterunt. Petrus.

Verum asseris ita est. xxix.

Sed super indignos nos divine misericordie dispensationem miror quod Longobardorum sevitiam ita moderatur ut eorum sacerdotes qui esse fidelium victores videntur orthodoxorum fidem persequi minime permittant.

Hoc, Petre. Gregorius.

Facere plerumque conati sunt, sed eorum sevitie miracula superna restiterunt. Unde unum narro miraculum quod per Bonifacium monasterii mei monachum qui usque ante quadriennium cum Longobardis fuit adhuc ante dies agnovi. Gregorius. De arriano episcopo excecato.

Dum ad Spoletanam urbem Longobardorum episcopus scilicet arrianus venisset et locum illic ubi sollempnia sua ageret non haberet, cepit ab eiusdem civitatis episcopo ecclesiam petere quam suo errori dedicaret. Quod dum valde episcopus negaret, isdem qui venerat arrianus beati Pauli apostoli illic ecclesiam cominus sitam se alio die violenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem ecclesie custos audiens festinus cucurrit, ecclesiamque clausit et seris munivit, facto autem vespere lampades omnes extinxit seque in interioribus abscondit. Quo

De ecclesia beati pauli quam arrianus
cum violencia voluit intrare

ecclesia miraculose aperta fuit et tamen
longobardorum gens intrare non potuit
In ipso autem subsequentis lucis tempore
sicut arrianus episcopus collecta multitu-
dine advenit clausas ecclesie ianuas
effringere paratus Sed repente eiusdem
simul porte divinitus concusse abiectis
longius seris aperte sunt atque cum ma-
gno sonitu omnia ecclesie claustra pate-
fecerunt et effuso desuper lumine omnes
que extincte fuerant lampades accen-
se sunt Arrianus vero episcopus qui vim
facturus advenerat subita cecitate per-
cussus est atque alienis iam manibus
ad suum habitaculum reductus Quod cum lon-
gobardi in eadem regione positi co-
gnoscerent nequaquam presumpserunt ka-
tholica loca ulterius temerare Mira
etenim modo res gesta est ut quia eiusdem
arriani causa lampades in ecclesia
beati pauli fuerant extincte uno eodem-
que tempore et ipse lumen perderet et in
ecclesia lumen rediret De arriano-
rum ecclesia catholica consecrata et
dedicata xxx c

Sed neque hoc silebo quod ad
eiusdem arriane hereseos dam-
pnacionem in hac quoque urbe ante bie-
nium superna pietas monstravit Ex
hiis quippe que narro alia populus
agnovit alia vero sacerdos et custo-
des ecclesie se audisse testantur Arria-
norum ecclesia in regione urbis huius
que subura dicitur cum clausa usque
ante biennium fuisset placuit ut in fide
catholica introducta illuc beati seba-
stiani et sancte agathe reliquiis de-
dicari debuisset Quod factum est
Nam cum magna populi multitudine
venientes et omnipotenti deo laudes
canentes eandem ecclesiam ingressi
sumus Cumque in ea missarum sol-
lempnia iam celebrarentur et pre
eiusdem loci angustia populi se co-
premeret multitudo quidem ex hiis
qui iuxta sacrarium stabant porcum
subito intra suos pedes huc illucque
discurrere senserunt Quem unusquisque
sentiret et iuxta se stantibus indicaret
isdem porcus ecclesie ianuas petiit
et omnes per quos transiit ad admiracio-
nem commovit Sed videri a nullo potuit
quamvis sentiri potuisset Quod idcirco
divina pietas ostendit ut cunctis pate-
sceret quia de loco eodem immundus hi-
tator exiret Igitur peracta missarum cele-
bracione recessimus sed adhuc nocte
eadem magnus in eiusdem ecclesie tectis
strepitus factus est ac si in hac aliquis
errando discurreret Sequenti autem nocte
gravior sonitus excrevit cum subito
tanto terrore insonuit ac si omnis illa
ecclesia fuisset a fundamentis eversa et pro-
tinus recessit ac si nulla illic ultra
inquietudo antiqui hostis apparuit
sed per terroris sonitum quem fecit innotuit
a loco quem diu tenuerat quam coactus
exibat Post paucos vero dies in ma-
gna serenitate aeris super altare eiusdem
ecclesie nubes celitus descendit suoque
illud velamine operuit omnemque ecclesiam
tanto terrore ac suavitate odoris implevit
ut patentibus ianuis nullus illic pre-
sumeret intrare et sacerdos atque custodes
et hii qui ad celebranda missarum solle-
mpnia venerant rem videbant et ingre-
di minime poterant sed suavitate odoris
miscuisse trahebant Die vero alio cum
in ea lampades sine lumine dependerent
emisso divinitus lumine sunt accense et
post paucos rursum dies cum expletis mis-
sarum sollempniis extinctis lampadibus
custos de eadem ecclesia egressus fuisset post
pauluhum intravit et lampades quas
extinxerat lucentes repperit quas negligenter
se extinxisse credidit atque eas sollicitius
extinxit Qui exiens ecclesiam clausit
Sed post trium horarum spacium regressus
lucentes lampades quas extinxerat invenit
ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret

quia totus ille de tenebris ad lucem venisset. **Petrus.**

Et si in magnis tribulationibus sumus positi, quia tamen a conditore nostro non sumus omnino despecti, testantur ea que audio eius stupenda miracula. **Gregorius.**

Non mea sola que in ytalia gesta sunt narrare decrevi; vis ne tamen ut pro ostendenda eiusdem arriane hereseos dampnatione transeamus verbo ad hyspanos et inde per affricam ad ytaliam redeamus? **Petrus. xxxi.**

Perge quolibet, nam letus ductor et letus reductor.

Gregorius de Herminigildo rege.

Sicut multorum qui ab hispaniarum partibus veniunt relatione agnovimus, nuper herminigildus rex, leuvigildi regis gothorum filius, ab arriana heresi ad katholicam fidem viro reverentissimo leandro spolitano episcopo michi dudum in amicitia iuncto predicante conversus est. Quem pater arrianus ut ad eandem heresim rediret et premiis suadere et minis terrere conatus est. Cumque ille constantissime responderet nunquam se veram fidem posse relinquere quam semel agnovisset, iratus pater privavit eum regno rebusque omnibus expoliavit.

Quod pater filium propter fidem occidit et quod post heresis arriana cessat

Cumque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset, in arta illum custodia concludens collum manusque illius ferro religavit. Cepit itaque idem herminigildus rex iuvenis terrenum regnum despicere et forti desiderio celeste querens in ciliciis iacens vinculatus omnipotenti deo ad confortandum se preces effundere, et tanto sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto et religatus agnovit nichil fuisse quod potuit auferri. Superveniente autem paschalis festivitatis die intempeste noctis silentio ad eum perfidus pater arrianum episcopum misit ut ex eius manu sacrilege consecrationis communionem perciperet atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deo deditus arriano episcopo venienti exprobravit ut debuit eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit, quia et si exterius iacebat ligatus apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo arrianus pater infremuit. Statimque suos apparitores misit qui constantissimum confessorem dei illic ubi iacebat occiderent. Quod et factum est. Nam mox ut ingressi sunt securim in cerebro illius infigentes vitam corporis abstulerunt, hocque in eo valuerunt perimere quod ipsum qui peremptus est in se constiterat despexisse. Sed pro ostendenda vera eius gloria etiam non defuere miracula. Nam cepit in nocturno silentio psalmodie cantus ad corpus eiusdem regis et martyris audiri, atque ideo veraciter regis quia martyris. Quidam etiam ferunt quod illic tempore nocturno accense lampades apparebant. Unde factum est quatenus corpus illius ut videlicet martyris inter cunctos fideles venerari debuisset. Pater vero perfidus et parricida commotus penitere se hoc fecisse doluit, nec tamen usque ad obtinendam salutem. Nam quia vera esset catholica fides agnovit, sed gentis sue timore perterritus ad hanc pervenire non meruit. Qui oborta egritudine ad extrema perductus leandro episcopo quem prius vehementer afflixerat rechardum regem filium suum quem in sua relinquebat heresi commendare curavit, ut in ipso quoque talia faceret qualia in fratre illius suis exhortationibus fecisset. Qua vero commendatione extinctus est. Post cuius mortem recharedus rex non patrem perfidum sed martyrem fratrem suum sequens gothorum ita

ad veram perduxit fidem, ut nullum in suo regno militare permitteret qui regni dei hostis existere per hereticam perfidiam non timeret. Nec mirum quod veritatis fidei predicator factus est qui frater est martiris, cuius nunc quoque merita adiuvant ut ad omnipotentis dei fidem multos reducat. Qua in re nobis considerandum est quia totum hoc agi nequaquam posset si Herminigildus rex pro veritate mortuus non fuisset. Nam scriptum est: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Hoc fieri videmus in membris quod factum scimus in capite. In gothorum etenim gente unus est mortuus ut multi viverent, et dum unum granum fideliter cecidit ad optinendam fidem animarum seges multa surrexit etc.

Petrus. Res mira et nostris stupenda temporibus. xxxii

Gregorius. De episcopis quorum lingue precise fuerunt

Iustiniani quoque augusti temporibus dum contra catholicorum fidem exorta a Wandalis arriana persecutio vehementer in Affrica insaniret, quidam in defensione veritatis episcopi fortiter persistentes ad medium sunt deducti. Quos Wandalorum rex verbis et muneribus ad perfidiam flectere non valens tormentis posse frangere credidit. Nam cum eos in ipsa defensione veritatis silere indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur, raptus in furore rex eorum linguas radicitus abscidi fecit. Mira res et multis nota senioribus, quia ita post pro defensione veritatis et sine lingua iam loquebantur sicut prius loqui per linguam consueverant etc.

Petrus. Mirandum valde est et vehementer stupendum etc.

Gregorius. Scriptum quippe est, Petre, de unigenito summi patris: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. De cuius etiam virtute subiungit: Omnia per ipsum facta sunt. Quid igitur mirum si verbum quod fecit linguam sine lingua loqui potuit verbum quod linguam fecit etc.

Petrus. Placet quod dicis.

Gregorius. De illis qui sine linguis loquebantur

Hii itaque eodem tempore profugi ad Constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro exponendis responsis ecclesie ad principem ipse transmissus fui, seniorem quendam episcopum repperi qui se adhuc eorum ora sine linguis loquentia vidisse testabatur, ita ut apertis oribus clamarent: Ecce videte quia linguas non habemus et loquimur. Videbatur enim a respicientibus, ut ferebatur, quia abscisis radicitus linguis quasi quoddam barathrum patebat in gutture, et tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur. Quorum illic unus in luxuriam lapsus mox privatus est dono miraculi. Recto videlicet omnipotentis dei iudicio, ut qui carnis continentiam servare neglexerat sine lingua carnea non haberet verba virtutis. Sed hec nos pro arriane hereseos dampnatione dixisse sufficiat; nunc ad ea que nuper in Ytalia gesta sunt signa redeamus.

Gregorius. De Eleutherio servo dei xxxiii

Is autem cuius superius memoriam feci Eleutherius pater monasterii beati Marci evangeliste, quod in Spolitane urbis pomeriis situm est, diu mecum in hac urbe in meo monasterio est conversatus, ibique defunctus. Quem discipuli sui ferebant orando mortuum suscitasse. Vir autem tante simplicitatis erat et compunctionis ut dubium

non esse quod ille lacrimis exactam humili
simpliciterque mente obtinere apud omnipo-
tentem deum multa optime potuisset.
Huius ego aliquod miraculum narro quod
inquisitus michi simpliciter fatebatur
et ipse etc. *De puero a quodam sancto
a dyabolo liberato et iterum vexato propter
vanam gloriam eiusdem.* Quadam autem
namque die iter carpens sero vespere, cum
ad secedendum locus deesset, in monasterio
virginum devenit, in quo quidam parvulus
puer erat quem malignus spiritus omni
nocte vexare consueverat. Sed sanctimonia-
les femine ut virum dei susceperunt ro-
gaverunt eum dicentes: Pater tecum hac
nocte puer iste manebit. Quod ipse
benigne suscepit secumque eum nocte ea-
dem iacere permisit. Mane autem facto ceperunt
sanctimoniales femine eundem patrem vi-
gilanter inquirere si quid puer sibi
commissus eadem nocte pertulisset. Qui
miratus cur ita inquirerent, ita videlicet:
Nichil. Tunc ille eiusdem pueri innotue-
runt causam et quod malignus spiritus nulla
ab eo nocte recederet indicaverunt, summopere
postulantes ut hunc secum ad monasterium
tolleret, quia iam vexationem illius
videre ipse non possent. Consensit senex
et puerum ad monasterium duxit. Et cum
multo tempore in monasterio fuisset atque ad
hunc antiquus hostis accedere minime presump-
sisset, eiusdem senis animus de salute pueri
immoderatius pre leticia tactus est. Nam
coram positis fratribus dixit: Fratres, dyabolus
cum illis sororibus iocabatur. At ubi ad
servos dei ventum est, ad hunc puerum
accedere non presumpsit. Postquam voce hac
eadem ac momento idem puer coram
cunctis fratribus dyabolo se invadente
vexatus est. Quo viso senex protinus
se in lamentum dedit. Cumque diu lugeret
diu fratres consolari noluisset, respondit
dicens: Credite quia michi in nullius
vestrum ore hodie panis ingreditur, nisi
puer iste a demonio fuerit ereptus.

Tunc se in orationem cum cunctis fratribus
prostravit, et eo usque oratum est quousque
puer a vexatione sanaretur. Qui
et tam perfecte sanatus est ut ad hunc
malignus spiritus accedere amplius
ulterius non auderet etc. *Petrus.*
Credo quod ei elationis pauca subre-
pserit et eius discipulos
omnipotens deus sibi illius vo-
luit esse adiutores. *Gregorius.*
Ita est, nam pondus miraculi so-
lus portare non poterat, ideo di-
visit hoc cum fratribus et portavit.
Huius viri oratio quante virtutis esset
in memetipso expertus sum. Nam
cum quodam tempore in monasterio positus
intestinorum vitalium paterer crebrisque
angustiis per horarum momenta
ad exitum propinquarem, quam molestiam
greci medici suo eloquio sinco-
pim vocant, et nisi me frequenter
fratres cibo reficerent, vitalis michi
spiritus funditus intercidi videretur.

De ieiunio sancti gregorii

Paschalis supervenit dies et sa-
cratissimo sabbato in quo omnes
et parvuli pueri ieiunant, ego
ieiunare non potuisse cepi, plus
merore quam infirmitate deficiebam.
Sed citius animus meus consilium
tristis invenit ut eundem virum
dei secreto in oratorium ducerem
eumque peterem quatenus in die
illo ad ieiunandum virtutes michi
suis apud omnipotentem deum
precibus obtineret. Quod factum est.
Nam mox ut oratorium ingressi
sumus, cum ille humiliter postulans
se cum lacrimis in oratione dedit
et post paululum completa oratione
exiit. Sed ad vocem benedictionis
illius tantam virtutem stomachus
meus accepit ut michi a memo-
ria tolleretur cibus et egritudo

Cepi mirari quis essem, qui fuerim, quia cum ad eum redibat infirmitas nichil in me ex hiis que meminerat recognoscebam. Cumque in dispensatione monasterii occupata mens mea esset, obliviscebar funditus mee egritudinis. Si vero ut predixi rediret egritudo ad memoriam, cum tunc fortem me esse sentirem, mirabar si non comedisse. Cum vero ad vesperum veniens tante me fortitudinis inveni ut si voluissem ieiunium usque ad altum diem differre potuisse. Sicque factum est ut in me probarem ea que de illo vera esse cognovi, ipse nunc infuissem.

Petrus

Quia eundem virum magne compunctionis fuisse dixisti, ipsam lacrimarum vim addiscere cupio largius. Unde queso ut michi quot sint genera compunctionis edisseras etc.

Gregorius de generibus compunctionis xxxiiii

In multis speciebus compunctio dividitur, quando singule quoque a penitentibus culpe planguntur. Unde ex voce quoque penitentium Ieremias ait: Divisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter vero compunctionis genera duo sunt, quia deum sitiens anima prius timore compungitur, postea amore. Prius enim se in lacrimis afficit, quia dum malorum suorum recolit, pro hiis perpeti eterna supplicia pertimescit. At vero cum longa merroris anxietate fuerit formido consumpta, quedam iam de presumptione venie securitas nascitur, et in amore celestium gaudiorum animus inflammatur, et qui prius flebat ne duceretur ad supplicium, postmodum amarissime flere incipit quia differtur a regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori, que ipsa societas beatorum spirituum, que maiestas eterne visionis dei, et amplius plangit quia bonis perennibus deest, quam prius flebat cum mala eterna metuebat. Sicque fit ut perfecta compunctio formidinis trahat animum ad compunctionem dilectionis. Quod bene in sacra veracique hystoria figurata narratione describitur, que ait quod Axa filia Caleph sedens super asinum suspiravit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit: Da michi benedictionem. Terram australem et arentem dedisti michi, iunge et irriguam. Deditque ei pater suus irriguum superius et irriguum inferius. Axa quippe super asinum sedet cum irrationabilibus carnis sue motibus anima presidet. Que suspirans a patre terram irriguam petit, quia a creatore nostro cum magno gemitu querenda est lacrimarum gratia. Sunt namque nonnulli qui in dono perceperunt libere pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lacrimarum non habent. Hii nimirum terram australem et arentem habent, sed adhuc irrigua indiget, quia in bonis operibus positi in quibus magni atque fervientibus sunt, oportet ut aut timore supplicii aut amore regni celestis etiam mala que antea perpetrarunt deplorent. Sed quia ut dixi duo sunt compunctionis genera, dedit ei pater suus irriguum superius et irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima cum sese in lacrimis celestis regni desiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit cum supplicia inferni flendo pertimescit. Et quidem prius inferius et postea irriguum superius datur. Sed quia compunctio amoris dignitate preeminet, fuit ut prius irriguum superius et postea irriguum inferius commemorari debuisset.

Placet quod dicis. Gregorius.

Petrus

Postquam hunc venerande vite Eleutherium tanti meriti

fuisse dixisti licet inquirere si nunc
in mundo credendum est aliquos ta-
les esse etc. Gregorius de sancto Floren-
tio presbytero qui per impositionem
manuum curavit infirmos Gre-
gorius xxxvi

Floridus Tudertine ecclesie episcopus
eximie vitae atque sanctitatis
fuit tue dilectioni incognitum non est
hic michi esse apud se presbyterum que-
dam Amantium nomine precipue sim-
plicitatis narravit virum qui hoc
habere virtutis perhibet ut apostolorum more
manum super egros ponat et sa-
lutem restituat et quamlibet vehemens
egritudo sit ad tactum illius abscedat
Adiunxit etiam hoc habere miraculi
adiunxit quia in quolibet loco quamvis
immanissime aspiritatis serpentem
reperit mox ut eum signo crucis si-
gnaverit extinguitur Ita virtute crucis
qui vir Dei digito crediderit distrup-
tis visceribus moriatur Tunc si
quando serpens in foramine fugit
signo crucis os foraminis viderit
statimque ex foramine serpens iam
mortuus trahitur Tunc tante
virtutis virum etiam ipse videre curavi
cumque ad me deductum in infirmorum
domo paucis diebus manere volui
ubi si qua esset in eo curationis
gratia probare citius potuisse Ibi
autem inter egrotos alios quidam
mente captus iacebat quem medici gre-
co vocabulo freneticum appellant
Qui nocte cum magnas voces
ita ut insanus ederet et cunctos
egrotos immensis clamoribus pertur-
baret Ita ut nulli capere somp-
num liceret fiebat res valde miser-
abilis quod unde unus male me-
lius deterius habebant Sed sicut
prius a venerabili Florido

episcopo qui tunc cum predicto presbytero
illuc pariter manebat et postea a preposito
qui nocte eadem egrotantibus servie-
bat subtilius agnovi Idem vene-
rabilis presbyter de suo stratu surgens
ad lectum frenetici plene accessit
et super eum positis manibus
oravit Mox quoque illum melius hunc
tulit atque in superiora domus se-
cretum adoratorium duxit Ubi pro
liberius orationi incubuit et statim
eum sanum ad lectum proprium reduxit
ita ut nullas ulterius voces ederet
neque egrotorum quempiam aliquo
clamore turbaret nec iam egri-
tudine auxit aliena qui perfecte
receperat mentem propriam Ex quo eius
uno facto didicimus ut de eo illa
omnia audita credamus etc.

Magna vite etc. Petrus
Magnificatio est videre viros
mira facientes atque in cunctis
suis urbem celestem in terra con-
spicere etc. Gregorius de Ma-
ximiano episcopo et de navi mira-
culose cum hominibus inter tempe-
states servata et egredientibus
hominibus statim submersa
Gregorius xxxvii

Neque silendum esse puto quod
omnipotens deus super maxima-
num famulum suum nunc Syra-
cusanum episcopum tunc autem mei mona-
sterii patrem dignatus est mostrare
miraculo Nam dum missione
pontificis mei in Constantinopolitane
urbis palacio russus residerem
illuc ad me ipse venerabilis
Maximianus caritate exigente
cum fratribus venit Qui dum ad
monasterium meum Romam rediret
in mari adriatico nimia tempe

state deprehensus inestimabili or-
dine atque insolito miraculo gratias se re-
tulit quod in periculo adiuvit omnipotentis
dei et iram cognovit et gratiam. Na-
vem in eorum morte ventorum immani-
tatibus elevati fluctus sevient. Ete-
nim clavo perdito arbor abscisa ab
vela in undis proiecta totumque vas na-
vis quassatum nimiis fluctibus ab
omni sua compage fuit dissolutum.
Rimis itaque patentibus intravit
mare et usque ad superiores tabulas
implevit, in ea ita ut non tam na-
vis inter undas quam unde iam inter
navem esse viderentur. Tunc in eadem
navi residentes non iam ex morte
vicina, sed ex ipsa eius presentia ac
visione turbati omnes sibimet pacem
dederunt corpus et sanguinem redemptoris
acceperunt, deo se singuli commendantes
ut eorum animas benignus susciperet
cuius corpora in tam pavenda morte tra-
diderat. Sed omnipotens deus qui
eorum mentes mirabiliter terruit eorum
quoque vitam mirabilius servavit. Na-
diebus octo navis eadem usque ad superi-
ores tabulas aquis plena iter
suum peragens (Nona autem die
in Cotroniensis castri portum deducta
est. Regna exierunt omnes incolumes
qui cum predicto venerabili viro Maximi-
ano navigabat. Cumque post eos ipse
quoque fuisset egressus mox in eiusdem
portus profundo mersa est, ac si illa
egredientibus pro pondere sublevati-
one caruisset et plena hominibus
in pelago omnes aquas portaverat
atque natavit. Maximiano autem
fratribus recedentibus aquas sine ho-
minibus ad portum non valuit portare
ut hinc omnipotens deus ostenderet
quia hanc omnis sua manu te-
nuerat que ab hominibus vacua et

relicta super aquas non potuit ma-
nere etc. Gregorius de sanctulo
presbitero xxxvii

Ante dies quoque fere quadraginta
vidisti apud me eum tuum presbyterum
nicordiam fecit venerabilem vite presbi-
terum Sanctulum nomine qui ad me ex
nursie provincia annis singulis ve-
nire consueverat. Sed et ea provincia
quidam monachus ad eadem venit quod gra-
vius nimis merore me perculit quia
eundem virum obiisse nuntiavit. Cuius
ergo viri etsi non sine gemitu dul-
cedinis recolo iam tamen sine formidine
virtutes narro quas agnovimus eius sacer-
dotibus innata veritate et simplicitate
preditis agnovi. Sicut vos mihi ama-
tos sic animos magnum caritatis fami-
liaritas ausum prebet anime plerumque
ex dulcedine exactus ipse quoque de his que
egerat extrema quedam fateri cogebat.
De sanctulo qui per aspersionem aque
expressit oleum quod alii laboribus
non potuerunt etc. Hic namque quodam
tempore cum in provincia longobardi olivam premerent
ut in oleum liquarent, devenisset sicut
totus madidus erat et voltus et animus vtrem
vacuum ad prelum detulisset laborantes
longobardos leto vultu salutavit utrem
protulit et iubendo potius quam petendo
eum sibi impleri dixit. Sed gentiles vi-
ri qui per totum iam diem frustra labora-
verant et exprimere ab olivis oleum non
poterant verba illius moleste susceperunt
eumque iniuriis insectati sunt. Quibus
vir domini leniori adhuc vultu rendit?
dicens: Sic pro me oretis istum utrem
sanctulo impleatis et sit nobis residuum.
Cumque illi et ex olivis oleum deflue-
re non cernerent et virum dei ad implendum
utrem sibi insistere viderent vehementer acce-
si maioribus hunc verborum contumeliis dete-
stari ceperunt. Vir autem dei videns
quod ex prelo oleum nullomodo exiret aquam
sibi dari petiit quam cunctis videntibus

prelum sancti dicitur trabs qua uva calcatur alio
torcular pressorum laterus

benedixit atque in pleno suis manibus retinuit. Ex qua protinus benedictione tanta ubertas olei crevit ut longobardi qui prius incassum laboraverant, sed solum praesentia vascula omnia, sed utres quoque quos vir dei detulerat implerent, gratias agentes quod is qui oleum petere venerat benedicendo dedit quod postulabat. De pane sic in fragmentis multiplicato ut per decem dies multis laborantibus sufficeret etc.

Alio quoque tempore vehemens ubique fames incubuerat et beati laurentii martiris ecclesia a longobardis fuerat incensa. Quam vir dei restaurare cupiens multos artifices ac plebes subministrantes operarios adhibuit quibus necesse erat ut quotidianus sumptus laborantibus sine dilatione praeberetur. Sed exigente eiusdem famis inopia panis defuit. Ceperunt laborantes instanter victum quaerere quia vires prae inopia non haberent. Quod vir domini audiens eos verbis consolabatur foris promittendo quod deerat, sed ipse graviter anxiebatur intus exhibere cibum non valens quem promittebat. Cum vero huc illuc anxius pergeret advenit ad clibanum in quo pridie mulieres coxerant panes, ibique incurvatus aspexit ne fortasse panis a coquentibus remansisset, cum iam repente panem mirae magnitudinis atque insoliti candoris invenit. Quem tulit, quem tulit fateri sed artificibus noluit ne fortasse alienus esset et culpam velut ex pietate perpetraret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit eumque omnibus ostendit, ac ne cui cara remansisset inquisivit. Omnes itaque quae pridie coxerant panem hunc suum esse negaverunt, et panes suos se in integro numero a clibano detulisse confessae sunt. Tunc laetus vir domini perrexit ad multos artifices cum uno pane, et ut omnipotenti deo gratias agerent admonuit, et quia eis annona praebuerat, indicavit eisque ad refectionem protinus invitatis inventum panem apposuit. Quibus sufficienter plene que satiatis plura ex eo quam ipse panis fuerat fragmenta collegit. Quid dicam quod altero eis ad refectionem intulit, sed id quod ex fragmentis superat ipsa quae apposita fuerant fragmenta superabant, factumque est ut per dies decem omnes illi artifices atque operarii ex uno illo pane satiati viverent et quotidie ederent, et ex eo quotidie quod edi posset in crastinum superesset, ac si fragmenta panis illius per se ipsum crescerent et cibum comedentium ora repararent etc.

Petrus

Mira res et in exemplo dominicae operationis vehementer stupenda.

Ipse petre deus. Gregorius

pane multos per servum suum pavit qui ex quinque panibus quinque milia hominum satiavit per semetipsum. Parva seminum grana in immensum segetum frumenta multiplicat qui ipsa quoque semina produxit e terra et simul omnia creavit ex nichilo. Sed ne diutius mireris quod in virtute domini venerabilis vir sanctulus fecerit exterius, audi ex virtute domini qualis intimus fuit. De sanctulo Quod volentis eum interficere brachia sursum cum gladio in aere suspendit etc.

Die etenim quadam a longobardis captus quidam diaconus tenebatur ligatus, eumque ipsi qui tenuerant interficere cogitabant. Ad vesperascente autem die vir domini sanctulus ab eisdem longobardis petiit ut relaxari ei atque vita concedi debuisset. Quod posse se facere omnino negaverunt. Cumque mortem illius deliberasse eos cerneret petiit ut ei ad custodiendum tradi debuisset. Quem protinus tradiderunt. Tibi quidem eum ad custodiendum damus, sed ea conditione interposita ut si iste fugerit pro eo ipse morieris. Quod vir domini libenter accipiens predictum diaconum

in suam suscepit fidem. Cui cum nocte media cum longobardi omnes sompno gravi depressos aspiceret excitavit et ait Surge et concitus fuge liberet te omnipotens deus. Qui isdem dyaconus promissionis eius non inmemor respondit dicens Pater fugere non possum quia si ego fugero pro me sine dubio morieris ipse. Quem vir dei ad fugiendum compulit dicens Surge vade omnipotens deus liberet te. Nam ego in manu eius sum tantum in me possunt facere quantum permiserit ipse. Effugit itaque dyaconus et quasi deceptus in medio fideiussor mansit. Facto igitur mane longobardi qui dyaconum ad custodiendum dederant venerunt, quem dederant repecierunt. Sed hunc venerabilis presbiter fugisse respondit. Tunc illi inquiunt Scis ipse melius quod convenit. Senex autem domini ait constanter Scio. Cui dixerunt Bonus homo es nolumus te per varios cruciatus mori elige tibi mortem quam vis. Quibus vir domini respondit dicens In manu dei sum ea morte me occidite qua me ipse occidi permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant longobardis placuit ut eum capite truncare debuissent, quatenus sine graui cruciatu vita eius compendiosa morte terminaret. Cognito itaque quod Sanctulus qui inter eos pro sanctitatis reuerencia magni honoris habebatur occideretur omnes qui in eodem loco inventi sunt longobardi convenerunt sicut sunt nimie crudelitatis leti ad spectaculum mortis. Circumsteterunt ita quod acies. vir autem domini in medium deductus est atque ex omnibus viris unus fortis electus est de quo dubium non esset quod uno ictu caput eius abscideret. Venerandus igitur presbiter inter armatos deductus ad sua arma statim cucurrit. Nam peciit ut sibi paululum orandi licencia daretur. Cui cum concessum fuisset in terra se strauit et oravit. Cui dum paulo diucius orasset hunc electus interfector calce pulsavit ut surgeret dicens Surge et genu flexo tende cervicem. Surrexit vir domini genu flexit cervicem tetendit sed tenso collo educta contra se spata intuens hoc unum fertur publice dixisse Sancte Iohannes suscipe illam. Tunc electus carnifex evaginatum gladium tenens ad ictum forti valde brachium percussurus levavit, quod deponere nullo modo potuit. Nam repente diriguit et erecto in celum gladio brachium inflexibile permansit. Tunc longobardorum turba que ad illud mortis spectaculum aderat in laudes fauore conversa mirari cepit virum quod dei cum timore venerari qui perfecto claruerat quod sanctitatis esset qui carnificis sui brachium in aere ligasset. Itaque postulatus etiam ut brachium sui carnificis sanaret negavit dicens Ego nullo modo pro eo orabo nisi michi ante iuramentum dederit ut cum manu ista Xpianum hominem non occidat. Sed longobardus isdem qui ut ita dicam brachium contra deum tetendisset perdiderat pena sua compulsus iurauit se Xpianum hominem nunquam occidere. Tunc vir domini precepit dicens Depone manum deorsum. Qui statim deposuit. Et vir dei adiunxit Reconde gladium in vaginam. Et statim recondidit. Omnes igitur homines tante virtutis cognoscentes boves et iumenta que predata fuerant statim ei munere offerre volebant. Sed vir domini tale munus suscipere nolebat. Munus autem bone mercedis quesivit dicens Si mihi aliquid vultis concedere omnes captivos quos habetis michi tribuite ut habeam unde pro vobis orare debeam. Factum quod est ut omnes captivi cum eo dimissi fuissent atque superna gratia disponente cum se unus pro multis morti obtulit multos a morte liberavit.

Petrus

Mira res et q(uam) mi(hi) ab(s)q(ue) (h)oc hanc
ipa cognouerim vere tamen
fateor quia quotiens michi narrat(ur)
innouatur. Gregorius.

Nichil in hac re in santulo mi-
reris sed pensa si potes q(ui)s ille
sp(irit)us fuit qui eius tam simplicita-
tem tenuit et in tanto v(ir)tutum
culmine erexit. Ubi enim animus eius
fuit quando mori p(ro)ximo tam constan-
ter decreuit et pro t(em)p(or)ali vita fr(atr)is unius
despexit suam atq(ue) sub gladio ceruice(m)
tetendit. Que ergo vis amoris illud
cor tenuit q(uod) morte(m) suam p(ro) vnius
salute p(ro)ximi no(n) expauit. Petrus

Certe quia isdem vene-
rabilis vir santulus ipa q(uoque) eleme(n)-
ta litterarum bene no(n) nouerat legis p(re)-
cepta nesciebat. Sed quia plenitudo
legis est caritas, lege(m) tota(m) in dei
et proximi dilectione seruauit, et quod
foris in cognicione no(n) nouerat ei intus
viuebat et amore. Qui inus(itate) fortas-
se legerat q(uo)d de redemptore n(ost)ro Iohannes
ap(osto)lus dicit. Quoniam ille p(ro) nobis a(n)i(m)a(m)
suam posuit et nos debemus p(ro) fratribus
a(n)i(m)as pone(re), tam tam sublime apo-
stoli preceptu(m) facie(n)do magis q(ua)m scie(n)do
nouerat. Comparemus si placet cum
hac n(ost)ra indocta scie(n)tia illius doctam
ignoranciam. Ubi nec n(ost)ra iacet ibi illius
disciplina eminet. Nos virtutibus
loquimur vacui et quasi inter fructifera
arbusta positi adoramus poma nec
manducamus. Ille virtutis fructus
carpe nouerat quamuis hos in verbis
adoriri nesciebat. Petrus

Quid queso te esse existimas q(uod)
boni subtrahuntur et qui vinee
edificatione multorum poterant aut
penitus inueniri nequeunt aut certe
omnino rarescunt etc. Gregorius

Malicia remanencium meretur ut hii
qui prodesse poterant potera(n)t
et cum mundi finis appropinquat
electi tolluntur ne deteriora vide-
ant. Hinc etenim p(ro)pheta ait Iustus

perit et nemo est qui recogitet in
corde suo et viri misericordie colliguntur quia
non est qui intelligat. Hinc rursus
scriptum est. Aperite ut exeant qui
conculcent eam, tollite de via lapi-
des. Hinc salomon ait. Tempus
mittendi lapides et tempus colligendi.
Quo igitur mundi finis vrget eo necesse
est ut viui lapides ad edificium ce-
leste colligantur, quatenus n(ost)ra
in mensuram sue constructionis ex-
crescat. Nec tamen ita electos omnes
subtrahi credimus ut soli in mundo
peruersi remaneant, quia nunquam
peccatores ad lamentum penitencie redire(nt)
si nulla essent bonorum exempla que
eorum mentem traherent etc. Petrus

Incassum trahi bonos queror qui
catervatim perire malos video etc.

Gregorius de redempto ferentine
ciuitatis episcopo. Gregorius

Hac de re petre mireris. Nam
redemptum ferentine ciuitatis
ep(iscopu)m vite venerabilis virum qui
ante hos fere annos septem ex hoc
mundo migrauit tua dilectio cogni-
tum habuit. Hic sicut michi ad-
huc in monasterio posito valde fami-
liariter iungebatur hoc quod cohi-
morte predecessoris mei tempore mundi
fine cognouerat, sic longe lateque
claruerat ante requisitus michi
ipse narrabat. Aiebat namque quia
quodam die dum protinus sua
ex more circuierat peruenit ad ecclesiam
beati martiris iothanti. Advespera-
scente autem die stratum sibi fieri iuxta
sepulcrum martiris voluit et post la-
borem ibi requieuit. Cum nocte
media ut asseuerabat nec dormire
nec perfecte vigilare poterat, sed de-
sus ut solet fieri sompno grauabatur,
quodam tempore vigilans animus atque
an(te) eum isdem beatus martir victhicus
astitit dicens. Redempte vigi-
las. Cui rudit. Vigilo. Et ait.
Finis venit vniuerse carnis.

simus venit vniuerse carnis. Post-
quam enim vocem vis-o virtus quod oculis
mentis eius apparuit enarravit dum
vir domini surrexit seque in orationis
lamentum dedit. Mox enim illa ter-
ribilia signa in celum secuta sunt
ut haste atque acies ignee ab aqui-
lonis parte viderentur. Mox efferra lon-
gobardorum gens de vagina sue habita-
tionis educta in nostra ceruice grassata
est et humanum genus quod in hac
terra pre multitudine nimia quasi
spisse segetes surrexerant succisum
aruit. Nam depopulate vrbes, e-
uersa castra, concremate ecclesie destruc-
ta sunt, monasteria virorum atque feminarum
desolata ab hominibus predia, et ab omni
cultore destituta in solitudine vacat
terra nullus hanc possessor inhabitat.
Occupauerunt bestie loca que prius
multitudo hominum tenebat, et quid
in aliis mundi partibus agatur ignoro.
Nam in hac terra in qua nos viui-
mus finem suum mundus non iam nun-
ciat sed ostendit. Tanto ergo nos ne-
cesse est instancius eterna querere quando
a nobis cognouimus velociter temporalia
fugisse. Despiciendus a nobis hic
mundus fuerat eciam si blandiretur
si rebus prosperis demulceret animum.
At postquam tot flagellis premitur
tanta aduersitate fatigatur tot nobis
quotidie dolores ingerit quid nobis
aliud quam ne diligatur clamat.
Multa autem fuerant que aliud
hunc de electorum factis narrare de-
buissem sed hec pertractio summa
quia ad alia festino etc. Petrus

Quia iam multos intra sancte
ecclesie gremium constitutos de
vita anime post mortem carnis per-
do dubitare queso ut dicas vel
que ex racione suppetunt vel si que
animarum exempla animo occurrunt
pro multorum consideratione dicere ut hii
qui suspicantur discant cum carne
animam non perire. Gregorius

Laboriosum valde hoc opus
est maxime occupato animo
et ad alia tendenti. Sed si sunt
qui prodesse valeant voluntate
meam procul dubio postpono vti-
litati proximorum et in quantum deo
largiente valuero quod anima post
carnem viuat subsequenti hoc quar-
to volumine demonstrabo etc.

Explicit liber tercius. Inci-
pit quartus liber dyalogorum. i.

Postquam de paradisi
gaudiis culpa exi-
gente pulsus est
primus humani ge-
neris parens in hu-
ius exilii atque cecitatis quam
patimur erumpnam venit
quia peccando extra se metipsum
fusus iam illa celestis patrie
gaudia que prius contemplabatur
videre non potuit. In paradyso
quippe homo assueuerat verbis
dei perfrui beatorum angelorum spiritibus
cordis mundicia et celsitudine
visionis interesse. Sed postquam
huc cecidit ab illo quo imple-
batur mentis recessit lumine ex
cuius scilicet carne nos in huius exilii
cecitate nati audiuimus quidem
esse celestem patriam, audiuimus
eius ciues angelos dei, audi-
uimus coheredes angelorum spiritus
perfectorum iustorum. Sed carna-
les quique quia illa inuisibilia
scire non valent per experimentum
dubitant vtrum ne sit quod
corporalibus oculis non vident.
Que nimirum dubietas primo parenti
~~quenti~~ mo inesse non potuit

non potuit quia expertus celestis apud se paradisi
gaudiis hoc quod amisit at quem
videbat iudicat recolebat. Hii autem
sentire vel recolere audita non possunt
quia eorum nullus sicut ille saltem
de preterito experimentum tenet. Ac si
enim pregnans mulier mittatur in
carcerem, ibique puerum pariat, qui natus
puer in carcere ibi nutriatur et crescat,
cui si forte mater que hunc genuit
solem, lunam, stellas, montes et cam-
pos, volantes aves, currentes
equos nominet, ille qui est in carcere
natus et nutritus, nichil aliud quam
tenebras carceris sciat, et hec quidem
esse audiat, sed quia ea per experimen-
tum non novit, veraciter esse diffidat.
Ita in hac exilii cecitate nati ho-
mines, dum esse summa et invisibilia
audiunt, diffidunt an vera sint, quia
sola hec infima in quibus nati sunt
visibilia noverunt. Unde factum est
ut ipse visibilium et invisibilium cre-
ator ad humani generis redemptorem
unigenitus patris veniret et sanctum
spiritum ad corda nostra mitteret, quatinus
per eum vivificati crederemus, que ad-
huc experimento scire non possumus.
Quotquot ergo hunc spiritum hereditatis
nostre pignus accepimus, de vita invi-
sibilium non dubitamus. Quisquis
autem in hac credulitate solidus
non est, debet procul dubio maiorum dictis
fidem prebere, qui iam per spiritum
sanctum invisibilium experimentum habuerunt.
Nam stultus est puer si matrem
ideo estimat de luce mentiri quia
nil aliud quam tenebras carceris
agnovit etc. Petrus

Placet valde quod dicis. Sed qui
esse invisibilia non credit pro-
fecto infidelis est. Cum vero infidelis

in eo quod dubitat fidem non
querit sed rationem. Gregorius

Audenter dico quia sine fide neque
infidelis vivit. Nam si eundem
infidelem percunctari voluero
quem patrem vel quam matrem habuit,
protinus dicit illum atque illam. Quos
si statim requiram utrum novit
quando conceptus sit vel vidit
quando natus, horum nichil se vel
nosse vel vidisse fatebatur, et
tamen quod non vidit credit. Nam
illum patrem illamque se habuisse
matrem absque dubitatione testatur.

Fateor quia nunc usque Petrus
nescivi quia infidelis haberet
fidem etc. Gregorius

Habet etiam infidelis fidem
sed utinam in deum. Quam si ut
haberet infidelis non esset. Sed
hunc in sua perfidia redarguendi
sunt, hinc ad fidei gratiam vocandi,
quia si de ipso visibili tempore
credunt quod nunc videre nequeunt
cur invisibilia non credunt que
corporaliter videri non possunt. Nam post
mortem carnis vivere animam
patet ratio, sed fide admixta.
Tres quippe vitales spiritus creavit
omnipotens deus: unum qui carne
non tegitur, alium qui carne te-
gitur sed non cum carne moritur,
tercium qui et carne tegitur et cum
carne moritur. Spiritus namque
est qui carne non tegitur angelorum,
spiritus qui carne tegitur
sed cum carne non moritur hominum,
spiritus qui in carne tegitur et cum
carne moritur iumentorum est cunctorum
brutorum animalium. Homo itaque

sicut in medio creatus est ut esset inferior
angelo / superior iumento ita aliquid
commune cum infimo. Inmortalitatem
scilicet spiritus cum angelo / mortalitatem car-
nis cum iumento / quousque et ipsa in-
mortalitatem carnis gloria resurrectionis
accipiat / et inherendo spiritui tandem sine
interitu / quia et ipse spiritus inherendo
carnem servatur in deum quae tamen
caro nec tunc in reprobis inter sup-
plicia penitus deficit / quia semper defici-
endo subsistit / ut quia spiritu et carne
peccaverunt / semper essentialiter viventes
et carne et spiritu sine fine moriantur

Rationi fidei **Petrus, iiii**
nimis placet cuncta que dicitis / sed
queso te dum spiritus hominum atque iumen-
torum tanta distinctione discernis / quid
salomon ait / quod est Dixi in corde
meo de filiis hominum ut probaret il-
los deus / et ostenderet similes esse
bestiis. Idcirco unus est interitus hominis
et iumentorum / et equa utriusque conditio.
Quam hic causam sua sententia subtiliter
exequens adiungit: Sicut moritur ho-
mo sic et illa moriuntur. Similiter spi-
rant omnia et nichil habet homo iumento
amplius. Cuius adhuc verbis dif-
finitionem subinfert dicens: Cuncta sub-
iacent vanitati et omnia pergunt ad
unum locum. De terra facta sunt / et in terram
pariter revertentur etc.

Gregorius
Salomonis liber in quo hec scripta
sunt proprie etiam ecclesiastes appellatus
est. Ecclesiastes autem proprie contionator
dicitur. In contione vero sententia promitur
per quam tumultuose turbe seditio com-
primatur / et cum multi diversa sentiunt
per contionantis rationem ad unam sententiam
perducuntur. Hic igitur liber idcirco contio-
nator dicitur / quia salomon in eo quasi
tumultuantis turbe suscipit sensum

ut ea per inquisitionem dicat que fortas-
se per temptationem imperita mens sen-
tiat. Nam quot sententias quasi per inquisitionem
movet quasi tot in se personas suscipit
diversorum. Sed contionator verax velut
extensa manu omnium tumultus sedat
eosque ad unam sententiam revocat cum
in eiusdem libri termino ait: Finem loquendi
omnes pariter audiamus. Deum time
et mandata eius observa / hoc enim est
omnis homo. Si in libro eodem per locutionem suam
multorum personas non susciperet cur ad
loquendum audire cum loquendi finem
secum pariter omnes admonebat? Qui igitur
in fine libri dicit: Omnes pariter audiamus
ipse sibi testis est quia in se multorum personas
suscipiens quasi solus locutus non est.
Unde et alia sunt que in libro eodem
per inquisitionem moventur / atque alia que
ex temptato profert animo / et adhuc
huius mundi delectationibus dedito / alia
vero in quibus ea que rationis sunt dis-
serat / atque animum a delectatione compescat /
Ibique namque ait: Hoc itaque michi visum
est bonum ut comedat quis et bibat et
fruatur letitia ex labore suo. Et longe
inferius subiungit: Melius est ire ad
domum luctus quam ad domum convivii /
Si enim bonum est manducare et bibere me-
lius fuisse videbatur ad domum convivii
pergere quam ad domum luctus. Ex qua re
ostenditur quia ex infirmantium persona
intulit. Hoc vero ex rationis diffinitione
subiunxit. Nam protinus rationis
causas edisserit et domo luctus / que sit
utilitas ostendit dicens: In illa enim
finis cunctorum admonet hominum et vivens
cogitat quid futurum sit. Rursum
illic scriptum est letare iuvenis in adole-
scentia tua et post paululum
subditur: Adolescentia et voluptas
vana sunt. Qui dum postmodum hoc
vanum esse redarguit quod prius animo
monuisse videbatur / patenter indicat quia
illa quasi ex desiderio carnali verba intulit
Hec vero ex iudicii veritate subiungit

Sic ergo delectationem prius carnalium experiens curis postpositis denunciat hoc esse bonum manducandum et bibendum, quod tamen postmodum ex iudicio rationis reprehendit dum dicit melius esse ire ad domum luctus quam ad domum convivii, et si letari iuvenem in adolescentia sua quasi ex delibatione carnalium proponit et tamen postmodum per diffinitionem sententie adolescentiam et voluptatem vana esse redarguit. Ita etiam concionator in velut ex mente infirmantium humane suspicionis sententiam proponit cum dicit: Unus interitus hominis et iumentorum et equa utriusque conditio. Sicut moritur homo sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia et nichil habet homo iumento amplius. Qui tamen ex diffinitione rationis sue postmodum sententiam profert dicens: Quid habet amplius sapiens stulto et quid pauper nisi ut illuc pergat ubi est vita. Qui ergo dixit Nichil habet homo iumentis amplius, ipse rursus diffinivit dicens, quia habet aliquid sapiens non solum amplius iumento sed stulto etiam homine, scilicet ut pergat ubi est vita. Quibus verbis primum indicat quia hic vita hominum non est quam alibi esse testatur. Habet ergo amplius homo hoc iumentis quod illa post mortem non vivunt, hic vero tunc vivere inchoat cum per mortem carnis hanc visibilem vitam consummat. Qui etiam longe inferius dicit: Quodcumque potest manus tua facere instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erit apud inferos quo tu properas. Quomodo ergo unus interitus hominis est et iumentorum et equa utriusque conditio, aut quomodo nichil habet homo iumento amplius, cum iumenta post mortem carnis non vivunt, hominum vero spiritus pro malis suis operibus post mortem carnis ad inferos deducti nec in ipsa morte moriuntur. Sed in utraque tam dispari sententia demonstratur quia concionator verax et illud ex temptatione carnali intulit et hoc postmodum ex spirituali veritate diffinivit etc.

Libet nescisse quod re Petrus
inquisivi dum me in tanta contigit subtilitate discere quod nesciebam. Sed quaeso te ut me equanimiter feras si ipse quoque apud te more ecclesiastes infirmantium in me personam suscepero ut eisdem infirmantibus prodesse quasi per eorum inquisitionem possim. Gregorius

Cur condescendentem te infirmitati proximorum equanimiter non feram, cum Paulus dicat: Omnibus omnia factus sum ut omnes facerem salvos. Quod ipse quoque dum condescensione egregie caritatis in hac re amplius venerari debes, in qua morem egregii predicatoris imitaris etc.

Petrus. De questione anime invisibiliter exeuntis an sit que videri non potest. Capitulum v.

Quondam fratre moriente presente me fuisse contigit. Qui repente dum loqueretur vitalem emisit flatum, et quem prius mecum loquentem videbam subito extinctum vidi. Sed eius anima utrum egressa an non egressa sit non vidi. Et valde durum videtur ut credatur res esse quam nullus valeat videre. Gregorius

Quid mirum, Petre, si egredientem animam non vidisti quam et manentem in corpore non vides. Numquid nam modo cum mecum loqueris quia videre in me non vales animam meam idcirco me exanimem credis. Natura quippe anime invisibilis est atque ita ex corpore invisibiliter egreditur sicut in corpore invisibiliter manet etc. Petrus

Sed vitam anime in corpore manentis pensare possum ex ipsis motibus corporis quia nisi corpori anima adesset eiusdem membra corporis moveri non possent. Vitam vero anime post carnem in quibus motibus quibusve operibus non video ut ex rebus visis esse colligam quod videre non possum. Gregorius

Non quidem similiter sed dissimiliter dico quia sicut vis anime vivificat corpus sic vis divina implet que creavit

omnia Et alia inspirando vivifi-
cat, alijs vero tribuit ut vivant, ang(e)lis
solummodo prestat ut sint. Si(ci)ta vero ex
non dubitas creantem et regentem im-
plentem et circumplectentem transcendentem
et sustinentem incircumscriptum atque
invisibilem deum, ita dubitare non
debes hunc obsequia habere. Debent
quippe ea que ministrant ad eius
similitudinem tendere cui ministrant
et que invisibili serviunt esse
invisibilia non dubitant. Hec au(tem)
que esse credimus nisi sanctos angelos
et spiritus iustorum. Sicut ergo conside-
rans motum corporis vitam anime
in corpore manentis perpendis ab-
sumo (?) ita vitam anime exeuntis a
corpore perpende. Quod assumo, quia per
invisibilem vivere quam oportet ab ob-
sequio invisibilis conditoris ma-
nere etc. Petrus vii
Recte cotum (?) dicitur, sed mens re-
fugit credere quod corporeis ocu(lis)
non valet videre. Gregorius
Cum paulus dicat Est fides
substantia sperandarum rerum ar-
gumentum non apparentium, Hoc veraciter
dicitur credi quod non valet videri. Na(m)
credi iam non potest quod videri non potest.
Ut tamen te breviter reducam ad te
nulla visibilia nisi per invisibilia
videntur. Ecce enim cuncta corpora oculis
tui corporis aspicit nec tamen ipse
corporeus oculus aliquid corporeum
videret nisi hunc res incorporea ad
videndum acueret. Nam tolle me-
tem que non videtur et incassum patet
oculus qui videbat. Subtrahe ani-
ma corpori, remanet procul dubio ocul(us)
in corpore apertus. Si igitur per se videbat
cur discedente anima nil videret?
Hinc ergo collige quia ipsa quoque vis-
bilia non nisi per invisibilia videntur.
Ponamus ergo ante oculos mentis
edificari domum, inmensas moles
levari, pendere magnis in machi-
nis columpnas. Quis queso hoc
opus operatur? corpus visibile quod
illas moles manibus trahit

an invisibilis anima que corpus vivi-
ficat? Tolle enim quod non videtur in corpore
et mox immobilia remanent cuncta que
moveri videbantur visibilia corpora me-
tallorum. Qua in re pensandum est quia in
hoc quoque mundo visibili nichil nisi
per creaturam invisibilem disponi potest.
Nam sicut omnipotens deus aspirando
vel implendo ea que racione subsistunt
vivificat et movet invisibilia ita
ipsa quoque invisibilia implendo mo-
vent atque sensum vivificant corpora-
lia corpora que videntur etc. Petrus
Istis fateor allegationibus libenter victus
propter nulla iam esse visibilia exi-
stimare compellor qui prius in me
informatum personam suscipiens de
invisibilibus dubitabam. Itaque pla-
cent cuncta que dicis. Sed tamen sicut
vitam anime in corpore manentis ex corporis
motu agnosco. Ita vitam anime
post corpus apertis quibusdam rebus
attestantibus agnoscere cupio etc. Gre-
gorius. Sicut vita anime manen-
tis in corpore deprehenditur ex mo-
tu membrorum sic vita anime post
corpus in sanctis pensanda est in
virtute miraculorum. Gregorius
Hac in re si cor patiunt tue dilec-
tionis invenio in allegatione minime
laboro. Nunquam sancti apostoli et martires
christi presentem vitam despicerent, et in mor-
te carnis animas ponerent, nisi certiorem
animarum vitam subsequi scirent. Tu quoque
ipse inquies quia vitam anime in corpore
manentis ex motibus corporis agnoscis
et ecce hii qui animas in morte posue-
runt et animarum vitam post mortem
carnis esse crediderunt cotidianis
miraculis choruscant. Ad extincta
namque eorum corpora viventes egri veni-
unt et sanantur, periuri veniunt et
demonio vexantur, demoniaci ve-
niunt et liberantur, leprosi veniunt et
mundantur, deferuntur mortui et su-
scitantur. Pensa itaque eorum anime
qualiter vivunt illic ubi vivunt quorum
hic et mortua corpora in tot miraculis
vivunt. Si igitur vitam anime in corpore

manentis deprehendis ex motu mem-
brorum cur non perpendis vitam anime
post mortem corporis etiam per ossa mor-
tua in virtute miraculorum. Petrus

xv Nulla ut opinor huic allegacioni
racio obsistit in qua et ex rebus
visibilibus cogimur credere quod non
videmus. Gregorius de egressu
animarum c. vii d.

xvi Paulo superius questus es moriente
cuiusdam egredientem animam te non
vidisse / sed hoc ipsum iam culpe quod
corporeis oculis rem videre invisibi-
lem voluisti quesisti. Nam multi nostrorum
mentis oculum fide pura et uberiori
oracione mundantes frequenter egredientes
e carne animas frequenter viderunt.
Unde michi nunc necesse est vel qualiter
egredientes animas in se sunt vel quanta
ipse dum egrediuntur vident enarra-
re / quatenus fluctuanti animo quod plena
racio non valet exempla suadeant etc. videp.

x. Gregorius de anima germani
capuani episcopi d. viii c.

In secundo namque huius operis libro
iam prefatus sum / quod vir venerabilis
Benedictus sicut a fidelibus eius discipulis
agnovi longe a capuana urbe positus
germani eiusdem urbis episcopi animam
nocte media in globo ignea ad celum
ferri ab angelis aspexit. Qui eandem
quoque animam ascendentem intuens men-
tis laxato sinu quasi sub uno solis ra-
dio cunctum in suis oculis mundum
collectum vidit etc. Gregorius de
exitu anime speciosi monachi c. ix d.

Eiusdem quoque discipulis illius narrantibus
didici / quia duo nobiles viri atque ex-
terioribus studiis eruditi germani fratres
quorum unus speciosus alter vero gregorius
dicebatur eius se regule in sancte vite con-
versacionem tradiderunt. Quos isdem vene-
rabilis pater in monasterio quod iuxta terraci-
nensem urbem construxerat fecit habitare.
Qui multas quibus in hoc mundo pecu-
nias possederant / sed cuncta pauperibus
pro animarum suarum redempcione largiti
fuerunt / et in eodem monasterio permanse-
runt. Quorum unus speciosus dum
pro utilitate monasterii iuxta capuam
urbem missus fuisset / die quadam
frater eius gregorius cum fratribus
ad mensam sedens atque comedens
per spiritum sublevatus aspexit et vidit
speciosi germani sui animam etiam
longe a se positi de corpore exire.
Quod mox fratribus indicavit et
cucurrit / Iamque eundem fratrem suum
sepultum repperit quem tamen hora
quam viderat exisse de corpore
invenit. Quidam religiosus atque
fidelissimus vir adhuc michi in
monasterio posito narravit / quod ali-
qui de sicilie partibus navigio romam
petentes in mari medio positi
cuiusdam servi dei qui in samni-
o fuerit inclusus ad celum ferri
animam viderunt. Qui descenden-
tes ad terram causamque an sit ita
certa perscrutantes illo die
invenerunt obisse / virum dei quem
ad regna celestia ascendisse cog-
noverunt. Gregorius de exitu
anime spei abbatis c. xii.

Hoc sicut in monasterio meo positus
cuiusdam valde venerabilis
viri relacione cognovi quod dico.
Dicebat enim quia venerabilis pater
nomine spes monasterium construxit
in loco cui vocabulum campli est
qui sexti ferme miliarii interia-
cente spacio a vetusta nursine
urbe disiungitur. Hunc omnipotens
et misericors deus a ceteris verbere
flagellando protexit / eique dispen-
sacionis sue maxima severitate
servavit et quantum quantumque prius
flagellando diligeret postmodum
presente sanando monstravit.
Eius namque oculos per quadragin-
ta annorum spacium continue cecitatis
tenebris pressit nullum ei lumen

vel extreme visionis aspiciens. Ex-
qua nemo in libertate illius gratie se de-
stituente subsistit, et nisi idem mise-
ricors pater qui peccatum irrogat
patientiam prestet, mox per impatientiam
peccati nobis auget ipsa correctio
peccatorum, fitque modo miserabili ut culpa
nostra unde sperare debuit terminum inde
sumat augmentum. Ideo ergo deus
nostra infirmitas conspiciens flagellis
suis custodiam permiscet, et in percus-
sione sua electis filiis iuste miseri-
cordit iustus est, ut sit quibus po-
stea debeat misereri. Unde vene-
rabilem senem magnum lucis desti-
tuit. Qui cum flagello fatigate
corporis habebat per spiritus sancti custo-
diam consolationem cordis. Cum
vero iam annis quadraginta fuisset
in cecitate tempus exemplum
ei dominus lumen reddidit vicinum
sui obitum denunciavit atque in
monasteriis circumquaque constructis
verbum vite predicaret admonuit
quatenus corporis recepto lumine
visitatis in circuitu fratribus cordis
lumine aperiret. Qui statim iussis
obtemperans fratrum cenobia circuivit
mandata vite que agendo didice-
rat predicavit. Quinto decimo igitur
die ad monasterium suum peracta predi-
catione reversus, ibique fratribus con-
vocatis astans in medio sacramen-
tum dominici corporis et sanguinis
suscepit, moxque cum eis misticos
psalmorum cantus exorsus est etc.

De eo cuius anima in specie co-
lumbe videbatur penetrare
celum. Qui illis psallentibus orato-
ni intentus animam reddidit. Omnes
vero fratres qui aderant ex ore illius
exisse columbam viderunt. Que
mox aperto tecto oratorii egressa
aspicientibus fratribus penetravit
celum. Cuius ideo animam

in columbe specie apparuisse credendum
est ut omnipotens deus ex hac ipsa specie
ostenderet quam simplici corde ei vir
ille servisset etc. Gregorius de
exitu anime Ursini presbiteri XIII.

Sed neque hoc silendum quod vir venera-
bilis abbas Stephanus qui non
longe habitat hic in hac urbe est def-
unctus Roma quem ipse etiam bene nosti
in eadem provincia mihi fuisse contigisse
referebat. Dicebat enim quod illic presbiter
quidam commissam sibi cum magno timore
dei regebat ecclesiam. Qui ex tempore
accepti ordinis presbiteram suam ut so-
rorem diligens sed quasi hostem
cavens ad se propius accedere nunquam
sinebat, eamque sibimet propinquare
nulla occasione permittens, ab ea
sibi communionem funditus familiaritatis
abscidit. Habent quippe sancti viri
hoc proprium. Nam ut semper ab illi-
citis longe sint a se plerumque etiam
licita abscidunt. Unde isdem vir
ut ne unquam per eam culpam incurreret
sibi etiam per illam ministrari recusa-
bat necessaria. Hic igitur venerabilis pre-
sbiter cum longam vite implesset
etatem anno quadragesimo etatis sue
contigit ingravescente febre correptus
ad extrema perductus est. Sed cum eum
presbitera sua conspiceret solutis iam mem-
bris quasi in morte distensum si
quod ei adhuc vitale spiramen inesset
naribus eius apposita curavit agno-
scere. Quod ille sentiens cum ei te-
nuissimus inesset flatus quanto ad-
nisu valuit ut loqui potuisset in-
fervescente spiritu collegit vocem atque erum-
pit dicens. Recede a me mulier ad-
huc igniculus vivit paleam tolle.
Illa igitur recedente crescente virtute corporis
cum magna leticia cepit clamare di-
cens. Bene veniunt domini mei bene veniunt

Domini mei Bene ad tantillum ser-
vulum meum estis dignati convenire.
Venio venio gratias ago gratias ago.

De eo cui in mortis articulo apo-
stoli apparuerunt

Cumque hoc verbo
iterata voce repeteret quibus hec diceret
noti sui qui illum circumstetabant
requirebant. Quibus ille ammiratione
respondit dicens: Numquid convenisse
hic sanctos apostolos non videtis? Beatum
Petrum et Paulum primos apostolorum non
aspicitis? Ad quos iterum conversus
dicebat: Ecce venio ecce venio. Et
inter verba hec animam reddidit. Et
quia vere sanctos apostolos viderat
eos etiam sequendo testatus est. Quod
plerumque iustis contingit ut in
morte sua sanctorum precedencium visi-
ones aspiciant ne ipsam mortis sue
penalem sententiam pertimescant, sed dum
eorum mentibus interiorum civium societas
ostenditur a carnis sue copula sine
doloris et formidinis fatigatione
solvantur etc.

De transitu
Probi Reatine civitatis episcopi xiij

Quia de re nec hoc silere quod
Probus omnipotentis dei famulus
qui nunc in hac urbe monasterio preposito
est quod appellatur Renati de Probo pa-
truo suo Reatine civitatis episcopo in-
narrare consuevit dicens: Vicina
propinquitate vite eius termino eum
gravissima depressit egritudo. Cuius
pater nomine Maximus prius cumque
transmissis colligere medicos studuit
si fortasse eius molestie subvenire
potuisset. Sed congregati ex vicinis
locis undique medici ad tactum vene
denunciaverunt eius exitum citius
affuturum. Sed cum tempus iam refectionis
incumberet atque diei hora tardior
exvenisset venerandus episcopus de illorum
potius quam de sua salute sollicitus
eos qui advenerunt ammonuit cum

suo patre in superiores episcopii sui
partes ascendere seque post laborem refi-
ciendo reparare.

Consimile de appa-
ritione sanctorum martirum in obitu
Probi episcopi etc.

Cunctis igitur
ascendentibus domum unus ei tantummodo
parvulus relictus est puer qui nunc quoque
predicto Probo assistit superesse. Qui
dum lecto iacentis assisteret subito
aspexit intrantes ad virum dei quosdam
viros stolis candidis amictos qui
eciam quoque candore vestium vultuum
suorum luce vincebant. Cuius splen-
dore et claritate perterritus quinam
essent illi cepit emissa voce clamare.
Qua voce etiam commotus Probus episcopus
intrantes eos aspexit et agnovit
atque eundem stridentem vagientemque puerum
consolari cepit dicens: Noli timere
quia ad me sanctus Iuvenalis et sanctus
Eleutherius martires venerunt. Ille
autem tante visionis novitate non
ferens concito cursu extra fores fugit
et eos quos viderat patri ac medicis
nunciavit. Qui concite descenderunt
sed egrum quem reliquerant iam defun-
ctum invenerunt quia illi eum secum tule-
rant, quorum visionem puer ferre non
potuit qui hic remansit etc.

Gregorius de transitu Galle
ancille dei etc. xiiij

Intra nec hoc silendum arbitror
quod michi personarum fidelium
est relatione compertum. Gothorum
namque temporibus Galla huius urbis no-
bilissima puella Simachi consul-
is ac patricii filia intra adolescentie tem-
pora marito tradita in unius anni spacio
est eius morte viduata. Quam
fervescente mundi copia ad iterandum
thalamum et opes et etas revoca-
rent, elegit magis spiritalibus nup-
ciis copulari deo in quibus a luctu

petri

incipit, sed ad gaudia eterna veniret. Qui carnalibus incipiunt ubitimque aleticia semper incipiunt et ad finem cum luctu tendunt. Hinc autem cum valde ignea corporis inesset tepuit mediocri corporis inesset ...

[Transcription of abbreviated medieval Latin manuscript; two columns.]

sedaret ... celesti sponso sociata non amaretur. Mox ergo ut eius coniux defuncta est abiecto seculari habitu ad dei omnipotentis servicium se apud beati petri apostoli ecclesiam monasterio tradidit. Que multis annis in simplicitate cordis et oratione dedita larga indigentibus elemosinarum opera impendit.

De eadem circa obitum sanctus petrus apparuit

Cumque omnipotens deus perhennia mercedem reddere eius laboribus decrevisset contigit ... infirmitate ... Nocturno autem tempore lectum illius duo candelabra lucere conspexerunt ... lucis non solum spiritales sed etiam corporales tenebras odio habebat ... vidit beatum petrum apostolum inter utraque candelabra ante lectum suum consistentem. Nec perterrita timuit sed ... dixit Quid est domine mi. Dimissa sunt michi peccata mea. Cui ille benignissimi ut est vultu inclinato capite annuit dicens. Dimissa veniam. Sed quia quandam

sanctimonialem feminam in eodem monasterio petrus diligebat illico galla subiunxit. Rogo ut soror benedicta mecum veniat. Cui ille respondit Non, sed illa talis veniat tecum. Hec vero quam petis erit die tricesimo te secutura. His igitur expletis visio apostoli assistentis et colloquentis ablata est. At illa protinus cum de congregationis abstinuit ... cuique quid vidit quod audierit indicavit. Tertia autem die cum ea que iussa fuerat sorore defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat die est tricesimo subsecuta. Quod factum ... in eodem monasterio manet memorabile, sic quod hoc antecedentibus matribus traditum narrare illic subtiliter solent modo que inde sunt sanctimoniales virgines, ac si illo in tempore huic ... adfuisset.

De transitu servuli paralitici qui in obitu cantum celeste audivit Gregorius xvi

Sed inter hec sciendum est quod sepe animabus exeuntibus electorum dulcedo solet laudis celestis erumpere, ut dum illa libenter audiunt dissolutionem carnis ab anima minime persentiscunt. Unde in omeliis quoque evangelii iam narrasse me memini quod in ea porticu qua euntibus ad ecclesiam beati clementis est pervia fuit quidam servulus nomine ... te quod non ambigo meminisse. Eius quidam pauper rebus sed meritis dives erat, quem longa egritudo dissoluerat. Nam ex quo se ... potuimus usque ad finem vite sue paraliticus iacebat. Quid dicam, quod stare non poterat

qui umquam surgere in lecto vel ad
sedendum nolebat. Numquam manum
suam ad os ducere umquam se potuit,
in latus aliud declinare. Huic ad ser-
viendum mater cum fratre aderat, et quicquid
ex elemosina potuit accipere, hoc eorum
manibus pauperibus erogabat. Nequaquam
litteras noverat, sed scripture sacre sibi-
met codices emerat, et religiosos,
quosque in hospitalitate suscipiens,
hos coram se legere studiose faciebat.
Factumque est ut iuxta modulum suum
plene sacram scripturam disceret, cum, sicut
dixi, litteras funditus ignoraret. Stu-
debat semper in dolore gratias exhi-
bere et ymnis ac laudibus diebus ac noctibus
vacare. Sed cum iam tempus esset, quatenus
eius pacientia remunerari debuisset,
dolor membrorum ad vitalia rediit.
Cumque se morti iam proximum
agnovit, peregrinos viros in hospita-
litate susceptos ammonuit, ut sur-
gerent et cum eo psalmos pro expectatione
sui exitus decantarent. Cumque cum
eis et ipse moriens psalleret, voces
psallencium repente compescuit cum terro-
re magni clamoris dicens: Tacete, ta-
cete, numquid non auditis quante resonant
laudes in celo? Et dum ad eas
laudes, quas intus audierat, aurem
cordis intenderet, sancta illa anima
carne soluta est. Qua scilicet exeun-
te, tanta illic fraglancia odoris
aspersa est, ut omnes qui illic ad-
erant inestimabili suavitate re-
plerentur, ita ut per hoc patenter
agnoscerent, quod eam laudes in celo
suscepissent. Cui rei monachus
noster interfuit, qui nunc usque vivit et
cum fletu magno attestari solet,
quod quousque eius corpus sepulture tra-
derent, ab eorum naribus odoris illius fra-
glancia non recessit etc.

Gregorius de transitu
Romule ancille dei de eius
morte et inestimabili odore ac
eam apparente etc. xvi

In eisdem quoque omeliis rem nar-
rasse me recolo, cui supradictus
compresbiter meus, qui haut nunc
me narrante attestatus est. Eo
namque tempore quo monasterium petii, anus
quedam Redempta nomine in sanc-
timoniali constituta habitu in urbe hac
iuxta beate Marie semper virginis ec-
clesiam manebat. Hec illius
Herundinis discipula fuerat,
que magnis virtutibus pollens
super Prenestinos montes vitam
heremiticam duxisse ferebatur.
Huic autem Redempte due in eodem
habitu discipule adherant, una
nomine Romula, et alia que
nunc adhuc superest, quam quidem
facie scio sed nomine nescio. Tres
itaque hee in uno habitaculo comma-
nentes morum quidem divitiis ple-
nam, sed tamen rebus pauperem vitam
ducebant. Hec autem quam prefatus sum
Romula aliam quam praedixi disci-
pulam magnis vite meritis antecibat.
Erat quippe mire pacientie, summe
obediencie, custos oris sui, ad sile-
cium studiosa valde, ad continue
orationis usum. Sed quia plerumque
hii quos iam perfectos homines
estimant adhuc in oculis summi
pontificis aliquid imperfectionis ha-
bent, sic sepe imperiti homines nec-
dum perfecte sculpta sigilla conspici-
unt et iam quasi perfecta laudamus, que tamen ar-
tifex adhuc considerat et limat,
laudari iam audit et tamen ea tundendo
meliorando non desinit. Hec quoque
quam praediximus Romula ea quam greco

vocabulo medici palisim vocant molestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo pene omni membrorum iacebat officio destituta. Nec tamen hec eadem eius mentem ad impacientiam flagella perduxerant. Nam ipsa detrimenta membrorum ei facta fuerant incrementa virtutum, quia tanto sollicitius ad usum orationis excreverat, quanto et aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eadem Redemptam que prefatas suas utrasque discipulas suas loco filiarum nutriebat vocavit dicens: Mater veni, mater veni. Que mox cum alia discipula surrexit, sicut utrisque referentibus, et res eadem multis claruit, et ego quoque in eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent, subito celitus lux emissa omne cellule illius spacium implevit, et splendor tante claritatis emicuit, ut corda assistentium inestimabili pavore perstringeret, atque ut post ipse referebant omne in eis corpus obrigesceret et in subito stupore remaneret. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellule concuti ac si ingredientium multitudine premeretur. Atque ut dicebant intrancium multitudinem senciebant, sed nimietate timoris et luminis videre non poterant, quia earum oculos depresserat et ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri est odoris subsecuta fragrancia, ita ut earum animum quia lux emissa terruerat odoris suavitas refoveret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent, cepit eadem Romula assistentem et trementem Redemptam proximorum magistram blanda voce consolari dicens: Ne timeas mater, non morior modo. Cumque crebro hoc diceret paulatim lux que fuerat emissa subtracta est, sed hiis qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus et tercius transiit, ut aspersa fraglancia odoris remaneret. Nocte igitur quarta eandem magistram suam iterum vocavit. Qua veniente viaticum pecijt et accepit. Nec dum vero eadem Redempta vel alia eius discipula a lectulo iacentis abscesserat, et ecce subito in platea ante eiusdem cellule ostium duo chori psallencium constiterunt, et sic se dicebant sexus ex vocibus discrevisse psalmodie cantus, dicebat viri et femine succinerent. Cumque ante fores cellule exhiberentur celestes obsequie, sancta anima illa carne soluta est. Qua ad celum ducta quanto chori psallencium altius ascendebant, tanto cepit psalmodia lenius audiri, quousque et eius psalmodie sonitus et odoris suavitas elongata finiretur etc.

De transitu Tarsille serve dei cui dominus ihesus xpistus in mortis articulo apparuit. xvii.

Nonnunquam vero in consolatione egredientis anime ipse apparere solet auctor et retributor vite. Unde et hoc quod de Tarsilla amita mea in omelijs ewangelij dixisse me recolo replicabo. Que inter duas sorores alias suas virtute continue orationis, gravitate vite, singularitate abstinentie ad sanctitatis culmen excreverat. Huic per visionem Felix atavus meus huius Romane ecclesie antistes apparuit, eique mansionem perpetue claritatis ostendit dicens: Veni, quia te in hac lucis mansione suscipio. Que subsequente mox febre correpta ad diem pervenit extremum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus multi conveniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora exitus eius multi viri ac femine lectulum circumsteterunt, cum subito sursum illa respiciens Ihesum venientem vidit, et cum magna animadversione cepit circumstantibus clamare dicens: Recedite, recedite, Ihesus venit

Cumque in eum intenderet quem videbat sancta anima illa e corpore egressa est. Tantaque subito fragrantia miri odoris domus aspersa est ut ipsa suavitas cunctis ostenderet illuc auctorem suavitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lavandum esset nudatum, longo orationis usu in cubitis eius et genibus camelorum more inventa est obdurata cutis excrevisse, et quod vivens spiritus eius egerit caro mortua testabatur etc.

De transitu Muse puelle cui beata virgo in mortis articulo apparuit. Gregorius

Sed neque hoc sileam. xvij.

quod Probus Dei famulus de sorore sua nomine Musa puella narrare consuevit dicens. Quia quadam ei per visionem nocte Dei genitrix virgo Maria apparuit, et coevas ei in albis vestibus puellas ostendit. Quibus cum illa admisceri appeteret, sed se eis iungere non auderet, beate Marie semper virginis est voce requisita an vellet cum eis esse atque in eius obsequio vivere. Cui cum puella diceret volo, ab ea protinus mandatum accepit ut ultra leve et puellare nichil ageret, a risu et iocis se abstineret, sciens pro certo quia inter easdem virgines quas viderat ad eius obsequium die tricesimo veniret. Quibus visis in cunctis suis moribus puella mutata est, omnemque a se levitatem puellaris vite magna gravitate detersit. Cumque eam parentes eius mutatam esse mirarentur, requisita rem retulit, quid ei beata virgo Dei genitrix iussit, vel quo die ituram se ad obsequium eius indicavit. Cum post vicesimum et quintum diem febre correpta est. Die autem tricesimo cum hora exitus eius appropinquasset, eandem Dei genitricem cum puellis quas per visionem viderat ad se venire conspexit. Cui etiam se vocanti respondere cepit et depressis reverenter oculis aperta voce clamare: Ecce domina venio, ecce domina venio. In qua etiam voce spiritum reddidit, et ex virgineo corpore habitatura cum sanctis virginibus exivit etc.

Dum humanum — Petrus xviij —
genus virtutibus multis atque innumeris sit subiectum civibus celestis Ierusalem, maximam partem ex parvulis vel infantibus arbitror posse compleri.

Gregorius de puero blasphemo et quinque annorum dampnato

Et si omnes baptizatos infantes et in eadem infantia morientes ingredi regnum celeste credendum est, quia non nullis parvulis eiusdem regni celestis aditus a parentibus clauditur si male nutriantur. Nam quidam vir cunctis in hac urbe notissimus ante triennium filium habuit annorum, sicut ego arbitror, quinque, quem nimis carnaliter diligens remisse nutriebat, atque idem parvulus, quod dictu grave est, mox ut eius animo aliquid obstitisset, maiestatem Dei blasphemare consueverat. Qui ante hoc triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Cumque eum pater suus in sinu teneret, sicut hi testati sunt qui presentes fuerunt, malignos spiritus ad se venisse trementibus oculis puer aspiciens cepit clamare: Obsta pater, obsta pater. Qui sic clamans declinabat faciem ut se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cum ille trementem requireret quid videret, puer adiunxit: Mauri homines venerunt qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemavit et animam reddidit. Ut enim omnipotens Deus ostenderet pro quo reatu talibus fuisset executoribus traditus, quem vivente pater suus corrigere noluit, hunc morientem permisit iterare, ut qui diu per divinitatis patientiam

puer trium annorum [illegible] dampnatus

blasphemus vixerit, quique per divinitatis iudicium moriebatur, quanti reatus sit pater agnosceret, qui parvuli filii animam negligens non parvulum peccatorem gehenne ignibus nutrisset. Sed iam hoc triste deponentes ad ea que narrare ceperam leta redeamus etc.

Gregorius de transitu Stephani famuli dei qui plus doluit de peccato illius qui combussit horreum suum quam de dampno etc. xx

Predicto etenim presbytero aliisque religiosis viris narrantibus agnovi in ea que audientibus indicare de venerabili presbytero Stephano in omeliis evangelii narravi. Fuit etenim vir sicut idem presbyter et multi alii testantur nichil in hoc mundo possidens nichil querens solam tantum de paupertate diligens, in adversitate patientiam amplectens, convictum secularium fugiens vacare semper orationi concupiscens. De quo unum virtutis bonum refero ut ex hoc uno valeant eius multa pensari. Hic namque tum quadam die messem quam sua manu severat detritam ad aream deduxisset, nichil quoque aliud cum discipulis suis ad totius anni stipendium haberet, quidam perverse voluntatis vir antiqui hostis stimulis instigatus, eandem messem igni supposito ita ut erat in area incendit. Quod factum dum alter aspiceret, eidem dei famulo currens nunciavit. Cui postquam indicavit adiunxit dicens: Ve ve pater Stephane quid tibi contigit. Cui statim vultu leto ac mente placida respondit: Ve illi contigit qui hoc fecit. Nam mihi quid contigit? In quibus eius verbis ostenditur in quo virtutis culmine stabat qui unum quod in sumptum anni habuerat tam secure perdebat mente magisque dolebat quia peccatum commiserat quam hic qui peccati illius dampnum tolerabat. Nec pensabat quid ipse exterius sed culpe reus quantum perdebat intus. Hunc itaque cum dies mortis egredi e corpore urgeret, convenerunt multi ut tam sancte anime ex hoc mundo recedenti suas animas commendarent. Cumque lecto illius hii qui convenerant omnes assisterent, alii ingredientes angelos, sed aliquid dicere non potuerunt, alii omnino nichil viderunt. Sed omnes qui aderant ita vehementissimus timor perculit ut nullus illa sancta anima egrediente illic stare potuisset. Et hii ergo qui viderant et hii qui omnino nil viderant uno omnes timore perculsi et territi fugerunt, ut palam daretur intelligi que vis esset que illam egredientem animam susciperet, cuius egressum nec mortalis ferre potuisset. Sed inter hec sciendum est quia quorundam anime meritum in ipso suo egressu ostenditur, post mortem vero certius declaratur. Unde et isti iuvenes ab infidelibus crudelia multa perpessi sunt qui tamen ut perdiximus ad ossa sua mortua signis quotidie et miraculis clarescunt.

De duobus monachis Valentionis abbatis qui suspensi post mortem cantaverunt, xxi etc.

Vite namque venerabilis Valentio qui post in hac urbe romana mihi sicut nosti meoque monasterio prefuit, prius in Valerie provincia suum monasterium rexit. In quo dum Longobardi sevientes venissent, sicut eius narratione didici, duos eius monachos in ramis unius arboris suspenderunt. Qui suspensi eodem die defuncti sunt. Vespere autem facto utrorumque eorum spiritus claris et apertis vocibus psallere ceperunt. Ita ut ipsi quoque qui eos occiderant, cum voces psallentium audirent nimium mirati terrerentur. Quas videlicet voces captivi quoque omnes qui illic aderant audierunt atque eorum

psalmodie postmodum testes extiterunt
Sed has voces spiritum omnipotens
deus idcirco pertingere nolunt ad aures
corporis ut viventes quique in carne
discerent qui se deo servire studeat
post carnis vermes vivant etc.

De transitu Surani abbatis de
cuius occisione mons et silva per-
cutiebantur. Gregorius xxii

Quibusdam religiosis viris attestan-
tibus adhuc in monasterio positus
agnovi quod hoc longo tempore in hac
provincia que Sura nominatur
quidam monasterii pater vite venerabilis
Suranus nomine fuit qui captivis
advenientibus et a longobardorum dep-
redatione fugientibus cuncta que in
monasterio habere videbatur largitus est
Cumque in elemosinis vestimenta
sua ac fratrum omnia et cellarium con-
sumpsisset quidquid habere in orto po-
tuit expendit. Expensis rebus omnibus Lon-
gobardi subito ad eum venerunt et
aurum petere ceperunt. Cumque ille
diceret se omnino nil habere in vicino mon-
te abductus ductus est in quo silva
immense magnitudinis stabat. Ibique
captivus quidam fugiens in cava arbore
latebat. Ubi unus ex longobardis
educto gladio predictum venerabilem
occidit virum. Cuius corpore in terram ca-
dente mons omnis pertinus et silva
concussa est ac si diceret non posse se
pondus sanctitatis direct ita que ce-
cidisset etc.

De transitu dya-
coni ecclesie marsorum xxiii

Alius quoque in marsorum provincia
vite valde venerabilis dyaco-
nus fuit quem invenientes longobardi
tenuerunt quorum unus educto gladio
caput eius amputavit. Sed cum
corpus eius in terram caderet ipse qui hunc
capite truncaverat immundo spiritu
correptus ad pedes eius corruit et
quod amicum dei occiderat inimico dei
traditus ostendit. Petrus xxiiii

Quid est hoc queso te quod omnipotens
deus sic permittit mori quos
tamen post mortem tantus fuerit san-
ctitatis non permittit celari etc. Gregorius

Quamvis scriptum sit iustus quacumque morte
preventus fuerit iustitia eius non
auferetur ab eo. Electi qui procul dubio
ad perpetuam vitam tendunt quid
eis obest si ad modicum dure moriuntur. Et est fortasse nonnumquam
eorum culpa licet minima que in carne
debeat morte resecari. Unde fit ut
reprobi quidem contra viventes potestatem
accipiant sed illis morientibus hec
in eis gravius vindicetur quod contra
bonos potestatem sue crudelitatis
acceperunt ut idem carnifex qui
eundem venerabilem dyaconem
vincere fecit permissus est gaudere
super mortuum permissus non est
Quod sacra quoque testantur eloquia
Nam vir dei contra Samariam missus
quia per inobedientiam in itinere comedit
hunc leo in eodem itinere occidit sed
statim illic scriptum est Cum asina stetit
leo iuxta asinum et non comedit de
cadavere. Ex qua re ostenditur quod
peccatum inobedientie in ipsa morte fuit
laxatum quia idem leo qui viventem
presumpsit occidere contingere non pre-
sumpsit occisum. Cui enim occidendi
ausum habuit de occisi cadavere co-
medendi licentiam non accepit quia is
qui culpabilis in vita fuerat pu-
nita inobedientia calle iam iustus ex mor-
te. Leo ergo qui prius vitam peccatoris
necaverat custodivit postmodum
cadaver iusti etc. Petrus xxv

Placet quod dicis sed nosse velim
si nunc ante restitutionem corporum
in celum recipi anime iustorum
possunt. Gregorius

Hoc neque omnibus
iustis fatri possumus neque de

omnibus negare. Nam sunt quorundam
iustorum anime que a celesti regno qui-
busdam adhuc mansionibus differuntur.
In quo dilacionis dampno quid in-
nuitur aliud nisi quod de perfecta iusticia
aliquid minus habuerunt. Et tamen lu-
ce clarius constat quod perfectorum iustorum
anime mox ut huius carnis claustra
exeunt in celestibus sedibus recipiuntur.
Quod et ipsa pro se veritas attestatur
dicens: Ubi fuerit corpus ibi congre-
gabuntur aquille, quia ubi est redemp-
tor in corpore illuc procul dubio colle-
guntur anime iustorum. Et paulus dis-
solvi desiderat et esse cum christo. Qui er-
go christum in celis esse non dubitat
nec pauli animam in celis esse negat.
Qui etiam de dissolucione sui corporis
et inhabitacione patrie celestis dicit:
Scimus quoniam si terrestris domus nostra
huius habitacionis dissolvatur quod edifi-
cacionem habemus ex deo domum non
manufactam eternam in celis etc.
Si igitur in celo **Petrus**
sunt anime iustorum quid est quod
in die iudicii pro iusticie sue retri-
bucione recipient etc. **Gregorius**
Hoc eis nimirum crescit in iudicio
quod nunc sola animarum, postmodum
vero corporum beatitudine perfruuntur ut in
ipsa quoque carne gaudeant in qua do-
lores pro domino cruciatusque pertulerunt.
Pro hac quippe geminata eorum leticia eorum
gloria scriptum est: In terra sua dupli-
cia possidebunt. Hinc etiam ante
resurrectionis diem de animabus san-
ctorum scriptum est: Date sunt illis
singule stole albe, et dictum est illis
ut requiescerent adhuc tempus
modicum donec impleatur numerus con-
servorum et fratrum suorum. Qui ita nunc
singulas acceperunt binas in iudicio
stolas accepturi sunt, quia modo anima-
rum tantum, tunc autem animarum simul et corporum

gloria letabuntur. **Petrus**
Assentio, sed vellem scire quonam
modo agitur quod plerumque morientes
multa predicunt. **Gregorius** Quod
morientes aliqua predicunt hoc
morte quorundam confirmat. xxvij
Ipsa aliquando animarum vis subtilitate
sua aliquid previdet, aliquando autem
exiture de corpore anime per revelacionem
ventura cognoscunt. Aliquando vero
dum iam in exitu sit ut corpus dese-
rant divinitus afflate in secretis cele-
stibus incorporeum oculum mentis in-
tendunt. Nam quod vis anime aliquando sub-
tilitate sua ea que sunt ventura
cognoscit. Patet ex eo quod cuidam
advocato qui in hac urbe ante
biduum lateris dolore defunctus
est, sed paululum antequam moreretur
vocavit puerum suum et eum sibi dare
vestimenta ad procedendum iussit. Cum-
que puer quasi insanum crederet
eiusque preceptis minime obediret surre-
xit, vestimentis se induit et per
viam appiam ad beati sixti ecclesiam
se esse pressurum dixit. Cumque post
modicum ingravescente molestia esset
defunctus, deliberatum fuit ut apud
beatum Ianuarium viam prenestina-
na corpus eius deponi debuisset.
Sed quia longum hoc hiis qui eum
portabant, visum est repente orto
consilio exeuntes cum eius funere
per viam appiam nescientes quid ille
dixerat in ipsam eum ecclesiam posue-
runt quam predixerat. Et cum causidi-[?]
cus vir secularibus[?] obligatum lu-
crisque terrenis inhiantem fuisse no-
scitur. Unde hoc predicere potuit
nisi quia id quod futurum erat eius
corpori ipsa vis anime ac subtilitas
previdebat. **De nominibus eorum**
qui morituri erant et nomina eorum
scripta erant aureis litteris etc.

Quod autem sepe etiam revelationibus agitur ut anime ituri futura presciant ex hiis colligere possumus que apud nos gesta sunt in monasterio. In monasterio etenim meo quidam frater ante decennium Gerontius dicebatur qui cum gravi molestia corporis fuisset depressus in visione nocturna albatos viros et clari omnino habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui cum coram lecto iacentis assisterent unus eorum dixit: Ad hoc venimus ut de monasterio Gregorii quosdam fratres in miliciam mittamus. Atque alteri precipiens ait: Scribe Marcellum et Valentinianum, Agnellum atque alios quorum nunc minime recordor. Quibus expletis addidit dicens: Scribe et hunc ipsum qui nos aspicit. Ex qua visione certus redditus predictus frater mane innotuit fratribus qui essent ex eadem cella morituri quos se etiam denunciat esse secuturum. Cum die altero predicti fratres mori ceperunt et sub eodem ordine se in morte secuti sunt quo fuerant in descriptione nominati. Ad extremum vero et ipse obiit qui eosdem fratres morituros. In ea quoque mortalitate que ante triennium hanc urbem vehementissima clade vastavit in Portuensi civitate monasterio Mellitus dictus est monachus adhuc in annis iuvenilibus constitutus sed mire simplicitatis atque humilitatis vir. Qui appropinquante vocationis die eadem clade percussus et ad extrema deductus. Quod vir vite venerabilis Felix eiusdem civitatis episcopus audiens cum et hec relatione cognovi ad eum accedere studuit sed ne mortem timeret debuisset verbis persuasionis hunc confortare. Cui etiam ad hunc tua divina misericordia largiora vite spatia polliceri cepit. Sed ad hec ille rursus sua tempora esse completa dicens apparuisse sibi iuvenem atque epistolas detulisse et dicentem: Aperi et lege. Quibus apertis repperit quia se et omnes qui eodem tempore a predicto episcopo in paschali sollempnitate fuerant baptizati scriptos in eisdem epistolis litteris aureis invenit. Primum quidem ut dicebat suum nomen repperit ac deinde omnium qui illo tempore baptizati fuerant. Una de re certa tenuit et se et alios de hac vita esse festinanter migraturos. Factum est ut die eodem ipse moreretur et post eum cuncti illi qui baptizati fuerant ita secuti sunt ut intra paucos dies eorum nullus in hac vita remaneret. De quibus minime constat quod eos predicti Dei famulus idcirco aureis scriptos videbat quia eorum nomina apud se fixa eterna claritas habebat. Sicut itaque hiis revelationibus potuit ventura agnoscere ita non numquam egressure anime possunt etiam misteria celestia non per sompnium sed vigilando perspicere. Ammonium namque in monasterio meo monachum hic nosti. Qui dum adhuc esset in seculari habitu constitutus Valeriani huius urbis advocati nalem (?) filiam in coniugio sortitus eius obsequiis sedule et necessarie adherebat et quecumque in domo eius agebantur noverat. Qui michi iam in monasterio positus narravit quod in ea mortalitate que prius narravi temporibus urbem hanc vehementer afflixit in domo predicti Valeriani puer Armentarius fuit precipue simplicitatis et humilitatis. Cum vero eiusdem advocati domus

eadem clade vastaretur isdem puer percussus est / et usque ad extrema deductus. Qui cum sublatus a presentibus rediisset / sed quod animi sui vocem fecit. Cui ait: Ego in celo fui et quem de hac domo morituri sunt agnovi. Ille et ille atque ille moriturus. Tu vero ne timeas / quia hoc tempore moriturus es. Ut vero scias quod me in celo fuisse verum fateor, ecce accepi ut et linguis omnibus loquar. Numquid incognitum fuit Greca lingua omnino me nescire, et tu Grece tamen loquere ut cognoscas an verum sit quod me omnes linguas accepisse testificor. Cui tunc Grece dominus suus locutus est / et ita illa lingua eadem respondit ut cuncti qui aderant mirarentur. In eadem quoque predicti Narsi domo spatarius Bulgar manebat, qui festine ad egrum deductus ei barbarica lingua locutus est. Sed ita puer qui in Ytalia natus et nutritus in eadem barbarica locutione respondit ac si in eadem fuisset gente generatus. Mirati sunt omnes qui audiebant atque ex duarum linguarum experimento quas eum ante nescisse noverant crediderunt de omnibus quas probare minime valebant. Tunc per biduum mors eius dilata est / sed die tercio quo occulto dei iudicio nescitur manus ac brachia lacertosque suos dentibus laniavit / et ita de corpore ~~exiuit~~ exiit. Quo mortuo omnes illi quos predixerat ex hac protinus luce subtracti sunt. Nullusque in illa domo ea tempestate defunctus est qui voce illius denuntiatus non est etc.

Valde terribile (Petrus) est ut qui donum tale percipere meruit tali etiam percussione plectetur etc. Gregorius

Quis occulta dei iudicia sciat. Ea que in divino examine comprehendere non possumus timere magis quam discutere debemus etc. De morte theophani comitis qui tempore tempestatis serenitatem in morte sua predixit etc.

Ut autem de egredientibus animabus que multa per nos sunt ea que repperimus exequamur / neque hoc silendum est quod de Theophanio Centumcellensis urbis comite in eadem urbe positus multis attestantibus agnovi. Fuit namque vir iste actibus deditus / bonis operibus deditus misericordie precipue hospitalitati studens. Exercendis quidam comitatus curis occupatus agebat terrena et temporalia / sed ut in fine claruit magis ex debito quam ex intentione. Nam cum imminente mortis eius tempore gravissima aeris tempestas obsisteret ne ad sepeliendum duci potuisset, cumque uxor sua cum fletu vehementissimo requireret dicens: Quid faciam? Quomodo te ad sepeliendum eiciam que ostium domus huius pre nimia tempestate egredi non possum? Tunc ille respondit: Noli mulier flere, quia mox ut ego defunctus fuero eadem hora serenitatem deus dedit. Cuius protinus voce mors et mortem serenitas est secuta, quod signum / sunt / et alia signa comitata. Nam manus et pedes

eius podagrici humoris inmensitate
tens sic in vulneribus fervuit et
profluente sanie patebant. Sed cum
corpus eius ex more ad lavandum
fuisset nudatum, ita manus pedesque
eius sani inventi sunt ac si nunquam
vulneris aliquid habuisset. Ducti
itaque ad sepultum est eius contigit vi-
sum est, ut quarto die in sepul-
cro illius marmor quod suppositum
fuerat mutari debuisset. Quod
cum marmor corpori eius suppositum
dum fuisset ablatum, tanta ex cor-
pore eius fragrantia emana-
vit, ac si exputrescente carne
ipsius poribus aromata ferbu-
issent. Quod factum dum narra-
re me ut omnibus quibusdam infirmis
venisset in dubium, die quadam
sedente me in conventu nobilium
ipsi artifices qui in sepulcro illius
marmor mutaverant affuerunt,
aliquid me de ipsa causa rogaturi. Quos ego de eodem miraculo
nobilibus et plene requisivi. Qui
et eadem odoris fragrantia miro
modo se repletos esse testabantur.
Et quedam alia in augmentum mira-
culi, que modo narrante longum
existimo, de eodem sepulcro eius
addiderunt etc. Petrus

Inquisitioni mee sufficere iam
video satis factum, sed hoc est adhuc
quod questio animum pulsat, quia cum
supra dum sit esse procul dubio
sanctorum animas in celo, restat
ut iniquorum quoque anime non esse nisi
in inferno credantur. Et quid de
hac re habeat veritas ignoro. Nam
humana estimatio non habet peccatorum
animas scilicet ante eius iudicium
posse cruciari. Gregorius

Quod anime iniquorum de corpore
descendant in infernum c. xxviii

Sicut esse sanctorum animas in celo
sacri eloquii satisfactione
credidisti, oportet ut per omnia
credas et iniquorum animas in
inferno, quia ex retributione
iustitie ex qua iam iusti multi
glorificantur, necesse est omnino ut in-
iusti omnes cruciantur. Nam
sicut electorum animas beatitudo
letificat, ita credi necesse est quod
a die exitus sui reprobos ignis
exurat etc. Petrus c. xxix

Ex qua ratione credendum est
quia rem incorpoream tenere
ignis corporeus possit? Gregorius

Quod incorporeus spiritus
igne corporeo teneatur etc.

Si viventis hominis spiritus incor-
poreus tenetur in corpore,
cur non post mortem, cum incor-
poreus sit spiritus, etiam corporeo
igne teneatur etc. Petrus

In vivente quolibet homine id-
circo incorporeus spiritus tenetur
in corpore, quia vivificat
corpus. Gregorius

Si incorporeus spiritus, Petre,
in hoc teneri potest quod vivi-
ficat, quare non penaliter et
ibi teneatur ubi mortificatur?
Sed teneri spiritum per ignem dicimus
ut in tormento ignis sit viden-
do atque sentiendo. Ignem namque
eo ipso patitur quo videt, et
reus corporea incorporea exurat,
dum ex igne visibili ardor
et dolor trahitur invisibilis,
ut per ignem corporeum mens
incorporea etiam corporea flamma

cruciari. quinimo colligere ex dictis
evangelicis possumus, quia anima
incendium non solum videndo, sed etiam
experiendo patiatur. Veritatis eterne
voce dives in inferno se-
pultus est. Animus in igne quia
anima teneatur insinuat vox di-
vitis que Abraham deprecatur
dicens: Mitte lazarum ut quia
crucior in hac flamma. Dum ergo
peccatorem divitem veritas in igne dam-
natum perhibet quis iam sapiens
reproborum animas ignibus teneri
negat etc. Petrus xi

Ecce ratione ac testimonio ad cre-
dulitatem flectitur animus. Sed
dimissus iterum ad rigorem reddit.
Quo enim res incorporea a re
corporea teneri et affligi possit
ignoro etc. Gregorius ii

Dic queso te apostatas spiritus
a celesti electos gloria esse corpo-
reos an incorporeos suspicaris.
Quis sanum sapiens Petrus
spiritus esse corporeos dixit.
Ignem gehenne esse Gregorius
corporeum an incorporeum
esse fateris etc. Petrus

Ignem esse gehenne corporeum
non ambigo in quo certum est
corpora cruciari etc. Gregorius

Certe reprobis in fine veritas dic-
tura est: Ite in ignem eter-
num qui paratus est dyabolo et an-
gelis eius. Si igitur dyabolus et eius
angeli cum sint incorporei cor-
poreo sunt igne cruciandi, quid
mirum si anime antequam recipiant
corpora possunt sentire corpo-
xv ra tormenta. Petrus

Patet ratio nec debet ultra animus
de hac questione dubitare.

Petrus

Postquam labo Gregorius
prolixe credidisti ope pan-
dendo sed ea que michi a viris
fidelibus sunt digesta nar-
rando etc. De illo qui in lon-
ga distantia mortis et dam-
pnationem theodorici regis
vidit et nunciavit. Gregori-
us xxx etc.

Julianus namque huius romane
ecclesie cui deo auctore deservio
secundus defensor qui ante
septem fere annos defunctus
est ad me adhuc in monasterio
positum crebro veniebat mecum-
que colloqui de anime utilitate
consueverat. Hic itaque michi
quodam die narravit dicens:
Theodorici regis quibus pater socri
mei in sicilia exactionem canonis
egerat, atque iam ad ytaliam
redibat. Cuius navis est appul-
sa ad insulam que lipparis
appellatur. Et quia illic vir
quidam solitarius magne virtutis
habitabat dum naute navis
armamenta repararent visum
predicto patri socri nunc est adeundum
dei virum pergere seque eius orationibus
commendare. Quos vir domini
cum vidisset eis inter alia loquens
dixit: Scitis quia rex theodori-
cus mortuus est? Cui illi re-
sponderunt: Absit. Nos enim
vincentem dimisimus, et nichil
tale ad nos de eo nunc perlatum
est. Quibus dei famulus addidit
dicens: Etiam mortuus est. Nam
hesterna die hora nona inter
Johannem papam et Symmachum
patricium discinctus et discalciatus
et vinctis manibus deductus

in hac vitina multam ollam iactatus
est. Qui illi audientes sollicite conscripse-
runt diem et ytalia reversi eo die
eum Symmachum mortuum invenerunt quo dic-
tus exitus atque supplicium dei famu-
lo fuerat ostensum. Et quia Iohan-
nem papam affligendo in custodia oc-
cidit Symmachum quoque patricium ferro
trucidavit, ab illis in ignem iuste
mitti apparuit quos in hac vita in-
iuste iudicavit etc. Gregorius
De morte reparati etc. xxxi c.
Eo tempore quo primum remote vite
desiderans anhelabam quidam
honestus senex decessit nomine
valde huius urbis nobilibus amicus
michi qui in amicitiis sedule inge-
rebatur, qui michi narravit dicens Gotho-
rum tempore quidam spectabilis vir reparatus no-
mine venit ad mortem. Cum diu iam
mutus ac rigidus iaceret visus est ut
ab eo funditus vitalis flatus exisset
et exanimis remansisset corpus. Cumque
multi qui convenerant eum iam mortuum cir-
cumfamilia lugerent subito redijt et circum-
plangentium in stupore verse sunt lacrime.
Cum reversus esset ait: Citius ad ecclesiam
beati laurentij currite que ex nomine con-
ditoris damasi vocatur puerum mittite
et quid de tyburtio presbitero agatur vide-
at et renunciare festinet. Cum vero
tyburtius esset carnalibus desiderijs
subiacere ferebatur, cuius adhuc vite
morem quondam beatus qui florentius eius eccle-
sie presbiter meminit. Cum vero puer
pergeret narravit ipse reparatus quod ad se
reversus fuerat quid de illo ubi ductus
tus esset agnovit. Paratus rogus ignes
fuerat. Deductus vero tyburtius presbiter
in eo crematus est. Alius autem
parabatur rogus cuius altitudo in celum
tantummodo tendi videbatur. Cum emissa
voce clamavit cuius esset, hunc quod
dictis statim reparatus defunctus est.
Puer vero qui transmissus fuerat ad
tyburtium iam eum mortuum invenit.

Cum scilicet reparatus ductus ad loca penarum
narravit dum vidit rediit narravit et
obijt, aperte monstratur quod nobis illa
non sibi viderit, quibus dum adhuc
concessum est vivere etiam licet, ita mala
lis operibus evellere. Rogum vero con-
struere reparatus vidit, non quod apud
inferos ligna ardeant, ut ignis fiat,
sed quod narraturus hec viventibus
illa de medio peccatorum vidit inferri
sit apud viventes corporeus ignis
solet, ut per hec assueta audientes
discerent quid de insuetis timere
debuissent. Gregorius de mor-
te curialis cuius sepultura in-
censa est. Gregorius xxxiii c.
Terribile etiam quiddam in valeria
provincia contigisse vir vene-
rabilis maximianus syracusanus
episcopus quondam in hac urbe in mo-
nasterio prefuit narrare consueverat di-
cens etc. De luxuria propter quam
corpus mortuum in sepulcro com-
bustum fuit etc. Quidam curialis
illic sacratissimo pascali sabbato
iuvenculam cuiusdam filiam in bapti-
smate suscepit. Qui post ieiunium
domum reversus multo quod vino inebri-
atus eandem filiolam suam secum
mane petijt, eamque nocte illa quod
dictu nefas est perdidit. Cumque facto
mane surrexisset cogitare reus
cepit, ut ad balneum pergeret ac si
aqua balnei lavaret maculam
peccati. Perrexit igitur lavit cepitque
trepide etiam ingredi, quod si tanto
die non iret ad ecclesiam erubescebat
homines. Si vero iret pertimesce-
bat iudicium dei. Vicit itaque hu-
mana verecundia. Perrexit igitur
ad ecclesiam sed tremebundus ac pa-
vens cepit stare et singula momen-
ta suspectus quia hora in mundo spiri-

traderetur et coram omni populo vexaret
Cumque vehementer timeret ei in illa
missarum celebracione quid adversi nil con-
tingit Qui letus exiit et die altero
iam securus ecclesiam intravit Consum-
que est ut per sex continuos dies letus
ac securus procederet estimans quod eius
scelus dominus aut non vidisset aut
visum misericorditer dimisisset Sed die
septimo subita morte mortuus est
Cum sepulture traditus est per longiud
tempus custodibus videntibus de sepul-
cro suo flamma exiit et tam diu ossa
eius concremavit quousque et sepul-
crum consumeret / et terra quem tumulo
collecta fuerat defossa videtur Ad
dominus omnipotens faciens ostendit quod
eius anima in occulto pertulit cuius
etiam corpus ante humanos oculos
flamma consumpsit Sed in re nobis
quoque hec audientibus exemplum formidi-
nis dare dignatus est / quanto ex hac
consideracione colligamus quid anima
vivens ac senciens pro actu suo pa-
tiatur si tanto ignis supplicio etiam
insensibilia ossa concremantur etc.

Petrus Si boni bonos in celo
et mali malos in supplicio co-
gnoscunt etc. xxxiii

Nosse vellem si vel boni bonos in
regno vel mali malos in suppli-
cio agnoscunt etc. Gregorius

Huius rei sentencia in verbis est do-
minicis quam superius protulimus
clarius luce demonstrata In qui-
bus dictum est Homo quidam erat dives
etc. et erat quidam mendicus etc. Subiunctum
est / quod lazarus mortuus est et por-
tatus ab angelis in sinum abrahe
Mortuus est et dives et sepultus
est in inferno Qui elevans oculos
suos cum esset in tormentis vidit abraham
a longe et lazarum in sinu eius et
ipse clamans dixit Pater abraham
miserere mei et mitte lazarum ut intin-
gat extremum digiti etc. Cui abra-
ham respondit fili recordare quia recepisti
bona etc. Dives de se ipso spe salutis
non valens ad peruendam suorum sa-
lutem convertitur dicens Rogo ergo pa-
ter ut mittas eum in domum patris
mei / habeo enim quinque fratres etc. Quibus
verbis aptis declaratur quia boni bo-
nos et mali cognoscunt malos Si
igitur abraham lazarum minime co-
gnovisset nequaquam ad divitem in
tormentis positum de transacta eius
condicione loqueretur / quod mala recepit
in vita sua Et malos mali non
cognoscerent nequaquam dives in tormen-
tis positus fratrum suorum etiam absen-
cium meminisset Quo enim presentes
non posset agnoscere qui etiam pro absen-
cium memoria curavit exorare Qua
in re illud quoque ostenditur quod nequaquam
quod ipse requisisti / quia et malos et
mali cognoscunt bonos nam et dives
ab abraham cognoscitur cui dictum est
Recepisti bona in vita tua / et electus
lazarus a divite reprobo est cognitus
quem mitti ex nomine precatur dicens
Mitte lazarum ut intingat extre-
mum digiti etc. In qua scilicet cogni-
cione utriusque partis cumulus retribu-
cionis excrescit ut boni amplius gau-
deant qui secum eos letari conspiciunt
quos amaverunt / et mali cum dam-
nis torquentur quos in hoc mundo despec-
to deo dilexerunt eos non solum sua
sed etiam eorum pena consumat Fit autem
in electis quiddam mirabilius / quia non solum
eos cognoscunt quos in hoc mundo no-
verant / sed velut visos et agnitos
recognoscunt bonos quos nunquam viderant
Nam cum antiquos patres in illa eterna
hereditate viderint eis incogniti per vi-
sionem non erunt quos in opere semper
noverunt Quia enim illic omnes commu-
ni claritate deum conspiciunt quid est quod
ibi nesciant ubi scientem omnia
sciunt etc.

xiii De quodam qui prophetas moriens vidit ad se venientes / Gregorius xxxiiii

Nam quidam noster religiosus vir et vite venerabilis cum ante quadriennium moreretur, presentibus religiosis viris qui presentes fuerunt, testati sunt in hora sui exitus Quam prophetam ezechielem quoque et danielem cepit aspicere, eosque dominos suos clamare quos dum ad se venisse diceret, et depressis luminibus eis obsequium reverentie exhiberet, e carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi que erit in illa eterna vita noticia, si vir iste adhuc in carne corruptibili positus prophetas sanctos quos nimirum numquam viderat agnovit.

Quod sepe anime egresse de corpore socios suos in pena vel in premio sciunt / Gregorius xxxv

Solet autem plerumque contingere ut egressura anima eos etiam recognoscat cum quibus pro equalitate culparum vel etiam premiorum in una mansione deputanda. Nam vir vite venerabilis eleutherius de quo in precedente libro multa narravi in monasterio suo germanum fratrem Iohannem nomine se habuisse perhibuit qui ante dies quatuordecim fratribus suum predixit exitum. Cumque decrescentes quotidie computaret dies ante quam vocaretur ex corpore febre correptus est. Ad horam vero mortis veniens misterio dominici corporis et sanguinis percepto quibus tunc antiphonam ipse presentibus imposuit dicens: Aperite michi portas iusticie et ingressus in eas confitebor domino etc.

De illo qui vocavit alium quando moriebatur etc.

Cumque fratres coram eo assistentes psallerent emissa subito et producta voce clamavit dicens: Urse veni. Quod mox ut dixit eductus e corpore mortalem vitam finivit.

Mirati sunt omnes fratres quia hoc quod moriens frater clamaverat ignorabant. Sed uno defuncto in monasterio facta est magna tristicia. Certo autem die quodam fratribus necesse fuit ut ad monasterium longe positum transmitterent. Illuc igitur euntibus fratribus omnes eiusdem monasterii monachos tristes invenerunt. Quibus dum dicerent: Quid habetis quod vos in tanto merore deprimitis, responderunt dicentes: [illegible] consolationis gemimus. Quia unus frater cuius vita nos in hoc monasterio continebat, hoc quarto est dies quod ex hac luce subtractus est. Cumque fratres qui ibi venerant studiose requirerent qualiter dictus fuisset, responderunt Ursus. Tempore vocationis eius Iohannis subtiliter inquirentes ipso eum momento cognoverunt exisse de corpore quo per Iohannem qui apud eos defunctus est fuerat vocatus. Qua ex re colligitur quia utrorumque quia par fuit meritum, commune datum est ut in una mansione socialiter vivant, quibus e corpore contigit socialiter exire. Sed neque hoc sileam quod dum adhuc laicus essem atque in domo mea que michi in hac urbe ex morte parentis obvenerat manerem, de quibus dum vicinis meis me contigit agnovisse. Quedam namque mulier me vicina galla dicebatur. Habebat enim [illegible] nomine filium iuvenem habebat. Atque non longe quidam stephanus cui cognomine optio fuit habitabat. Sed isdem [illegible] ad extrema vite veniens vocavit puerum suum, eique precepit dicens: Vade citius et dic stephano optioni ut citius veniat, quia hec navis parata est ad siciliam ducere debeamus. Cumque puer huic i[n]sane

credere et obedire recusaret cepit ille
vehementer īminere dicens Vade et
nuncia illi quod dico quia nō ī spacio
Egressus est puer ut ad stephanum
pergeret Cumque in medium iter venis-
set alius quidam obviam factus est q
hunc requisierunt dicens Quo vadis
Cui respondit Ad stephanum
a domino meo missus At ille pro-
tinus ait Abeo ego venio Reuer-
sus e puer ad eumorphium dominum
suum sed eum iam mortuum īvenit
Sicque factum est ut dum alter alteri
obviam venit et ex medio itinere
puer reuersus est ex mensura spacii
potuisset colligi quod uno momento
utrique fuerant vocati etc. Petrus
Terribile est valde qd dicitur
Sed queso te cur egredienti
anime navis apparuit uel quare se
duci ad siciliam moriturus predixit
Anima vehiculo Gregorius
non indiget sed mirum nō est
si adhuc homini in corpore posito
illud apparuit quod per corpus cō sue-
uerat videre ut per hoc dicere intelligi
quod eius anima spiritualiter duci potu-
isset Quod vero ad siciliam duci testa-
tus est Quid aliud sentiri potest nisi
quod pre ceteris locis in eius terra in insulis
eructuante igne tormentorum olle pa-
tuerunt Que ut solent narrare
qui noverunt laxatis quotidie sini-
bus excrescunt ut mundi termino
propinquante quanto certum est illuc
amplius exurendos colligi tanto
eadem tormentorum loca indicantur
apparere Quod deus omnipotens ad correp-
tionem vivencium in hoc voluit mūdo
ostendi ut mentes infidelium que
tormenta inferni esse nō credunt tor-
mentorum loca videant que audita
credere recusant Quorum vero electi seu re-
probi quorum communis causa in opere
fuit etiam ad loca communia deducantur
verba veritatis nobis satisfacerent etiam
si exempla deessent Ipsa quippe
propter electos in euangelio veritas dixit
In domo patris mei mansiones mul-
te sunt Si enim dispar retributio
in illa beatitudine eterna nō esset
una potius mansio quam essent
Multe ergo mansiones sunt in quibus
et distincti bonorum ordines propter
meritorum consortium communiter letentur
et tamen unum denarium omnes la-
borantes accipiunt qui in multis
mansionibus distinguntur quia et una
beatitudo quam illic percipiunt et dispar
retributionis qualitas est quam per opera
diuersa consequuntur Que minirum
qualitas veritas iudicii sui die
denuncians ait Tunc dicam mes-
soribus Colligite primum zizania
et ligate fasciculos ad comburendum
Messores quippe angeli zizania
ad comburendum in fasciculos li-
gant cum pares paribus in tormentis
similibus sociantur ut superbi cum
superbis luxuriosi cum luxurio-
sis cupidi cum cupidis fallaces
cum fallacibus invidi cum invidis
infideles cum infidelibus ardeant
Cum ergo similes in culpa ad tor-
menta similia adducuntur quia eos
in locis penalibus angeli deputant
quasi zizaniorum fasciculos ad com-
burendum ligant etc. Petrus XXXVII
Huc inquisitoris mei Responsionis satisfactione patuit
causa rationis Sed quidnam est quaeso
te quod nō nulli quasi per errorem extra-
huntur e corpore ita ut facti exani-
mes redeant et eorum quibusdam quod audisse
se dicat quia ipse nō fuit qui
erat missus deducitur etc. Gregorius De restitutione petri et ste-
phani et visione cuiusdam militis
Hoc cum fit petre si bene pen-
ditur non error sed ammonitio est

Superna enim pietas ex magna misericordie sue largitate disponit ut nonnulli etiam post exitum repente ad corpus redeant et tormenta inferni que audita non crediderant saltem visa pertimescant. Nam quidam Illiricianus monachus qui in hac urbe mecum vivebat in monasterio michi narrare consueverat quod quodam tempore cum adhuc in heremo moraretur agnovit quod Petrus quidam monachus ex regione ortus Hiberie qui cum eo in loco vaste solitudinis cui Evasa nomine est inherebat sicut ipso narrante didicerat, priusquam heremum peteret molestia irruente corporis defunctus. Sed protinus corpori restitutus inferni supplicia et innumera flammarum loca vidisse testabatur. Qui etiam quosdam huius seculi potentes in eisdem flammis suspensos vidisse se narrabat. Qui cum defunctus esset et in illis mergeretur subito angelum clarissimi habitus apparuisse se fatebatur qui eum in ignem mergi prohibuit. Cui etiam dixit: Egredere et qualiter tibi post hec vivendum sit cautissime attende. Post quam vocem paulatim recalescentibus membris evigilans eterne mortis sompno cuncta que illic gesta fuerant narravit, tantisque se vigiliis et ieiuniis constrinxit ut inferni eum vidisse et timuisse tormenta, etiam si lingua taceret, conversatio loqueretur.

§ xxxvij De eo qui ductus fuit ad loca infernalia

Sed omnipotentis Dei mira largitate in morte actum est ne moreretur. Sed quia humanum cor valde durum est, ipsa quoque penarum ostensio eque utilis non est. Nam illustris vir Stephanus quem bene nosti de se ipso michi narrare consueverat quod in Constantinopolitana urbe per quandam causam demoratus molestia corporis superveniente defunctus est. Cumque medicus et pigmentarius ad aperiendum eum atque condiendum esset quesitus et die eodem minime inveniretur, subsequenti nocte iacuit corpus inhumatum. Qui ductus ad inferni loca vidit multa que prius audita non crediderat. Sed cum presidenti illic iudici presentatus fuisset, ab eo receptus non est, ita ut diceret: Non hunc deduci sed Stephanum ferrarium iussi. Qui statim reductus in corpore est, et Stephanus ferrarius qui iuxta eum habitabat eadem hora defunctus est. Sicque probatum est vera fuisse verba que audierat, dum hec effectus mortis Stephani demonstravit. Ante triennium quoque in hac pestilentia que urbem hanc clade vehementissima depopulavit, in qua etiam corporali visu sagitte celitus venire et singulos quosque ferire videbantur, idem Stephanus sicut nosti defunctus est. De illo qui trahebatur sursum per angelos et per dyabolos deorsum etc.

Quidam vero miles in hac eadem urbe nostra percussus ad extrema pervenit. Qui eductus e corpore exanimis iacuit, sed citius rediit, et cum eo que fuerant gesta narravit. Aiebat enim, sicut tunc res eadem multis innotuit, quia erat pons sub quo niger et caliginosus fetoris intollerabilis nebulam exalans fluvius decurrebat. Transacto autem ponte amena erant prata atque virentia odoriferis herbarum floribus adornata, in quibus albatorum hominum conventicula esse videbantur, tantusque in loco eodem odor suavitatis inerat, ut ipsa suavitate fragrancia illic deambulantes et habitantes satiaret. Ibi mansiones diversorum singule magnitudine lucis plene. Ibi mire potentie domus edificabatur que aureis videbatur lateribus construi, sed cuius esset non potuit agnosci. Erant vero super ripam dicti fluminis nonnulla habitacula sed

alia exurgentis fetoris nebula tangebantur, alia autem exurgens fetor a flumine minime tangebat. Hec vero erat in predicto ponte probatio, ut quisquis per eum iniustorum vellet transire in tenebroso fetentique flumine laberetur. Iusti vero quibus culpa non obsisteret securo per eum gressu ac libere ad amena loca perveniunt. Ibi etiam se Petrum ecclesiastice familie maiorem qui ante quadriennium defunctus est, deorsum positum in locis teterrimis magno ferri pondere ligatum ac depressum vidisse testatus est. Qui dum requireret cur ita esset, ea dixit se audisse que nos qui eum in hac ecclesiastica domo novimus, scientes eius acta recolimus. Dictum namque est: Hec ideo patitur, quia si quid ei pro facienda ultione iubebatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio quam obediencia serviebat. Et sic fuisse nullus qui eum noverit ignorat. Ibi etiam quendam peregrinum presbiterum se vidisse fatebatur, qui ad predictum pontem veniens tanta per eum auctoritate transiit quanta et hic sinceritate vixit. In eodem quoque ponte hunc quem predixi Stephanum se recognovisse testatus est. Qui dum transire voluisset, pes eius lapsus est, et ex medio corpore iam extra pontem deiectus a quibusdam teterrimis viris ex flumine surgentibus per coxas deorsum, et a quibusdam albatis et speciosis viris cepit per brachia sursum trahi. Cumque hoc luctamen esset et boni spiritus hunc sursum et mali deorsum traherent, ipse qui hec videbat ad corpus reversus est, et quid de eo plenius gestum sit minime cognovit. Qua in re de eiusdem Stephani

vita datur intelligi quod in eo mala carnis cum elemosinarum operatione certabant. Qui enim per coxas deorsum et per brachia trahebatur sursum, patet nimirum quia elemosinas amaverat, et carnis vitiis perfecte non restiterat, que eum deorsum trahebant. Sed in illo occulti arbitrii examine quid in eo vicerit, et nos et eum qui vidit latet. Constat tamen quia ipse Stephanus postquam sicut superius narravi et loca inferni vidit, et ad corpus reversus est, perfecte se minime correxit, qui post multos annos de corpore adhuc ad certamen vite et mortis exiit. De re colligitur quia ipsa quoque inferni supplicia cum demonstrantur aliis hoc adiutorium, aliis ad testimonium, ut iusti videant mala que caveant, a mali amplius puniantur, qui inferni supplicia nec visa nec cognita vitare voluerunt. Petrus

Quid est hoc queso te, quia in amenis locis cuiusdam domus laterculis aureis edificari videbatur? Ridiculum valde est si credimus quod in illa vita adhuc metallis talibus egeamus. Gregorius

Quis hoc si sanum sapit intelligat? Sed ex eo quod illic ostensum est, cuius quidem ille est cui mansio ita construitur, datur aperte intelligi quid sit quod hic operabatur. Nam qui premium lucis eterne elemosinarum largitione promeretur, nimirum constat quod edificat mansionem suam auro. Quod cum superius memoriam meam fugit, ne dicerem, idem miles qui hec vidit narravit quod eosdem laterculos aureos ad edificationem domus senes ac iuvenes puelle et pueri ferebant. Qua ex re colligitur quia hi quibus hic pietas facta est, ipsi illic operatores esse videbantur. Gregorius De illo

cuius domus sabbato edificabatur

Sit etiam iuxta nos quidam
Deusdedit nomine religiosus
habitabat qui calciamenta solebat
operari. de quo alter per reuelationem
vidit quod domus eius edificabatur
sed in ea constructores sui solo
die sabbati uidebantur operari. Qui
vir eius dum vitam postmodum sub-
tiliter inquireret inuenit quia ex his
que diebus singulis laborabat
quicquid ex victu et vestitu super-
esse potuisset die sabbati ad
beati petri ecclesiam deferre consue-
uerat et indigentibus erogare.
Qua ex re perpende quia non in-
merito domus ipsius fabrica die
sabbati crescebat etc. *Petrus*

Hac de re michi per omnia ui-
deo satisfactum. Sed queso
quid esse dicimus quod quorundam
habitacula fetoris nebula tangebantur
quorundam tangi non poterant. vel
quod pontem et quid est quod flu-
vium vidit etc. *Gregorius*

Ex rerum petre ymaginibus
pensamus multa causarum
Per pontem quippe ad amena
loca iustos transire aspexit
quia angusta valde est semita
que ducit ad vitam. Et fetentem
decurrentem fluvium vidit quia
ad yma defluit cotidie car-
nalium hic putredo viciorum.
Et quorundam habitacula fetoris
nebula tangebat. Quorundam vero
abesse non poterant. Quia sunt
plerique qui multa iam bona opera
faciunt. sed tamen adhuc carna-
libus vitiis in cogitationibus
et delectatione tanguntur. Et iustum
valde est ut illic nebula fe-
toris ardeat quos hic adhuc
carnalis fetor delectat. Unde et caude
delectationem carnis esse in fetore beatus
Job conspiciens de luxurioso ait lubrico
sententiam protulit dicens. Dulcedo illius
vermis. Qui vero perfecte cor ab omni de-
lectatione carnis excuciunt constat minime
quod eorum habitacula fetoris nebula non
tanguntur. Et notandum quod ipse fetor esse
et nebula visa sit. quia nimirum carnalis
delectatio mentem quam inficit obscurat
ut veri luminis claritatem non videat. sed
unde delectatur infimis inde caligine
ad superna patitur etc. *Petrus*

Putamus ne *Capitulum xxxviii*
hoc patiatur aliter sacri eloquii
posse inveniri ut culpe carnalium
fetoris pena puniantur etc. *Gre-
gorius De Sodomitis etc.*

Potest. Nam libro genesis scrip-
ture testante didicimus quia super Sodo-
mitas dominus ignem et sulfur pluit
ut eos ignis incenderet et fetor
sulphuris necaret. Quia enim
amore illicito corruptibilis carnis
arserant simul incendio et fetore
perierunt. quatenus in pena cognoscerent
quia eterne morti fetoris sui se
delectatione tradidissent etc. *Petrus*

De hijs in quibus dubius fui
nil michi fateor questionis
remansit. *Gregorius Quod quedam
anime adhuc in corporibus posite
aliquid penale de spiritualibus*

Sciendum est quia *videntur etc.*
nonnumquam anime adhuc in suis
corporibus posite penale aliquid de
spiritualibus vident. Quod tamen quibusdam
ad edificationem suam. quibusdam vero ad edi-
ficationem audientium contingere solet.
Nam hijs de quo in omeliis coram
populo narrasse me memini inquietus
valde Theodorus nomine puer

fuit qui in meo monasterio fratrem
suum magis necessitate quam voluntate
secutus est. Cui nimirum grave erat
si quis ei aliquid pro sua salute lo-
queretur. Bona vero non solum facere
sed etiam audire poterat. Numquam se ad
sancte conversationis habitum venire
iurando irascendo deridendo te-
stabatur. In hac autem pestilentia
que nuper huius urbis populum ex
magna parte consumpsit percussus in
inguine est et perductus ad mortem.
Et cum extremum spiritum ageret convene-
runt fratres ut egressum illius orando
protegerent. Iam corpus eius ab extre-
ma parte fuerat premortuum in solo
tantummodo pectore vitalis calor ta-
lor adhuc anhelabat. Cuncti
autem fratres tanto enixius pro eo cepe-
runt orare quanto eum iam videbat
sub celeritate discedere cum repente
cepit hiisdem fratribus assistentibus
clamare et cum magnis vocibus
orationes eorum interrumpere dicens. Re-
cedite recedite ecce draconi ad
devorandum datus sum qui propter ve-
stram presentiam me devorare non
potest. Caput meum iam in ore suo
absorbuit. Date locum ut amplius
me non cruciet sed faciat quod factu-
rus est. Si enim ad devorandum
datus sum quare propter vos moras pa-
tior. Tunc fratres ceperunt ei dicere
Quid est quod loqueris frater. Signum tibi
sancte crucis imprime. Respon-
debat ille cum magnis clamoribus
dicens Volo me signare sed
non possum quia squamis huius dra-
conis premor. Cumque fratres hec au-
dirent prostrati in terram cum lacri-
mis ceperunt pro ereptione illius
vehementius orare. Et ecce eger
subito cepit liberari et magnis
vocibus clamare dicens Gratias
ago Deo quia ecce draco qui me
ad devorandum acceperat fugit ora-
tionibus vestris expulsus est stare non
potuit. Pro peccatis meis modo
intercedite quia paratus sum secularem
vitam funditus relinquere. Homo
ergo qui sicut iam dictum est ab ex-
trema fuerat parte corporis mortuus
reservatus ad vitam corde toto ad
Deum conversus est. Et postquam diu
mutatus mente diu est flagel-
lis attritus tunc anima eius car-
ne soluta est. At contra Crisaurius
sicut prius propinquus illius cuius
iam superius memoriam feci nar-
rare consueverat. Vir in mundo
hoc valde dives erat sed tamen ple-
nus vitiis quantum rebus superbia
tumidus carnis sue voluptatibus
subditus in acquirendis rebus avaritie
facibus accensus. Sed cum tot malis
Dominus finem imponere decrevisset
corporali hunc molestia percussit.
Qui ad extrema veniens eadem
hora qua iam de corpore exiturus erat
apertis oculis vidit tetros et nigerri-
mos spiritus coram se assistere
et vehementer imminere ut ad in-
ferni claustra se rapere cepit
tremere ac pallescere sudare et
magnis vocibus inducias petere
filium suum nomine Maximianum quem
ipse iam monachus monachum vidi ni-
miis et turbatis clamoribus vocare
dicens Maximiane curre. Numquam
tibi aliquid male feci in fide tua
me suscipe. Turbatus mox Ma-
ximianus affuit lugens et perstrepens
etiam familia convenit. Eos quos

ille insistentes contra semetipsum tollerauerat ipsi spiritus malignos uidere non poterant / sed eorum presentiam et confusione et pallore et tremore illius qui uidebat. Pauor autem eorum ymaginis huc illucque uertebatur in lectulo. Iacebat in sinistro latere et in aduersum. Cumque constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret cepit magnis uocibus clamare. Indutias uel usque mane / indutias uel usque mane. Sed cum hec clamaret in ipsis uocibus de sue carnis habitaculo euulsus est. De quo nimirum est et constat quia ista nobis non sibi uidit / ut eius uisio nobis proficiat quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem uidisse et indutias petisse quid profuit qui easdem indutias quas petiit non accepit etc.

De simulato ieiunio etc.

Est etiam nunc apud nos Anathasius ysaurie presbiter qui diebus suis rem terribilem narrat euenisse. Ibi namque ut ait quoddam monasterium Galatorum dicitur in quo quidam monachus magne estimationis habebatur. Bonus quippe esse uidebatur moribus et in omni conuersatione sua compositus. Sed sicut ex fine res patuit longe aliter quam apparuit fuit. Nam cum se ieiunare cum fratribus demonstraret / occulte manducare consueuerat. Quod eius uitium fratres omnino nesciebant. Sed corpus superueniente molestia ad extrema uite perductus est. Cumque uenisset ad finem fratres omnes ad se conuocari fecit. At illi ut putabant uiro tali moriente magnum quid et delectabile se ab eo audire crediderunt. Quibus ipse afflictus et tremens compulsus est prodere cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit. Quando me uobiscum ieiunare credebatis occulte comedebam. Et nunc ad deuorandum draconi datus sum qui cauda sua genua mea et pedes colligauit. Caput uero suum intra os meum mittens spiritum meum ebibens abstrahit. Quibus dictis statim defunctus est / et ut penitendo liberari potuisset draconem quem uidit expectatus non est. Quod nimirum constat / quia ad solam utilitatem audientium uidit qui cum hoste cui traditus fuerat innotuit et non euasit etc.

Petrus xxxix. Doceri uelim si post mortem purgatorius ignis esse credendus est.

Gregorius. An ignis purgatorius sit etc.

In euangelio dominus dicit. Ambulate dum lucem habetis. Et per prophetam ait. Tempore accepto exaudiui te / et in die salutis adiuui te. Quod paulus apostolus dicit. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Et salomon ait. Quodcumque potest manus tua facere instanter operare. Dauid etiam ait. Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sententiis constat quia qualis hinc quisque egreditur talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium ignis purgatorius credendus est. Pro eo quod ueritas dicit. Quia si quis in spiritu sancto blasphemauit / neque in hoc seculo

remittetur ei neque in futuro. In qua
sententia datur intelligi quasdam culpas in
hoc seculo quasdam in futuro posse
laxari. Quod enim de uno negatur
consequens intellectus patet quia de
quibusdam conceditur. Sed tamen ut predixi
hoc de parvis minimisque peccatis fieri
posse credendum est, sicut est assiduus
ociosus sermo, immoderatus risus
et peccatum cure rei familiaris que vix
sine culpa vel ab ipsis agitur qui cul-
pas qualiter declinare debeant sciunt
aut non in gravibus rebus error igno-
rancie que cuncta etiam post mortem
gravant si adhuc in hac vita po-
sitis minime fuerint relaxata. Nam
cum Paulus dicat Christum esse funda-
mentum et subiungat, si quis edi-
ficaverit super hoc fundamentum aurum
argentum lapides preciosos ligna
fenum stipulam, uniuscuiusque opus quale
sit ignis probabit. Si cuius opus mana-
serit quod superedificaverit mercedem
accipiet. Si cuius opus arserit
detrimentum patietur. Ipse autem
salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Quamvis
hoc de igne tribulacionis in hac vi-
ta nobis adhibito possit intelligi,
tamen si quis hoc de igne purgacio-
nis future accipiat pensandum
est sollicite quia dixit per illum igne
posse salvari, non qui super hoc fun-
damentum ferrum vel plumbum edifi-
cat, id est peccata maiora, et idcirco
duriora, et tunc iam insolubilia,
sed ligna fenum stipulam id est mi-
nima et levia que ignis facile con-
sumat. Hoc tamen sciendum est quia illic sal-
tim de minimis nil quisque pur-
gacionis obtinebit nisi hec actibus
bonis in hac adhuc vita positus
ut illic obtineat promeruerit. Nam (C. xl)
cum adhuc essem iuvenculus et in lai-
co habitu constitutus narrare a maio-
ribus et scientibus audivi quod Pascha-
sius huius sedis apostolice diaconus
cuius apud nos rectissimi et lucu-
lenti de spiritu sancto libri extant mire
sanctitatis vir fuit elemosinarum
maxime operibus vacans cultor
pauperum et contemptor sui. Sed hic
in ea contencione que tempore in aede sacre
zelo fidelium inter Simachum atque
Laurencium facta est ad pontificatus
ordinem Laurencium elegit, et omnium
post unanimitate superatus in sua
tamen sententia usque in die exitus
sui perstitit amando illum et pre-
ferendo quem episcoporum iudicio preesse sibi
ecclesia refutabat. Hic itaque cum
temporibus Simachi presulis sedis aposto-
lice esset defunctus eius dalma-
ticam feretro superpositam demoniacus
tetigit staticque salvatus est. Post
multum vero temporis Germano Capua-
no episcopo sicut prius cuius memoriam feci
medici pro salute corporis dictaverunt
ut in Angulanis termis lavari
debuisset. Cumque ingressus easdem
termas Paschasium diaconum
stantem et obsequentem in caloribus
invenit. Quo viso vehementer
extimuit et quid illic tantus vir
faceret inquisivit. Cui ille respondit:
Pro nulla alia causa in hoc penali
loco deputatus sum nisi quia in parte
Laurencii contra Simachum sensi.
Sed queso te dominum pro me deprecare
et in hoc cognosces quod exauditus sis
si huc rediens me non inveneris.
Qua de re vir domini Germanus
reddit se in precibus constrinxit et
post paucos rediit dies, sed predictum
Paschasium in loco eodem minime inve-
nit. Quia enim non malicie sed
errore ignorancie peccavit post
mortem purgari potuit a peccato.

Quod tamen credendum est quia
ex illa elemosinarum suarum largitate
hoc optinuit, ut tunc potuisset prome-
ri veniam cum iam nil posset opera-
ri etc. Petrus 2v xli

Quid est hoc queso te quod in his
extremis temporibus tam multa de
animabus clarescunt que ante latuerunt
ita ut apertis revelationibus et ostensionibus
seculum venturum inferre se nobis et
aperire videatur Gregorius

Ita est Nam quantum presens propinquat
ad finem tantum futurum seculum ipsa iam
propinquitate tangitur signis et manife-
stationibus aperitur Quia enim cogi-
tationes nostras in hoc seculo vicissi-
mum minime videmus in illo autem vicissim
in alterutrum corda conspicimus quid
seculum hoc nisi noctem, et quid futurum
nisi diem dixerim Sed quemadmodum
cum nox finiri et dies incipit oriri
ante solis ortum modo aliquo tenebre
cum luce mixte sunt quousque disce-
dentis noctis reliquie in luce diei
subsequentis perfecte vertantur Ita huius
finis mundi cum iam futuri seculi
exordio commiscetur atque ipse reli-
quiarum eius tenebre quadam iam rerum
spiritualium permixtione translucent
et que illius mundi sunt multa
iam cernimus sed necdum perfecte cogno-
scimus quia quasi in quodam mentis cre-
pusculo hec velut ante solem vide-
mus Petrus 2a

Placet quod dicis Sed de tanto
viro Paschasio animum hic ad que-
stionem movet et quod post mortem
ad penalem locum deductus est cuius
feretri vestis tantum potuit maligni
ut spiritus ab obsesso homine fuga-
rentur Gregorius

Hac in re magna dei omnipo-
tentis dispensatio et quam
multiplex sit cognosci cuius iudi-
cio actum est ut isdem vir pa-
schasius ut ipse intus aliquantulum
temporis reciperet quod peccasset et tamen ante
humanos oculos mira per corpus suum
faceret qui ante mortem eis quoque con-
sistentibus pia opera fecisset ut nec
hii qui in bona eius viderant de ele-
mosinarum illius estimatione fallerentur
neque ipsi sine ultione laxaretur culpa
quam nec esse culpam credidit et
ideo hanc fletibus non extinxit Petrus xlii

Perpendo quod dicis ve-
rumtamen hac ratione constrictus
non solum que intelligo sed ipsa etiam
que in me non intelligo cogor peccata
formidare Sed queso quia paulo
superius sermo de locis penalibus
inferni versabatur ubi nam esse infernum
putas super terram an sub terra cre-
dendus est etc. Gregorius de situ
inferni

De hac re temere diffinire non
audeo Nam nonnulli in terrarum
parte infernum esse putaverunt alii vero
hunc sub terra esse estimant Sed
tamen hoc animum pulsat quia si idcirco
infernum dicimus quia inferius iacet
quod terra ad celum hoc est esse
infernum debet ad terram Unde fortas-
se per psalmistam dicitur Liberasti animam
meam ex inferno inferiori ut inferius
superior terra Infernus vero inferior
sub terra esse videatur Et iohannis
vox in ea estimatione concordat
qui cum signatum librum septem
sigillis diceret quia nemo inventus
est dignus neque in celo neque in terra
neque subtus terram aperire librum
et solvere signacula eius subiunxit
adiunxit Et ego flebam multum
Qui tamen postmodum librum per
leonem de tribu iuda dicit aperiri
In quo videlicet libro quid aliud quam
sacra scriptura signatur quam solus
redemptor noster aperuit qui homo

factus moriendo resurgendo ascen-
dendo in celum cuncta inferni claustra que
in eo fuerant clausa patefecit. Sed
nullus in celo, quia neque angelus
et nullus in terra quia neque homo
vivens in corpore, nullus subtus terram
dignus inventus inventus, quia neque
anime corpore exute. Dum aperi-
re nobis sacri eloquii secreta po-
tuerunt. Cum ergo ad solvendum
librum nullus subtus terram inventus dignus
dicitur, quid obstet non video ut sub-
terra esse infernus credatur etc.
Queso te. Dialogus. Petrus
Unus esse gehenne ignis credendus
est an non quanta peccatorum diversitas
est, quanta peccatorum diversitas est tanta
quoque existimanda sunt et ipsa
incendia esse preparata etc. Gre-
gorius de igne inferni et pur-
gatorii. Si unus sit gehenne ignis
an diversi etc. xliii
Unus quidem est gehenne ignis
sed non uno modo cruciat
peccatores. Uniuscuiusque etenim quan-
tum exigit culpa tantum illic sen-
tiet. Nam sicut in mundo hoc sub
uno sole multi consistunt, nec
tamen eiusdem solis ardorem equa-
liter sentiunt, quia alius plus estuat
et alius minus. Ita illic in uno
igne non est unus modus incendii
quod hic diversitas corporum, hoc il-
lic agit diversitas peccatorum, ut et
ignem non dissimilem habeant, et
tamen eosdem singulos dissimili-
ter cruciat etc. Petrus xliiii
Nunquidnam queso te dicimus
eos qui semel mersi illic fue-
rint semper arsuros. Gregorius
Constat nimis et incunctanter
verum est quia sicut finis non
est in gaudio bonorum ac si finis
non est in tormento malorum. Nam
veritas dicit. Ibunt hii in
supplicium eternum, iusti autem in vitam
eternam. Quia igitur verum est quod
promisit, falsum procul dubio non erit
quod deus minatus est etc. xlv
Quid si quis di. Petrus
cat. Ideo deus eternam penam
peccantibus minatus est ut eos a perpe-
tratione compesceret. Gregorius
Si falsum est quod minatus
est deus ut ab iniustitia cor-
rigeret etiam est falsa pollicitus
ut ad iustitiam provocaret. Sed quis
hoc dicere vel insanus audeat.
Et si minatus est quod non erat im-
pleturus, dum asserere eum misericordem
volumus fallacem quod dici nefas
est predicare compellimur etc. Petrus
Scire vellem quomodo iustum sit ut
culpa que cum fine perpetrata est
sine fine puniatur. Gregorius
Hoc recte diceretur si districtus
iudex non corda hominum sed facta
pensaret. Iniqui enim ideo cum
fine peccaverunt, quia cum fine vixerunt.
Nam voluissent utique si potuissent
sine fine vivere ut potuissent sine
fine peccare. Ostendunt enim quia
in peccato semper vivere cupiunt qui nunquam
desinunt peccare dum vivunt. Ad
magnam ergo iustitiam iudicantis
pertinet ut nunquam careant supplicio
qui in hac vita nunquam voluerunt
carere peccato etc. Petrus
Sed nullus iustus crudelitate
pascitur et delinquens servus
a pio domino ideo cedi precipitur
ut a nequitia corrigatur. Ad hoc
ergo vapulat ut emendari debeat. Sed
iniqui gehenne ignibus traditi si ad
correctionem non perveniunt quo fine
semper ardebunt. Gregorius
Omnipotens deus quia pius est
miserorum non pascitur cruciatu

quia autem iniustus est ab iniquorum ultione impetum non sedatur. Sed iniqui omnes eterno supplicio deputati sua iniquitate puniuntur, et tamen ad aliquid ardebunt, scilicet ut iusti omnes in deo gaudeant et in malis respiciant supplicia que evaserunt, quatenus tanto magis eternum divine gracie debitores esse se cognoscant, quanto eternum mala puniri conspiciunt que eius adiutorio vicerunt etc. **Petrus**

Et ubi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint non orabunt quibus dictum est Orate pro inimicis vestris etc.

Gregorius

Orant pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam penitentiam corda eorum convertere et ipsa conversione salvare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est nisi quod ait apostolus Ut det illis deus penitenciam ad agnoscendam veritatem et resipiscant a dyaboli laqueis a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Quomodo vero pro illis tunc orabunt, qui iam nullatenus tunc possunt ad iusticie opera ab iniquitate commutari. Eadem igitur causa est cur non oretur tunc pro hominibus igni eterno deputatis quia nunc etiam causa est ut non oretur pro dyabolo et angelis suis supplicio eterno deputatis. Que nunc etiam causa est ut non orent sancti pro infidelibus et impiis defunctis nisi quia de eis quos eterno supplicio deputatos noverunt iam ante iusti iudicis conspectum orationis sue meritum cassari refugiunt. Quod si nunc quoque viventes iusti mortuis et dampnatis iniustis minime compatiuntur, quando adhuc aliquid de sua carne iudicabile se se perpeti ipsi noverunt, quanto districtius iniquorum tormenta respiciunt quando ab omni vicio corruptionis exuti iam ipsi iusticie vicinius et arcius inheserunt. Sic quippe eorum mentes per hoc quod iustissimo iudici inherent vis districtionis absorbet ut omnino eis non libeat quicquid quod ab illius eterne regule subtilitate discordat.

Quod anima immortalis dicitur que morte eterna punitur. Petrus xlvi

Non est iam quod rudere debeam aperte racioni. Sed hec nunc mentem questio movet quomodo anima immortalis dicitur dum constat quod in perpetuo igne moriatur. **Gregorius**

Quia duobus modis vita dicitur duobus modis etiam mors debet intelligi. Aliud est namque quod vivimus in deum, aliud vero quod in hoc quod conditi et creati sumus, id est aliud est beate vivere, aliud essencialiter. Anima itaque et mortalis esse et immortalis intelligitur. Mortalis quippe quia beate vivere amittit. Immortalis vero quia essencialiter numquam vivere desinit et nature sue vitam perdere non valet nec cum in perpetua morte fuerit dampnata. Illic enim posita beate esse perdidit, perdit, sed esse non perdit. Ex qua re semper cogitur ut et mortem sine morte et defectum sine defectu et finem sine fine patiatur, quatenus ei et mors immortalis sit, et defectus non deficiens et finis infinitus. **Petrus xlvii**

Quis hanc tam inexplicabilem dampnationis sentenciam cuiuslibet sit operis ad exitum veniens non pertimescat. Nam si iam novit quid egit tamen adhuc sentit eius quam subtiliter iudicetur ignorat.

De quodam sancto viro qui mortem valde expavit. Gregorius

Ut asseris ita est. Sed plerumque de culpis minimis ipse solus pavor egredientes animas iustorum purgat, sicut narrari de quodam

sancto viro metum fregerit audi-
sti, qui ad mortem veniens vehe-
menter timuit, sed post mortem
discipulis in stola alba apparuit
et quomodo per celum sit susceptus indicavit

Quod deus quosdam in morte
corroborat ne timeant

Novimus quia verus omnipotens deus trepi-
dantium mentes prius quibusdam
revelationibus roborat ut in morte
minime pertimescant. Nam quidam
frater mecum in monasterio Anthonius
nomine vivebat, qui multis et quoti-
dianis lacrimis ad gaudia patrie ce-
lestis anhelabat. Cumque studiosis-
sime et cum magno fervore desiderii
sacra eloquia meditaretur, non in
eis verba scientie sed fletum compunctionis
querebat, quatenus per hec excitata mens
eius mundum desereret et yma deserens
ad regionem celestis patrie per contempla-
tionem volaret. Huic per visionem noctur-
nam dictum est: Paratus esto, dominus
iussit, migra. Cumque ille non habere
se sumptus ad migrandum diceret,
rursum protinus audivit dicentis:
Si de peccatis tuis agitur, dimissa sunt.
Quod dum semel audisset, et magno
adhuc metu trepidaret, nocte alia
eisdem verbis est ammonitus, et post quinque
dies febre correptus cunctis fratribus
flentibus et orantibus defunctus est.

xlvii

Alius etiam in eodem monasterio dicebatur
Merulus, orationibus et lacrimis
vehementer intentus, psalmodia vero
ex ore illius pene nullo tempore cessare
consueverat, excepto tamen aut alimenta
corpori aut membra dedisset sopori.
Huic per visionem nocturnam apparuit
quasi ex albis floribus corona de celo
in caput eius descendit. Qui mox
corporis molestia occupatus cum anime
securitate et hylaritate defunctus est.
Ad cuius sepulcrum dum Petrus qui
nunc in monasterio preest sepulturam sibi
facere post annos quatuordecim vo-
luisset, tanta ut asserit de eodem se-
pulcro fragrantia suavitatis ema-
navit ac si illic omnium florum fuis-
sent odoramenta congregata.
Ex qua re manifesta patuit quam
verum fuit quod per visionem nocturnam
vidit. Alius quoque in eodem
monasterio Iohannes dictus est, magne
indolis iuvenis, qui etatem suam
intellectu et humilitate, dulcedine
et gravitate transibat. Hunc egrotan-
ti et ad extrema deducto per vi-
sionem nocturnam quidam senex appa-
ruit et hunc virga tetigit eique dixit:
Surge, ex hac enim molestia mi-
nime modo morieris, sed paratus esto
quia longum tempus hic facturus non es.
Qui cum iam desperatus a medicis
repente sanatus est, atque convaluit,
rem quam viderat narravit, seque
per biennium in dei servicio sicut prediximus
ultra etatis sue annos exhibuit.
Ante hoc vero triennium cum quidam fra-
ter fuisset mortuus et in eiusdem monasterii
cimiterio a nobis sepultus, cunctis
nobis abeuntibus de cimiterio exeuntibus
ipse Iohannes sicut post modum pal-
lens ac tremens indicavit, illic
nobis discedentibus inventus abeo-
dem qui mortuus fuerat de sepulcro
vocatus est. Quod mox etiam subse-
quens eventus docuit. Nam post dies de-
cem invasus febribus carne solu-
tus est etc. Petrus: An som-
pnia sint observanda an non
et quot sint modi sompniorum

xlviii

Noscere vellem si hoc quod per noctur-
nas visiones ostenditur debeat
observari. Gregorius
Sciendum Petre est quod sex modis
tangunt animam ymagines

somniorum. Aliquando namque somnia ventris plenitudine vel inanitate, aliquando vero illusione, aliquando cogitatione simul et illusione, aliquando revelatione, aliquando vero cogitatione simul et revelatione generantur. Sed duo quae prima diximus omnes experimento cognoscimus. Subiuncta autem quattuor in sacrae scripturae paginis invenimus. Somnia etenim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc vir sapiens indicaret dicens: Multos errare fecerunt somnia et exciderunt sperantes in illis. Vel certe: Non augurabimini nec observabitis somnia. Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostenditur quae auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent, vir sapiens non dixisset: Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex misterio revelationis orirentur, Ioseph praeferendum se fratribus somnio non videret, nec sponsum Mariae ut ablato puero in Egyptum fugeret per somnium angelus admoneret. Rursum nisi aliquando somnia cogitatione simul et revelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor visionem disserens a radice cogitationis inchoasset dicens: Tu rex cogitare coepisti in stratu tuo quid esset futurum post haec, et qui revelat misteria ostendit tibi quae ventura sunt. Et paulo post: Videbas et ecce quasi statua una grandis etc. Itaque dum Daniel somnium narrat, quod ortum sit ex cogitatione manifestat, et patenter ostenditur quia haec plerumque ex cogitatione simul et revelatione generantur.

Sed nimirum cum tot rerum qualitatibus somnia alternant, tanto eis credi difficilius debet, quanto et ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sancti autem viri inter illusiones et revelationes ipsas visionum voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut sciant vel quid a bono spiritu percipiant vel quid ab illusione patiantur. Nam si erga haec mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatibus immerget, qui nonnumquam solet vera praedicere ut valeat ad extremum animam ex aliqua falsitate laqueare. Nam cuidam nostrorum nuper ctu in est contigisse, qui somniis vehementer attendebat: ei per somnium longa huius vitae spatia promissa sunt. Cumque multas pecunias pro longioris vitae stipendiis collegisset, ita repente defunctus est ut intactas relinqueret omnes, et ipse secum nihil boni operis portaret etc.

Petrus

Qms est ille sicut memini, sed quaeso te ea quae coepimus exsequamur. Putamusne animabus aliquid prodesse si mortuorum corpora in ecclesiis fuerint sepulta.

Gregorius

Quos gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in ecclesiis sepeliantur, quod eorum proximi quoties ad eadem sacra loca conveniunt, suorum quorum sepulcra conspiciunt recordantur, et pro eis preces domino fundunt. Nam quos gravia peccata deprimunt, non ad absolutionem sed potius ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in ecclesiis ponuntur. Quod nobis melius ostendimus, si ea quae diebus nostris sunt gesta breviter

quartus. De sanctimoniali que per incendium secta fuit. Vir namque vite venerabilis Felix Portuensis episcopus in Sabinensi provincia ortus et nutritus est. Quandam sanctimonialem feminam in eodem loco fuisse testatur que mentis quidem continentiam habuit sed lingue procacitatem et stultiloquium non declinavit. Hec igitur defuncta est et in ecclesia sepulta. Nocte eadem autem ecclesie custos vidit per revelationem quod educta ante sacrum altare per medium secabatur et pars una illius igne cremabatur pars vero alia intacta remanebat. Cumque hoc surgens mane fratribus narraret et locum vellet ostendere in quo fuerat igne combusta, ipsa flamme combustio ita ante altare in marmoribus apparuit, ac si illic eadem femina corporeo igne fuisset concremata. Ex qua re aperte datur intelligi, quia hii quibus dimissa peccata hic non fuerint ad evadendum iudicium sacris locis post mortem non valent adiuvari etc. Gregorius. De illo qui locum sepulture vendidit. li 2

Iohannes vir magnificus in hac urbe locum prefectorum servans cum veritatis et gravitatis sit nominis quod mihi testatus est Valerianum patricium in civitate Brixa fuisse defunctum. Cui eiusdem civitatis episcopus accepto precio locum in ecclesia prebuit in quo sepeliri debuisset. Idem scilicet Valerianus usque ad etatem decrepitam levis ac lubricus extitit et modum suis pravitatibus ponere contempsit. Sed eadem qua sepultus est nocte beatus Faustinus martir in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum custodi apparuit dicens: Vade et dic episcopo ut proiciat has fetentes carnes quas hic posuit, quod si non fecerit die tricesimo ipse morietur. Hanc visionem custos episcopo timuit confiteri et rursus admonitus declinavit. Die vero tricesimo episcopus eiusdem civitatis cum hora vespertina sanus et incolumis ad lectum rediisset subita et inopinata morte defunctus est. Gregorius. De corpore Valentini quod tractum fuit extra ecclesiam li iiii

Hoc in parti venerabilis frater Venantius Lunensis episcopus et magnificus Liberius vir veracissimus, qui se scire suosque homines interfuisse testantur, eo tempore narrat in Ianuensi urbe contigisse. Namque ut dicunt Valentinus nomine Mediolanensis ecclesie defensor defunctus est, vir valde lubricus et cunctis levitatibus occupatus, cuius corpus in beati Syri martiris ecclesia sepultum est. Nocte autem media facte sunt in eadem ecclesia voces ac si quis exinde violenter repelleretur et traheretur foras. Ad quas mox voces custodes cucurrerunt et viderunt duos teterrimos spiritus qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant et eum ab ecclesia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui scilicet spiritus deterriti ad sua strata reversi sunt. Mane autem facto aperientes sepulcrum in quo idem Valentinus positus fuerat, corpus eius non invenerunt. Cumque extra ecclesiam quererent ubi proiectum esset, hoc in alio sepulcro positum ligatis adhuc pedibus sicut fuerat de ecclesia abstractum. Ex qua re Petre collige quia hii quos peccata gravia deprimunt si in sacro loco se sepeliri faciant restat ut etiam de presumptione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberent, sed temeritatis culpa accuset. De eo qui consumptus fuit igne in sepulcro vestibus illesis permanentibus. Nam quid in urbe contigit ista tinctorum quorum hic habitant plurimi testantur, quod quidam artis eorum primus cum defunctus fuisset in ecclesia beati Ianuarii iuxta portam sancti Laurentii ab uxore sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex sepultura eadem

audiente custode spiritus eius cepit clamare Ardeo, ardeo. Cum vero voces has diu emitteret custos intimavit hoc eius uxori. Uxor vero illius eos qui diligebat misit artis eiusdem viros transmisit ad ecclesiam volens cognoscere qualiter corpus eius esset in sepulchro de quo clamaret. Qui dum aperiens sepulchrum vestimenta quidem intacta reperierunt que inter usque in eadem ecclesia pro eius tante testimonio servantur corpus vero illius omnino non invenerunt, ac si in sepulchro eodem positum non fuisset. Ex qua re colligendum est, quia ultore anima eius dampnata sit ... et caro in ecclesia proiecta. Quid ergo sacra loca sepulturis prosint qui hii qui indigni sunt ab eis ... sacris locis diviniter proiciuntur.

Quid sit quod animabus prosit post mortem peccatum

Quidnam ergo esse poterit quod mortuorum animabus valeat prodesse. — Ut iiii

Si culpe post mortem sunt solubiles sacra oblatio hostie salutaris adiuvare ita ut hoc nonnumquam ipse defunctorum anime videantur expetere. — Gregorius

Nam predictus Felix episcopus a quodam vite venerabilis presbitero qui usque ad biennium vixit et in diocesi Centumcellensis urbis habitavit et ecclesie beati Iohannis que in loco qui Tauriana dicitur sita est preerat cognovisse se asserit quia idem presbiter in eodem loco in quo aque calide nimios vapores faciunt quotiens necessitas corporis exigebat lavari consueverat. Ubi dum die quadam fuisset ingressus invenit quendam incognitum ad verum suum obsequium preparatum qui sibi de pedibus calciamenta abstraheret vestimenta susciperet et exeunti a caloribus sabana prebebet et magno omne ministerium cum magno famulatu pageret. Cumque hoc sepius fieret idem presbiter ad balnea iturus intra semet ipsum cogitans dixit. Viro illi qui mihi solet tam devotissime ad lavandum obsequi ingratus apparere

non debeo sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox ut pervenit ad locum hominem ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque. Et cum vestitus voluisset egredi hoc quod secum detulerat obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit petens petens ut benigne susciperet quod ei caritatis gratia offerret. Cui ille merens afflictusque respondit. Michi ista quare das pater? Iste panis sanctus est. Ego hunc manducare non possum. Me etenim quem vides aliquando loci huius dominus fui sed pro culpis meis hic post mortem dampnatus sum. Si autem mihi vis gratias prestare omnipotenti deo pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis intercedas, et tunc exauditum te esse cognosce cum huc ad lavandum veneris et me minime inveneris. Inquibus verbis disparuit, et is qui esse homo videbatur evanescendo innotuit quia spiritus fuit. Idem vero presbiter ebdomada continua se pro eo lacrimis afflixit salutarem hostiam quotidie obtulit, et reversus post ad balneum iam minime invenit. Quia dum ... quantum prosit animabus sacre oblationis ostenditur quando hanc et ipsi mortuorum spiritus a vivis petunt et signa indicant quibus per eam absoluti videantur.

De monacho proprietario

Sed neque hoc pleniter existimo quod actum in meo monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque monachus Iustus nomine arte medicinali fuerat imbutus qui mihi in eodem monasterio constituto sedule obsequi et in assiduis egritudinibus meis excubare consueverat. Hic itaque languore corporis preventus ad extrema deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater suus corporaliter Copiosus nomine serviebat qui ipse

nunc quoque in urbe hac per eandem artem medicine corporalis vite stipendia sectatur Sed predictus iustus cum se iam ad extrema volvisse cognosceret eidem copioso fratri suo quod occultos tres aureos haberet innotuit Quod nimirum fratribus non potuit celari sed subtiliter perscrutantes et omnia eius medicamenta perscrutantes eosdem tres aureos invenere in medicamine absconsos Quod mox ut mihi nunciatum est tantum malum de fratre qui nobiscum communiter vixerat equanimiter ferre non valui quippe eiusdem mei monasterii regula semper fuerat ut cuncti fratres ita communiter viverent quatenus eis singulis nulla habere propria liceret Tunc nimio merore perculsus cogitare cepi vel quid ad purgationem morientis facerem vel quid ad exemplum viventibus fratribus providerem Precioso igitur eiusdem monasterii preposito ad me accersito dixi Vade ut nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat nec sermonem consolationis ex eorum ore percipiat sed cum in morte fratres quesierit et suus frater carnalis dicat quia pro solidis quos occulte habuit a cunctis fratribus abhominatus sit ut saltem in morte de culpa sua mentem eius amaritudo transverberet et a peccato quod perpetravit purget Cum vero mortuus fuerit corpus eius cum fratrum corporibus non ponatur sed fossam qualemcunque in sterquilinio facite et in eam corpus eius ponite ibique super eum tres aureos quos reliquit iactate simul omnes clamantes Pecunia tua tecum sit in perditione et sic eum terra operite In quibus utrisque rebus unam volui morienti alteram volui viventibus fratribus prodesse ut et illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret et istos avaritie tanta dampnatio misceri in culpa prohiberet Quod ita factum est

Nam cum idem monachus venisset ad mortem atque anxie quereret se fratribus commendare et nullus ex fratribus ei applicare se vellet et loqui Signavit ei carnalis frater suus cur esset abhominatus et indicavit Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit et in ipsa tristicia e corpore exivit Qui ita sepultus est ut dixi Sed fratres omnes ea eius sententia perturbati ceperunt singuli extrema quecunque et vilia et que regulariter eis habere licuerat ad medium proferre vehementerque formidare ne quid apud se esset unde reprehendi potuisset Cum vero post mortem eius triginta iam essent dies evoluti cepit animus meus fratri defuncto compati eiusque cum dolore gravi supplicia pensare et si quod esset remedium ereptionis querere Tunc evocato ad me eodem precioso monasterii preposito tristis dixi Diu est quod frater ille qui defunctus est igne cruciatur debemus ei aliquid caritatis impendere et eum in quantum possumus ut eripiatur adiuvare Vade itaque et ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude et nullus omnino pretereat dies quo pro absolutione illius salutaris non immoletur hostia Qui protinus abscessit et paruit Nobis autem alia curantibus et evolutos dies non numerantibus iste frater qui defunctus fuerat nocte quadam fratri suo germano copioso per visionem apparuit Quem ille cum vidisset inquisivit dicens Quid est frater quomodo es Cui ille respondit Nunc usque male fui sed iam modo bene sum quia hodie communionem recepi Quod ipse copiosus pergens protinus indicavit in monasterio fratribus Fratres vero sollicite computaverunt dies et ipse dies extiterat quo pro eo tricesima oblatio fuerat expleta Cumque et copiosus nesciret quid pro eo fratres agerent et fratres ignorassent quod

deo copiosius vidisset / uno eodemque
tempore cognouit ille isti quid egerant
/ atque isti cognouerunt illi quid viderat
/ concordante simul visione et sacrificio
res aperte claruit, quia sic qui defunc-
tus fuerat per salutarem hostiam suppli-
cium euasit etc. Petrus

Mira sunt que audio et non me-
diocriter leta. Gregorius loquitur

Ne nobis in dubium veniat verba
mortuorum confirmat hec facta
viuentium. Nam vir vite venerabi-
lis cassius narniensis episcopus qui quo-
tidianum deo sacrificium offerre consueue-
rat / seque in lacrimis inter ipsa sacrifi-
ciorum archana mactabat mandatum
domini cuiusdam visionem sui presbiteri
suscepit dicentis. Age quod agis / opera-
re quod operaris / non cesset pes tuus
/ non cessetur manus tua / in natali
apostolorum venies ad me et reddam tibi mercedem
tuam. Qui post annos septem ipso na-
talis apostolorum die cum missarum solempnia
peregisset et misteria sacre communionis
accepisset e corpore exiuit. Gregorius

De quibusdam qui per salutarem hostiam liberantur

Hoc quoque quod audiuimus quendam
apud hostes in captiuitate positum
et in vinculis religatum fuisse per quo
vxor sua diebus certis sacrificium offerre
consueuerat, qui longo post tempore ad con-
iugem reuersus quibus diebus vincula eius
soluerentur innotuit / eius quoque coniunx
illos fuisse dies quibus pro eo offerebat
sacrificium recognouit et talia nobis
rerum quam ante annos septem gestum est crebrius
confirmata. Agatho etenim panor-
mitanus episcopus sic in fideles et religi-
osi viri testati sunt / cum beate memorie de-
cessoris mei tempore missus esset / et roma-
veniret vim nimie tempestatis per-
tulit ita ut se ex tanto undarum periculo
euadere posse diffideret. Nauta vero

illius nauarra nomine qui nunc eius-
dem ecclesie clericatus officio fungitur post na-
uem carabum regebat rupto fune
cum eodem carabo quem regebat inter
undarum cumulos repente disparuit.
Nauis autem cum episcopo periclitabatur tandem
post multa pericula ad usticam insulam
quassata fluctibus peruenit. Cumque
die tercio eundem nautam qui abeo ab-
reptus in carabo fuerat / in nulla
parte maris uideret apparere vehe-
menter afflictus mortuum credidit. Quod
per obsequium caritatis unum quod mor-
tuo debebat impendit ut omnipo-
tenti deo pro absolucione anime eius
offerre sacrificium victime salutaris
iubet. Quo oblato restaurata
nauis perrexit ad ytaliam. Cumque ad
romanum portum venisset nautam
illic repperit quem mortuum putauerat.
Tunc inopinata exultacione gra-
uisus est / cumque tot diebus qualiter
in tanto maris periculo viuere
potuisset inquisiuit quomodo indicauit
eciam in illius tempestatis fluctibus
cum eodem quem regebat carabo fuis-
set versatus quamuis cum in aquis ple-
no natauerat / et quociens eo a superiori
parte deorsum verso ipse carine eius
superederit adiungens cum diebus
ac noctibus hoc incessanter faceret
/ et iam virtus eius funditus ex fame
simul et labore cecidisset / quo cum
ordine misericordia diuina seruauerat. In-
dicauit etenim quod eciam usque nunc
testatur dicens. Laborans in fluct-
ibus et deficiens subito mentis sum
pondere grauatus ita ut neque de-
pressus sompno essem neque vigilare
me crederem cum ecce in eodem medio
medio mari michi posito quidam appa-
ruit qui in panem ad refectionem
detulisti. Quem mox ut comedi
vires recepi. Nec longe post nauis

cius tiens affuit que me dei unda- rum periculo subtraxit et ad terram duxit. Quod episcopus audiens requisivit diem, et fuisse illum diem repperit quo pro eo presbiter in ostiensi insula omnipotenti deo hostiam sacre oblationis immolavit. Petrus lvij

Ea que narras ipse quoque positus in Sicilia agnovi etc. Gregorius

Pro certo credo quia hoc tam aperte cunctis viventibus ac nescientibus agitur ut cunctis hoc agentibus et nescientibus ostendatur quia si insolubiles culpe non fuerint ad absolutionem prodesse etiam mortuis victima sacre oblationis possit. Sed sciendum est quia illis mortuis sacra victima prosit qui hic vivendo obtinuerunt ut eos etiam post mortem bona adiuvent que hic pro ipsis ab aliis fiunt.

De virtute et misterio hostie salutaris Gregorius

Inter hec autem pensandum est quod tutior via sit ut bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios agat ipse dum vivit per se. Unde beatius est liberum exire quam post vincula libertatem querere. Debemus itaque presens seculum vel quia iam conspicimus defluxisse tota mente contempnere et quotidiana deo lacrimarum sacrificia, quotidianas carnis eius et sanguinis hostias immolare. Hec namque singulariter victima ab eterno interitu animam salvat, que illam nobis mortem unigeniti per misterium reparat. Qui licet surgens a mortuis iam non moritur et mors illi ultra non dominabitur, tamen in se ipso immortaliter et incorruptibiliter vivens pro nobis iterum in hoc misterio sacre oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, sanguis eius non iam in manibus infidelium sed in ore fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis sacrificium hoc quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii dei semper imitatur. Quis enim fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora ad vocem sacerdotis celos aperiri, in illo Iesu Christi misterio angelorum choros adesse, summis yma sociari, terrena celestibus iungi, unum quid ex visibilibus fieri.

De custodia mentis post sacrum misterium et compunctione Gregorius lvij

Sed necesse est ut cum hec agimus nosmetipsos deo in cordis contritione mactemus, quia qui passionis dominice misteria celebramus debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis deo hostia erit cum nos ipsos hostiam fecerimus. Sed studendum nobis est ut etiam post orationis tempus in quantum deo largiente possumus in ipso animum suo pondere et vigore servemus, ne post cogitatio fluxa dissolvat nec menti vana leticia subrepat et lucrum compunctionis anima per incuriam fluxe cogitationis perdat. Sic enim anna quod poposcerat obtinere meruit quia se post lacrimas in eodem vigore servavit. De qua nimirum scriptum est: Vultus eius non sunt amplius in diversa mutati etc.

De relaxandis peccatis mortuorum lviij

Inter hec sciendum est quia recte peccati sui veniam postulat qui prius hoc quod in ipso delinquitur relaxat. Munus enim a domino non accipitur nisi ante vitium discordie ab animo repellatur dicente veritate: Si offers munus tuum ante altare et recordatus fueris quia frater tuus etc. Ecce via in re pensanda est: cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis est culpa discordie per quam nec munus accipitur. Debemus itaque

ad pximu quimus longe positum
/ longe qz distinctio inter ire / et ci
am subdere humilitate illud et be
nivolentia placare Conditor no
ster dum tale placitu nre menti
apperuit apto nos solvit. qz psp
inimus sumit Veritatis aut voce
attestante didicimus qz servus qui
decem milia talenta debebat cu
pena absolucoz debiti a domino
percepit Sz quia conservo suo cetu
denarios debenti debitu non
dimisit Hoc ab eo exigit qd ei
fuerat dimissum Exquib dictis constat
/ quia si hoc qd in nos delinquitur
ex corde no dimittimus a nob rursum
exigit qd nobis per penitenciam dimissum
fuisse gaudebamus Igr dum indul
ti temporis spaciu hemus dum iudex
adhuc sustinet dum conversionem
nram is qui culpas examinat ex-
pectat conflemus in lacrimis duricia
mentis formemus in pximis gratiam
benignitatis / et fidenter dico / quia
salutari hostia post morte non indi-
gebimus / si an morte ipi deo ho-
stia fuerimus etc Expliciunt libri
Dyalogorum bti Gregorii summi
ac Romani pontificis

Incipit liber Responsionum bti greg
ppe ad btum Augustinum Arepm an
glie de hystoria ecclesiastica anglorum
Venerabilis Bede psbri

Interea vir Augustinus dni venit are-
late ab arepo eiusdem civitatis ethe
rio iuxta qd iussa sci pris gregorii ac
cepat arepus gentis anglie ordi-
natus est Reversusque Britaniam
misit continuo Romam laurentium
psbrum et petrum monachum qui beato
pontifici gregorium gentem anglorum
fidem suscepisse xpi ac seipsum

scm esse referrent simul et de eis
que necessarie videbantur questionibus
eius consulta flagitans nec mora
congrua questitu responsa recepit / q etiam
huic historie nre commodum duximus
videre Interrogatio

Interrogatio Augustini bti epi
Cantuariorum ecclie De episcopis qualiter
cum suis clericis conversentur vel
de hiis que fidelium oblacionibus
accedunt altario quante fieri debent porti-
ones / et qualiter epus agere in ecclia
debeat Responsio gregorii pape etc

Responsio gregorii ppe urbis Rome
Sacra scriptura testatur quam bene
nosse dubium non est et specialiter bti pauli
ad thimotheum epistole in quibus
eum erudire studuit qualiter in domo
domini conversari debuisset Mos
aut sedis aplice est ordinatis epis
precepta tradere ut de omni stipendio
qd accedit / iiii or fieri debeant porcio-
nes Una videlicet epo et familie
propter hospitalitatem ac susceptionem
/ alia clero / tercia pauperibus / quarta in
ecclesiis reparandis Sz qz tua fraternitas
monasterii regulis erudita seorsum
fieri non debeat a clericis suis in ecclia an-
glorum que auctore deo nuper adhuc
ad fidem adducta est hanc debet
conversacionem instituere que in ipso
nascentis ecclie fuit patribus nris
in quibus nullus eorum ex hiis que
possidebat aliquid suum esse dicebat
/ sed erant eis omnia communia Si
qui sunt clerici extra sacros or-
dines constituti qui se continere non
possunt sortiri uxores debent et stipe-
dia sua exterius accipere Quia
et de eisdem patribus de quibus
prefati sumus novimus scriptum
quod dividebatur singulis prout

cuiusque opus erat. De hoc ore quoque
stipendio cogitandum atque providendum
est, et sub ecclesiastica regula tenendi sunt
ut bonis moribus vivant et canendis psal-
mis invigilent et ab omnibus illicitis
cor et linguam et corpus deo auctore conservent.
Communi autem vita viventibus iam de facien-
dis porcionibus vel exhibenda hospita-
litate et adimplenda misericordia nobis quid
erit loquendum, cum omne quod superest in cau-
sis piis ac religiosis erogandum est, domino
magistro omnium dicente quod superest date ele-
mosinam et ecce omnia munda sunt nobis.
Interrogatio Augustini. Cum una sit fi-
des, cur sunt ecclesiarum diverse consuetu-
dines, et altera consuetudo missarum in
sancta romana ecclesia atque altera in gallia
tenetur. Responsio gregorii. Novit frat-
ernitas tua romane ecclesie consuetudinem
in qua se meminit nutritam. Sed mihi
placet, sive in Romana sive in galliarum
seu in qualibet ecclesia aliquid invenisti
quod plus omnipotenti deo possit placere,
sollicite eligas et in anglorum ecclesia
que adhuc in fide nova est institutione
precipuam que de multis ecclesiis
colligere potuisti infundas. Non enim pro
locis res, sed pro bonis rebus loca a-
manda sunt. Ex singulis ergo quibus-
que ecclesiis que pia, que religiosa, que recta
sunt elige, et hec quasi in fasciculum col-
lecta apud anglorum gentes in consuetu-
dine pone. Interrogatio Augustini. Obse-
cro quid pati debeat si quis aliquid de
ecclesia furto abstulit. Responsio gregorii.
Hoc tua fraternitas ex persona furis pen-
sare potest qualiter valeat corrigi. Sunt
enim quidam qui habentes subsidia
furtum perpetrant, et sunt alii qui
hac in re ex inopia delinquunt. Un-
de necesse est ut quidam dampnis, quidam
verberibus et quidam districtius, quidam
autem levius corrigantur. Et cum
paulo districtius agitur ex caritate agen-
dum est et non ex furore, quia ipsi
hoc prestatur qui corrigitur ne gehenne

ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus
tenere disciplinam debemus, sicut enim boni
patres carnalibus filiis solent, quos et pro
culpis verberibus feriunt, et tamen ipsos
quos doloribus affligunt heredes habere que-
runt, et que possident ipsis servant
quos irati insequi videntur. Hec ergo
caritas in mente tenenda est, et ipsa mod-
um correctionis regulam omnino faciat, nichil
addens etiam quin ea que furto de ecclesiis
abstulerint reddere debeant. Sed absit ut
ecclesia cum augmento recipiat quod de terre-
nis rebus videatur amittere et lucra
de vanis querere. Interrogatio Augu-
stini. Si debeant duo germani fratres singu-
las sorores accipere que sunt ab illis lon-
ga progenie generate. Responsio gregorii.
Hoc fieri omnibus modis licet, neque
enim in sacris eloquiis invenitur quod huic
capitulo contradicere videatur. Interrogatio
Augustini. Usque ad quotam generationem
fideles debeant cum propinquis sibi coniugio
copulari et novercis et cognatis si
liceat copulari in coniugio. Responsio gre-
gorii. Quedam terrena lex in Romana
re publica permittit, ut sive frater et
soror seu duorum fratrum germanorum vel
duarum sororum filius et filia misceantur,
sed experimento didicimus ex tali coniugio
sobolem non posse succrescere. Et sacra
lex prohibet cognationis turpitudinem
revelare. Unde necesse est ut iam tercia
vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi
debeant. Nam secunda quam diximus
a se omnino debet abstinere. Cum noverca
autem misceri grave est facinus, quia et
in lege scriptum est: turpitudinem patris
tui non revelabis. Neque enim patris tur-
pitudinem filius revelare potest. Sed quia
scriptum est: erunt duo in carne una,
qui turpitudinem noverce que una caro
cum patre fuit revelare presumpserit, profecto
patris turpitudinem revelavit. Cum cognata
quoque misceri prohibitum est, quia per coniunctionem priorem
fratris caro fuit facta, pro qua etiam re Iohannes
baptista capite truncatus est et sancto martirio

confirmatus cum non est ut dominum xpm negaret
sed pro xpi confessione occisus est. Et quia
idem dominus noster ihesus xpus dixerat
Ego sum veritas, quia pro veritate Iohannes
occisus est, videlicet pro xpo sanguinem fudit.
Quia vero multi sunt in anglorum gente
qui dum adhuc in infidelitate essent
huic nefando coniugio dicuntur admix-
ti, ad fidem venientes admonendi sunt
ut se abstineant et grave hoc esse peccatum
cognoscant. tremendum dei iudicium ti-
meant, ne pro carnali dilectione tor-
menta eterni cruciatus incurrant. Non ta-
men pro hac re sacri corporis et sanguinis domini
communione privandi sunt, ne in illis
illa ulcisci videantur in quibus se per ig-
norantiam ante lavacrum baptismatis
astrinxerunt. In hoc enim tempore sancta
ecclesia quedam per fervorem corrigit,
quedam per mansuetudinem tollerat,
quedam per consideracionem dissimulat,
et ita portat et dissimulat ut sepe
malum quod adversatur portando et dis-
simulando compescat. Omnes autem qui ad fidem
veniunt admonendi sunt ne tale aliquid
audeant perpetrare. Si qui autem perpetra-
verint, et corporis et sanguinis domini
communione privandi sunt. Quia sicut in his
qui per ignorantiam fecerunt culpa aliquatenus
tolleranda est, ita in his fortiter
insequenda, qui non metuunt sciendo
peccare. Interrogatio Augustini. Si lon-
ginquitas magna itineris interiacet
ut episcopi non facile valeant convenire,
an debeat sine aliorum episcoporum presencia episcopus
ordinari. Responsio Gregorii. Et quidem
in anglorum ecclesia in qua adhuc solus
tu episcopus inveniris, ordinare episcopum non
aliter nisi sine episcopis potes. Nam quando
de galliis episcopi veniunt, qui in ordina-
tione episcopi testes assistant? Sed fra-
ternitatem tuam ita volumus episcopos ordi-
nare ut ipsi sibi episcopi longo intervallo
minime disiungantur, quatenus nulla sit
necessitas ut in ordinatione episcopi pastores
quoque alii quorum presencia est valde utilis

non facile debeant convenire. Cum igitur
auctore domino ita fuerint episcopi in propin-
quis sibi locis ordinati, per omnia episcoporum
ordinatio sine aggregatis tribus vel qua-
tuor episcopis fieri non debet. Nam in ipsis
spiritualibus ut sapienter et mature di-
sponantur, exemplum trahere a rebus
etiam carnalibus possumus. Certe cum
dum coniugia in mundo celebrantur,
coniugati, quique gaudio copule gau-
dio misceantur. Cur non ergo in
hac spirituali ordinatione qua per sacrum
misterium homo deo coniungitur tales
conveniant, qui vel in provectu or-
dinati episcopi gaudeant vel in eius
custodia omnipotenti deo preces fun-
dant. Interrogatio Augustini. Qualiter
debemus cum galliarum atque Brittonum
episcopis agere. Responsio Gregorii. In gal-
liarum episcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus,
quia ab antiquis predecessorum meorum
temporibus pallium arelatensem episcopus
accepit, quem nos privare auctoritate per-
cepta minime debemus. Si igitur con-
tingat ut fraternitas tua ad galliarum
provinciam transeat, cum eodem arela-
tensi episcopo debet agere qualiter si qua
sunt in episcopis vicia corrigantur, qui
si forte in discipline vigore te-
pidus existit, tue fraternitatis zelo
accendendus est. Cui etiam epistolas
fecimus ut cum tue sanctitatis presencia
in galliis et ipse tota mente sub-
veniat, et que sunt nostre missioni
contraria ab episcoporum moribus compescat.
Ipse autem ex tua auctoritate cuncte propria
episcopos galliarum iudicare non poteris,
sed suadendo blandiendo bona quoque
opera eorum imitationi monstrando prava-
rum mentes ad sanctitatis studia re-
forma, quia scriptum est in lege: Per
alienam messem transiens falcem mit-
tere non debet, sed manu spicas con-
terere et manducare. Falcem enim

iudicij mitte no potes in ea segete
que alti mdet esse comissa / sz per
effectum boni opis frumenta diuina in
torum suorum paleis expolia et i eme
tor. nibuendo et psuadendo qi man
ducando comite. Cumq vo exaudite
agendi e cu pdco arelaten epo agat
ne pmitti possit hoc. qd antiqua
primum istitutio prenit. Brittanorum
vo omis epos tue fraternitati comittimus
/ ut indocti doceatur infirmi psua
sione roboretur / puersi auctorte corri
gantur. Interrogatio augustini
Si pregnans mulier debeat baptizari
aut postquam genuerit post quantum tempus
possit ecclesiam intrare aut etiam ne morte
preoccupetur qd genuerit post quot dies
hoc liceat sacri baptismatis sacra
menta percipere / aut post quantum temporis
huic vir suus possit in carnis cop
ulatione coniungi. Aut si menstrua
consuetudine tenetur an ecclesiam ei intrare
liceat / aut sacre communionis sacra
menta accipere / aut vir suae coniugi
commixtus prius quam lavetur aqua
si etiam possit intrare vel etiam
ad misterium sacre communionis sac
menta accipere / Que omnia rudi an
glorum genti oportet haec quanta.
Responsio gregorij. Hoc non am
bigo fraternitate tuam esse requi
sitam cui iam responsum reddidisse
arbitror / Sz hec que ipse dicere
et sentire potis vel potuisti credo
qz in ea apud te volui responsione
firmari / Mulier etenim pregnans cur
non debeat baptizari cum non sit ante
omnipotentis dei oculos culpa aliqua
fecunditas carnis. Nam cum primi
parentes nostri in paradyso deliquis
sent immortalitatem quam acceperant recto
dei iudicio perdiderunt / Quia ita ops
deus humanum genus pro culpa
sua funditus extinguere voluit / eti
mortalitate hominem pro peccato suo abstulit

/ et tamen pro benignitate sue pietatis fe
cunditatem ei sobolis servavit. Quod
ergo humane nature ex omnipotentis dei
dono servatum est qua ratione poterit
a sacri baptismatis gratia prohiberi / In
illo quippe misterio in quo omis culpa fu
nditus extinguitur si deum in gre gedite
posse videatur. Cum vo enixa fuerit mulier
post quot dies debeat ecclesiam intrare testa
menti veteris preceptione didicisti ut pro
masculo diebus xxxiij / pro femina at
lxvj debeat abstinere / qd tamen sciendum
est quia in misterio accipitur. Nam si
in hora eadem qua genuerit actura gratias
intrat ecclesiam nullo pecti pondere
gravatur / Voluptas enim carnis non
dolor in culpa est. In carnis autem co
mixtione voluptas est. Nam et in pro
latione geniture dolor et ipse prime
matri omnium dictum in dolore paries. Si itaque
enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare
ipam ei penam suam in culpam depu
tamus. Baptizare autem vel enixam mulierem
vel hoc qd genuerit si eadem qua gin
gnit vel hoc qd gignitur eadem qua
natum est nullo modo prohibetur / qz sancti
misterij gratia sicut viventibus atque discerne
tibus cum magna discretione providenda
est / ita hijs quibus mors imminet
/ sine ulla dilatione offerenda / ne dum
adhuc tempus ad prebendum redemp
tionis misterium queritur interveniente
/ paululum mora inveniri non valeat
quem redimat. Ad eius vo concubitum
vir suus accedere non debet quoadusque
quod gignitur ablactetur. Prava autem
in coniugatorum moribus consuetudo
surrexit ut filios mulieres quos gignunt
nutrire contempnant / eos alijs qz mu
lieribus ad nutriendum tradant / quod videlicet
ex sola incontinentie causa videtur inventum
/ quia dum se continere nolunt despiciunt
nutrire lactare qd gignunt / Hec itaque que
filios suos ex prava consuetudine alijs
ad nutriendum tradunt nisi purgationis

corporis suscipit viris suis admisceri non debent
Sed mulier etiam et sine partus causa cum in consuetis
menstruis detinetur viro suo misceri
prohibetur ita ut morte lex sacra feriat
si quis vir ad menstruatam mulierem acce-
dat / que tamen mulier dum consuetudinem
menstruam patitur prohiberi ecclesiam intrare
non debet quod ei nature superfluitas in
culpam non valet reputari et per hoc quod
ideo invita patitur iustum non est ut ingressu
ecclesie privetur / Novimus namque quod mulier
que fluxum sanguinis patiebatur post
tergum domini humiliter veniens vestimenti
eius fimbriam tetigit atque ab ea statim
infirmitas recessit. Si ergo in fluxu san-
guinis posita laudabiliter potuit domini
vestimenta tangere cur etiam menstrui
sanguinis patitur ei non liceat ecclesiam
domini intrare. Sed dicas illa infirmitas
compulit has vero de quibus loquimur
consuetudo constringit. Perpende frater karissime
quia omne quod in hac mortali carne pati-
mur ex infirmitate nature est digno
dei iudicio post culpam ordinatum
/ esurire namque sitire estuare algere lassescere
ex infirmitate nature est. Et quid aliud
contra famem alimenta / contra sitim
potum / contra estum auras / contra frigus
vestem / contra lassitudinem requiem querere
quid est nisi medicamentum contra egritudi-
nem explorare. Femine itaque et men-
struus sui sanguinis fluxus egritudo
est. Si igitur bene presumpsit / que ve-
stimentum domini in languore tetigit quod
uni persone infirmanti conceditur cur
non concedatur cunctis mulieribus que nature
sue vitio infirmantur / Sacre autem communionis
misterium in eisdem diebus percipere non
debet prohiberi. Si autem veneratione ma-
gna percipere non presumpserit laudanda
est / sed et si perceperit non iudicanda. Bo-
narum quippe mentium / et ibi aliquo modo
culpas suas agnoscere ubi culpa non
est / quia sepe sine culpa agitur quod
venit ex culpa / unde etiam cum
esurimus sine culpa comedimus quibus

ex culpa primi hominis factum est ut esuri-
remus / menstrua enim consuetudo mu-
lieribus non aliqua culpa est quia videlicet
naturaliter accidit. Sed tamen quia natura ipsa
viciata est ut etiam sine voluntatis
studio videatur esse polluta ex culpa
venit vitium in quo seipsam qualis
per iudicium facta sit humana natura
cognoscat / et homo qui culpam spon-
te perpetravit reatum culpe portat
invitus. Atque ideo femine cum semetipsis
considerent et si menstrua consuetu-
dine ad sacramentum dominici corporis
et sanguinis accedere non presumunt de
sua recta consuetudine laudande est
sunt. Dum vero percipiendo ex religiose
vite consuetudine eiusdem misterii
amore rapiuntur reprimende sicut prediximus
non sunt. Sicut enim in testamento veteri
exteriora opera observabantur ita in testa-
mento novo / non tam quod exterius agitur
quam id quod interius cogitatur / sollici-
ta intentione attenditur / et subtili
sententia punitur / nam cum multa lex
velut immunda manducare prohibeat
etiam in evangelio dominus dicit. Non
quod intrat in os coinquinat hominem
/ sed quod exit de ore illa sunt que coin-
quinant hominem. Atque paulo post
subiecit exponens. Ex corde exeunt
cogitationes male / ubi ubertim indi-
catum est / quia illud ab omnipotente
deo pollutum esse in opere ostenditur
/ quod ex pollute cogitationis radice
generatur / Unde paulus apostolus dicit
Omnia munda mundis. Coinquinatis
autem et infidelibus nichil est mundum
/ atque mox eiusdem causam coinquinationis
annuntians subiungit / Coinquinata
sunt enim et mentes eorum et conscientia
Si ergo ei cibus immundus non est cui mens
immunda non fuerit / cur quod munda
mente mulier ex natura patitur ei in
immunditiam reputetur. Vir autem
cum propria coniuge dormiens nisi lotus

aqua etiam intrare non debet. Lex autem veteri populo precepit ut mixtus vir cum muliere et lavari aqua debeat et ante occasum solis non intrare. Quod utique spiritualiter intelligi potest, quia vir mulieri miscetur quando illicite concupiscentie animus per delectationem coniungitur. Quia nisi prius ignis concupiscentie a mente deferveat, dignum se congregatione fratrum estimare non debet, quia se gravari nequitia prave voluptatis videt. Quamvis de hac re diverse hominum nationes diversa sentiant atque alia custodire videantur. Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem proprie coniugis et lavacri purificationem querere et ab ingressu ecclesie reverenter abstinere. Nec hec dicentes culpam deputamus esse coniugium. Sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa non potest. Non enim de adulterio vel fornicatione sed de legitimo coniugio natus fuerat qui dicebat Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea. Qui enim in iniquitatibus conceptum se noverat et in delicto se natum gemebat, quia portat arbor in ramo humorem vitii quem traxit ex radice. In quibus tamen verbis non admixtionem coniugii iniquitatem nominat sed ipsam videlicet voluptatem admixtionis. Sunt etenim multa que licita ac legitima et tamen in eorum actu aliqualiter fedamur. Sicut sepe irascendo culpas insequimur, et tranquillitatem in nobis animi perturbamus, et cum rectum sit quod agitur, non est tamen approbabile quod in eo animus perturbatur. Contra quippe vitia delinquentium iratus

fuerat qui dicebat Turbatus est pre ira oculus meus. Quia enim non valet tranquilla mens in contemplationis se luce suspendere, in ira oculum suum turbatum dolebat. Quia dum male acta deorsum insequitur confundi atque turbari a summorum contemplatione cogebatur. Et laudabilis est ergo ira contra vitium et tamen molesta, quia turbatum se aliquem reatum incurrisse estimabat. Oportet itaque legitima carnis copulam ut causa prolis sit non voluptatis, et carnis commixtio creandorum liberorum sit gratia non satisfactio vitiorum. Si quis vero suam coniugem non cupidine voluptatis raptus sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto sive de ingressu ecclesie sive de sumendo dominici corporis et sanguinis misterio suo est relinquendus iudicio, quia a nobis prohiberi non debet accipere qui in igne nescit ardere. Cum vero non optate amor sobolis sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam quod de sua commixtione defleant. Hoc enim concedit eis sancta predicatio, et tamen de ipsa concessione metu animum concutit. Nam cum Paulus apostolus diceret Qui se continere non potest habeat uxorem suam, statim subiungere curavit Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Non enim indulgetur quod licet et iustum est. Quod enim indulgentiam se dixit culpam esse demonstrat. Vigilanti vero mente pensandum est quod in Syna monte dominus ad populum locutus est, prius eidem populo a mulieribus abstinere precepit, et si illic ubi dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur tanta provisione est munditia corporis requisita ut qui verba dei perciperent mulieribus mixti non essent, quanto magis mulieres

que corpus omnipotentis accipiunt
custodire in se munditiam carnis de-
bent ne in ipsa inestimabilis misterii
magnitudine grauentur. Hinc etiam mi-
sterium Dauid prophetis a sacerdote dicitur ut
si a mulieribus mundi essent panes pro-
positionis acciperent quos omnino non
acciperent nisi prius mundos eos Da-
uid fateretur. Tunc autem vir qui post
admixtionem coniugis lotus aqua
fuerit etiam sacre communionis miste-
rium valet accipere cum ei iuxta prefi-
nitam sententiam etiam licuerit
intrare. Interrogatio Augustini. Si
quis post illusionem que per sompnum
solet accidere vel corpus domini va-
leat quilibet accipere vel si sacer-
dos sit sacra misteria. Responsio Gregorii.
Virum quidem testamentum veteris
legis sicut in superiori capitulo iam
diximus pollutum dicit, et nisi lo-
tum aqua eciam ad vesperum intrare
etiam non concedit. Quod tamen
populus spiritalis intelligens sub eodem
intellectu quo nos prefati sumus,
quia qui per sompnum illuditur
qui temptatus immundicia veris
ymaginibus in cogitatione inquinatur,
sed lauandus est aqua, ut culpas
cogitationis lacrimis abluat, et nisi
prius ignis temptationis recesserit
reum se quasi adusque ad vesperum
cognoscat. Sed est in eadem illusione
valde necessaria discretio que subtiliter
pensari debeat ex qua re accidat menti
dormientis. aliquando enim ex crapula
aliquando ex nature superfluitate vel
infirmitate, aliquando ex cogitatione con-
tingit pollutio. Et quidem cum ex na-
ture superfluitate vel infirmitate
euenerit omnino hec illusio non est
timenda, quia hanc animus nesci-
ens pertulisse magis dolendus est

Pulcre de pollucionis discrecione d. gre.

quam fecisse. Cum vero ultra modum
gule appetitus in sumendis alimentis
rapitur atque idcirco humorum recepta-
cula grauantur habet exinde animus
aliquem reatum non tamen usque ad
prohibitionem percipiendi sancti misterii
vel missarum sollempnia celebrandi
cum fortasse aut dies festus ex-
igit, aut exhiberi misterium pro eo quod
sacerdos alius in loco deest ipsa ne-
cessitas compellit. Nam si absunt
alii qui implere misterium vale-
ant illusio per crapulam facta a per-
ceptione sacri misterii prohiberi
non debet, sed ab immolatione sacri
misterii abstinere ut arbitror
humiliter debet. Si tamen dormi-
entis mentem turpi ymagi-
natione non concusserit. Nam quidam
sunt quibus ista plerumque illusio
nascitur ut eorum animus eciam
in sompno corporis positus turpis
ymaginationibus non fedetur. Qua
in re unum ibi ostenditur ut ipsa
mens rea non sit vel suo iu-
dicio libera cum se etsi dormiente
corpore nichil meminit vidisse ac
tamen in gloria corporis meminit in
ignauiam cecidisse. Cum vero ex turpi
cogitatione vigilantis oritur illu-
sio in mente dormientis patet animo suus
reatus. Videt enim a qua radi-
ce inquinatio illa processit, quia
quod cogitauit sciens hoc pertulit
nesciens, propter talem pollutionem
a sacro misterio eo die abstinere
oportet. Sed pensanda est ipsa cogi-
tatio, utrum suggestione an de-
lectatione vel quod magis pec-
cati consensu accidit. Tribus
enim modis impletur omne peccatum

/ uis suggestione delectatione consensu
Suggestio quippe fit per diabolum
/ delectatio per carnem / consensu per
spiritum / quia et primam culpam ser-
pens suggessit / Eua velut caro
delectata est / adam vero velut
spiritus consensit Et necessaria est magna
discretio ut inter suggestionem
et delectationem / inter delectationem
et consensum iudex sui animus
presideat / Cum enim malignus
spiritus peccatum suggesserit in men-
tem si nulla delectatio peccati
sequatur / peccatum omnino perpetra-
tum non est Cum vero caro de-
lectari ceperit tunc peccatum incipit
nasci / Si autem etiam ex deliberatione
consentit tunc peccatum cognoscitur
perfici / In suggestione igitur
peccati semen est / in delectatione
fit nutrimentum / in consensu perfec-
tio / et sepe contingit ut hoc quod
malignus spiritus seminat in cogi-
tatione caro in delectationem trahit
nec tamen anima eidem delec-
tationi consentiat / Et cum caro de-
lectari sine animo nequeat / ipse
tamen animus carnis voluptatibus
reluctans in delectatione carnali
aliquo modo ligatur invitus ut ei
ex ratione contradicat ne con-
sentiat / et tamen delectatione
ligatus sit / sed ligatum se ve-
hementer ingemiscat Unde
et ille celestis exercitus primus
miles gemebat dicens / Video
aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis mee
/ et captivum me ducentem in
lege peccati que est in membris meis

Si captivus erat minime pugnabat
/ sed et pugnabat / quapropter quod et
captivus erat et pugnabat igitur
legi mentis cui lex que in membris
est repugnabat constat esse capti-
vus non erat Ecce itaque homo est
ut ita dixerim captivus et liber
/ liber ex iustitia quam diligit et
/ captivus ex delectatione quam por-
tat invitus etc

Explicit liber Responsionum beati Gregorii
pape ad beatum Augustinum archiepiscopum An-
glie De hystoria Ecclesiastica anglo-
rum Venerabilis Bede presbiteri

Sequitur Registrum Capitulorum
primi libri Dyalogi beati gre-
gorii pape etc

Anime peccatorum in store mox ut mo-
riuntur celum ingrediuntur li° iiii°
capitulo xxvi°

Anime puerorum statim post mor-
tem ad infernum descendunt li° iiii°
ca° xx viii

Anime malorum quod abigitur corpali-
ter et affligi possit probatur li° iiii°
capitulo xxix

Anima regis theodrici a solitario vide-
tur pici in ignem li° iiii° ca° xxx

Aqua veneratur etiam sancti zenonis
et eam intrare non vult li° iii° ca° xix

Arrianus episcopus volens ecclesiam b. de-
dicare cecus fit li° iii° ca° xxix

Avarus quidam moritur et videns
teterrimos spiritus ad infra deducitur
li° iiii° ca° xxxviii Cit ton

De litera B

Benedicte dominus presens tibium quam
sumus li° primo capitulo iiii° Qua-
dam vero die

Benedicta aqua super infirmum funditur
et subito sanatur li° primo c° x Nar-
hat plenam

Bona facientes sepius plagantur
et quod plura opera videntur bona et non
sunt li° i. c. x Alio quoque tempore

Boni possunt relinquere malos quorum
curam susceperunt et hoc in casu
li° ii c iii

Bonos impetere imprimere non cedit
li° ii c° xxxi

Boni ut aliquo subtrahatur interim
sepe malitia remanendum li° iii
c° xxxvii Malitia

Bonis operibus si miscatur mala
sedantur per ipsa li° iiii c° xxxvii

De litera C

abc

Carnis temptationem vincit vol-
nibus carnis beatus benedictus et
qualiter nos carnis vitare debemus li ii c. ii

Castitas prebens optinere debet et patet
li° i c iiii Effortunati

Cella in hiitate sanctus multa plag(a)
et dina° displicet l iii c xvi a-
et in seqentibus

Corruptionis dux est genus l iii
c° xxx iiii

Concedentes monachos ex hominem beatus
benedictus arguit li ii c. xii

Credunt minus eterna et spiritualia carn-
nalibus pectus quod non videntur l iiii c° i°

Crucis sancte virtute quam fecit sanctus be-
nedictus supra vas veneno pleno vas ipsum
vitreum frangitur l ii c iii

Crucis virtus magna est l i c x
Unde alio autem tempore in eodem xi c°

Cruce signare debemus // pro totum
esca quam comedere debemus l i c iiii
Quadam vero die

Crucis signo benedictus merulam fugat
que cum de visu carnis temptat l ii c ii a

Crux sancta terreat demones et infidelibus
li° iii c° vii°

Cruce signati serpentes ab amatio
monimentum dirumpunt visibus li° ii c
xxxv

Cognoscunt boni bonos et malos
in alio seculo et equuso l iiii c xxxiiii
et xxxiiii

De litera D

Meditando etiam demones expelluntur
l iii c xxx et l iii c xiiii

Decipere quam volunt bonos decipiunt
et puniuntur l iii c x iiii Alio quoque tempore

Demonis omnibus bonis invidet et bona
impedit ubi patet li° ii c. i Benedictus

Demonis adiuvo effectu quantum patet homines
trahit et asymto dei li° ii c iiii

Demonis dolet cum fides dilatatur et
ecclesie fundantur li° ii c ix et xi

Demonis facit apparere alicui aliquid
quod non est in re l ii c x

Dilectionis tantum habuit aliqui sancti ut se
pro vita corporis proximi ad mortem darent

li° iii c xxxvii Epc de petre
¶ Dona maiora aliqui domino dat et minora denegat homo et quomodo l. iii c xiiii Magna

De litera E

Ecclesias visitantes deus eciam maxime appugnantes reliquiis l i c x Matrona
¶ Ecclesiam dei regule indigere ipam patitur l iii c viii vir de venerabili
¶ Ecclesiam sancti Zenonis aqua honorat et eam intrare non vult l iii c xix
¶ Ecclesia dum dedicatur demones inde expelluntur l iii c xxx
¶ Ecclesias sanctorum edificantes ab eis non dimittuntur in necessitate l iii c xxxvii Alio et
¶ Elemosina homini mortuo facto evacuat Bonifatius puer sanctus et orationis eius econtra impletur l i c ix Nuper quoque
¶ Elemosina libenter est danda l ii c xxviii et sequenti capitulo
~~Ecclesia~~ ¶ Elemosina edificantur domus in alio seculo auctis latulis l iiii c xxxvii Ab
¶ Exaudit eciam in parvis et vilibus deus suos pios et quomodo l l iii c ix hoc utique et valde
¶ Excommunicatos emenda est quia a communione separat l ii c xxiii
¶ Exemplum ut heremitus vitam emendaret domini aliquis plura audit l iiii c xxxviii prorsus

De litera F

Facta plura sunt sanctorum que sunt ab nimis veneranda et non imitanda l i c i Petrus
¶ Facta omnia que egit xpc fecit ut nobis actionis exemplum preberet l i c ix Redemptor et ceterum
¶ Fame perire non permittit deus qui in se confidunt et fideliter serviunt l ii c xxi
¶ Fides iustorum magna operatur l i c xi
¶ Fides nostra quam vera sit probatur de Elgerleuigildo l iii c xxxi prorsus
¶ De alio vitas fidei probata eius c xxxvii
¶ Fides defuncti et spiritualibus corporibus pena et quod ea non videt l iiii c i
¶ Fidem huius eciam infideles et quomodo l iii c ii
¶ Fornicationis sacerdos audit presbiter dampnatus l iiii c xxxi
¶ Famuli boni impune non recedunt l ii c ~~xxxiiii~~ iii et l iii c xiiii
¶ Fures sanctis viris subtrahentes confunduntur l iii c xxii eciam puniuntur eodem li° c xxvi

De litera G

Gaudere non consueverunt boni de diffortuniis suorum persecutorum l ii c viii
¶ Bladi non denuntiis in operibus bonis vel eciam maculosis l iii c xxxiiii

De litera H

Habitare secum qualiter homo dei l ii ca° iii°
¶ Heretici mortis faciunt l iii capitulis xxvii xxviii xxxi et xxxii
¶ Heretico episcopus fit rege arriano volens effugere eciam et de ea deditate l iii c xxix
¶ Hystrionis genus dampnabile et quod sancti in eos audire non debent l i c ix Ad hunc pauli
¶ Hospitalitas deo multum placet l iii c xxviii
¶ Humiliantes se deus honorat et exaltat l i c iii Credo de felice et de hoc presbitero petre
¶ Humiles deo gratulantur cum despiciuntur l i c v Ergo eciam valde

H

Honores fugiens scti l iii c xvii a

De lra I

Ignis vehement ardens expirata
bti marcellini descit vltra proced
l i c iii et reqr eundem
Ignis no volt cellam attinge. Credid
nec eum i celibatu. Cernac l iii c xvii
Iciunia ut fragat ala qntua
pe laborat l ii c xvii
Incantatores no hnt vtute i scts
l i c iiii . Requr fortunati eod
quoq tempe
Incantatores defcus homi auferre
no pnt si augent l i c x Anatha
Infirmos visitare sine mora debet
sacerdotes cu vocatur l i c xii Theod
etiam ecc
Infirmi qui gras deo agunt i inf
irmitate mltu merent l iii c xv
Infirnus q sit puberta / et q pena
equaliter no sentit ab omnibus / et q
est eterna / et q dampnati eternaliter
puniunt l iiii c xlii et xliii et xliiii
Impecia pia sci vi libet audire
l iii c xxxvii Al
Iudicia dei occulta scti vi aliqn
cognoscunt aliqn no puberta l ii
c xvi et c xxi
Iudicia dei occulta magis timeda
sunt qm discutieda l iii c xxxvi
Iusti si quid desiderant eorum deside
ria implenda sunt alias puniunt
qui eis contra dicunt l i c x Nerp
Iusti mortui advita redire nol
lent l i c x Theod tudertina

De lra L

Lampadibus accensis ornare ec
cliam laudabile est l i c v
Emgdon epi Itec l iii c xxx
Liber cetta sticus cordonator dr
et q salo qua ha locutus e in eo e
locutus in psona omnium sorum
se sententiam l iiii c iiii
Ligne abscondu epis catholicis
pco q cum pfidiam arriani pdi
cant / et cu sine lignis locutum
l iii c xxxii ptotum
Luxurie impugnatio orone fugat
lo pmo c iiii fortunati vi

De lra M

Magister esse no det qui no
didicit esse discipulus l i c i
petrus pntanus
Maledicte hominibus no demus
l iii c xx a
Mali semp psequunt bonos et
maxime illos qui eos a malo re
uocant Eme l ii c iii
Manus imponit infirmis ama
tus / et nelius hnt et curat si
guas serpentes disrumpunt
l iii c xxxv
Martyrum genus e duplex l iii c
xxvi Duo sunt
Martires sunt xl Rustici
qma carnes ydolis ymolatas
comedere noluerunt l iii c xxvii
Martires sunt xl dn rustici
pco q caput adorare noluerunt
l iii c xxviii
Martir fit hermingildus
pco q ab arriano epo comu
nicare no volt l iii c xxxi
Miracula faciunt boni aliqn
precipiendo aliqn orando l ii
c xxx
Miracula faciunt aliqn solu
preces sunt ca. scorum l iii c xv
Miraculum maius est pctorem
conuerte pdicacione uel orone

qui mortuum suscitare l iii c xviii
Credo alii sentiant
Cymatula quod sit finem mundi dos
tot decantibus c. l iii c xli Cr
¶ Cimatula ut quis faciat diuo ma-
xime sunt initia scilicet pietas et humili-
tas l i c ii Alio quoque tempore ...
Gregorii in ostensione
¶ Missis triginta monachus spectatus
mente et penitens a purgatorio
liberatur l iiii c lv Crede monachus
¶ Missa ut quotidie celebretur a deuoto
domino multum placet l iii c lv
¶ Missa celebrata captiuis iuuat
eos libro iiii c lvii Hoc quoque
¶ Missa celebrata pro naufragantibus
iuuat eos l iiii c lvii Cagathos
¶ Missa a peccatis uinctis purgat de-
uote ymolata l c lvi
¶ Missa parata sacerdos si cum custo-
die a peccatis etiam leuibus si uolt ut ef-
ficax in eo habeat curia satisfaciat
l iiii c lvii
¶ Missa celebramus uel etiam quintus
millo ... an extenso et ... de
fratre libro iiii c ultimo
¶ Missa cum celebratur celum aperitur et
angeli assunt ymna suis ...
l iiii c lvi
¶ Missis iuuari post animae in peius
purgatorum l iiii c iiii prologus
¶ Mala stora ita magna fuit ut
qui non habebant quod scriptos vendiderit
ex malo l iiii c primo
¶ Misericordes deus nunquam dimittit
in ... l i c ix. Fuit fuit ...
... quoque ... l ii c xxxi ...
xxii ... xxviii ... l iiii c i
¶ Monachum qui numquam suscepit
occulte accepit beatus Benedictus

l ii c xix
¶ Monachi sine licentia monasterium
exire non debent l ii c xxiii
¶ Mors est dura l iiii c xl v
¶ Mores aliquorum purgat in sanctis quod purga-
bile est in eis scilicet pena patitur l
iiii c xlii
¶ Morte ut non timeat sancti deus eos
aliquando reuelationibus prius consolatur
l iiii c xlvii
Morte iusti a deuota redire noluit
l i c x In ... tudertina
¶ Morientes sancti aliquando uisitatur a sanctis
l iiii c xii xiii et xiiii aliquando
a christo aliquando a beata virgine c xvii
Aliquando sanctis angelis c xix
Mortuis sanctis uiri dei sepe per eos
morte premaculo suscitate corpus quod
et non ante l iiii c xx xxi xxii
xxiii et xxvi
¶ Morientes sepe futura predicunt l
iiii c xxxvi l usque ad finem
et xxxvii
¶ Mori mala morte permittit sepe
dominus sanctos suos ut per hoc pena
corpus mala puniat l iiii c xxxv
¶ Miles vide martinus monachus
noluit l iii c xvi Vir iste
¶ Mulierum familiaritatem cauere
debent etiam sancti l iii c vii
¶ Mutuum libenter dare debemus
l ii c xxvii

De littera N

Nobiles per suam nobilitatem
non debent se erigere super sanctos
l ii c xx

De littera O

Obedientia creatura irrationabi-
les sanctis l i c iii Gregorii

effeli x ii
¶ Obedientia mira vbi est l
ij c vij
¶ Obitus prius alicui vis, sancti
reuelatur l iiij c° xxiiij
¶ Ordine sacro indigne suscepto
punitur li° ij c° xv
¶ Oratione sancti nonosi lapidis lapis
ingens transfertur l j° c viij
¶ Oratione eius lampas fracta repa-
ratur ibi alio
¶ Oratione eius vasa oleo implet
in Tuscia
¶ Oratione sancti bonifatij episcopi vinum
multiplicatur l j c ix Gregorius
¶ Oratione impetrat idem abbas virgine
septem annos infirmit et anno quodam
¶ Oratione idem fugat erucas et im-
plet horreum tritico l j c ix
super quoque etc
¶ Oratione vulpem compellit Bo-
nifatius ut gallinam reportet
ibi habet itaque l j c x per totum
¶ Oratione et nutu beatus benedictus
multa mira operatur vide de hijs
li° ij° v.to iij to ix x xi xiij
xxi xxv xxvi xxvij
xxviij xxx xxxi xxxij
xxxviij capitulis li° ij°
¶ Oratione et nutu confessus aplitanum
mutum et claudum sanat l iij
c iij Agapitus
¶ Oratione episcopi frigidiani flumen
transfertur de alueo suo l iij
c ix Gile quod eodem li° habes
¶ Orat ysaac per tres dies et
noctes continue et quidam cum
penitens quem portat a demonio
arripitur l iij c° xxiij

Oratione praesunt animabus l iiij
capitulo xlv

De litera P

Papa maior beatus est peregrinis et
ymaginibus l j c ij Petrus
libet quod dixit
¶ Patientia vincit omnia l j c ij Gre-
gorius Reuerentissime
¶ Parentes non debemus audire si vo-
lunt nos a bona vita auertere l iiij
c° xxxi°
¶ Pares in culpa vel mito pares
erunt in premio vel pena l iiij
c. xxxv Terribile
¶ Paschasius licet sanctus tamen penam
purgatorij sustinuit l iiij c xl
et xli C b
¶ Petrus placet quod dicis
¶ Pauperibus elemosinam libet dat et
de paupertate eorum libet supplet
l j c° x Alio quoque tempore
¶ Peccatorem conuertere maius est mi-
raculum quam mortuos suscitare
li° iij° ca° xvij C. Quod alij
¶ Pena infernj quod sit et quod anime
in eo puniantur et quod aliqui sunt
ante damnati l iiij capitulo
xxviij xxix xxx/xxxi xxxij
¶ Pena infernj aliquibus aliquando
ostenditur ut vitam suam meliorent
l iiij c xxxvi
¶ Pena aule et premium ostensi sunt
militi cuidam qui ad vitam redi-
gens narrauit que vidit l iiij
c xxxvij A b c
¶ Pena infernj non equaliter sentitur
ab omnibus l iiij c xliij
¶ Pena infernj est eterna sicut gaudium

tel li iii capitulo xlvi

Pena dampnatorum est eterna et quod l iiii ca° xlvi b Gwe

Posse non debet qui subesse non didicit l i c i petrus putamus

Predestinatum nobis precibus et labore nos obtinere oportet l i c viii p totum

Primum et peccata tunc quibus decet accipere hoc aliquis cognoscit in hora mortis etiam antequam egreditur l iiii c° xxxv

Pueri cum loqui incipiunt eis ianua clauditur a pueritibus cum ab eis male imbuuntur et parentibus non corriguntur l iiii c° xviii ubi hec de puero blasphemo

Purgatorium quod sit probatur auctoritate et exemplo l iiii c xxxix xl

Purgatorium suum aliqui anime habent in hoc mundo ita ut hominibus se ondant l iiii c° xl et lv

Q

De littera R

Religionem ingressus in ea perseverare debet l ii c xxv

Religiosus malus ad extrema veniens datus est draconi ad devorandum sed liberatus orationibus fratrum bonus post hoc efficitur l iiii c xxxviii sciendum

Religiosus ypocrita extra horam comedens draconi traditur et miserabiliter moritur l iiii c xxxviii d est etiam

Rubius cecat facie Cassius episcopus et quia ideo despicitur deus per miraculum eum glorificat l iii c° vi

De littera S

Sanctos spoliantes plagantur l i capitulo secundo

Sancti exaudiunt se devote invocantes l i c iiii Ea etiam que

Sancti obtinere prius ab hominibus pro eo petunt l i c viii eo quoque tempore

Sancti viri iniendi sunt quia qui eos commonet deum l i c ix ad hunc Gorum despicia comple non est bonum l° i c x Nec hoc

Sanctos venerantur etiam irrationabilia primo et dyaboli l iii c ii et iii de eo etiam xi c°. virgo

Sancti tuentur loca ubi iacent sepulti l iii c xi de quo

Sanctos viros honorat dominus post morte per miracula ut cognoscatur quante sanctitatis fuerunt in vita l iii c xv

Sancti honores fugiunt l iii c xxii

Sancti placet ut eis serviatur capadibus et humilibus l iii c xxiii

Sancti in celo honorant se pronus devotos sibi et sanctos in terra l iii c° xxv

Sanctimoniales duo aufre et se disponsare deo multum displicet l iii c° xxvi

Sanctus eleutherius impetrat sancto gregorio morbi alleviatorem l iii ca° xxxiii

Sanctitate unius aliqui plures a domino in periculis servatur a morte l iii c° xxxi

Sancti vident penam dampnatorum et tamen non orant pro eis l iiii c° xliii c d

Sancti purgantur a peccatis prius in morte l° iiii c° xlvi

Sacerdotes et maxime episcopi habent potestatem excommunicandi ligandi et solvendi per totum l ii c° xxiii per totum

Securitati multa cognoscit Benedictus l ii ca.lis vi xi xii xiii xv xvi xviii xix xx xxi et xxxvi

Sepultura sanctorum honarare dominus l. i° c° iiii Arogus bile non

Sepeliatur ut quis in ecclesia ad quid valet ei et quod malis nil prodest ut in ecclesiis sepeliantur sed magis obest l. iiii c. viii. De quodam mochus

Signa non facientes sancti plerumque quam non sunt dispares in multis facientibus signa l. primo c. xii per totum

Spiritualia ministrantes nichil accipere debemus l. primo c. x. Alio quod tempore

Spiritum prophetie prophete non semper habent l. ii c. xxi. Prophetie spiritus

Spiritus est triplex l. iiii c. iii

Sompniorum ymagines sex modis contingunt et quomodo quidam credulitate sompniis deceptus fuit l. iiii c. xlviii et xlix

De littera T

Temptacione bonos viros non est bonum l. ii ca. xiiii

Tribulationem servorum dominus temperat ut sustinere valeant l. iii c. xii

Tristicias sustinere non patitur aliquando deus pro dilectione sanctos suos l. primo ca. xii In eodem

De littera V

Venenum bibit Sabinus episcopus et ille qui paraverat sibi offerri moritur libro iii ca. v

Vendiderunt se sancti ex misericordia qui aliud non habebant et se tradebant etiam in servitutem l. iii c. primo

Vinum in vase crescit Gothorum meritis sancti Bonifacii l. primo ca. lx. Alio idem tempore

Visibilia non nisi per invisibilia videntur et disponuntur libro iiii c. v.to

Vita est duplex libro iiii capitulo xliiii Et cetera et sic de aliis

Explicit Registrum capitulorum in Dyalogorum beati Gregorii secundum ordinem alphabeti compilatum etc.

Incipit prefatio beati gregorij pape super Ezechielem prophetam. Omelia prima

Dilectissimo fratri Mariniano episcopo gregorius episcopus servus servorum dei. Omelias quas in beato Ezechiele propheta coram populo loquebar, excepte sicut dicte sunt multis curis irruentibus in abolitione reliqueram. Sed post annos octo, petentibus fratribus notariorum scedas [sceda / scedula / pagina] requirere studui, easque favente domino transcurrens in quantum ab angustijs tribulationum licuit emendavi. Quas tua itaque dilectio ad legendum mitti postulavit. Sed valde incongruum credidi, ut aquam despicabilem hauriret, quem constat de beatorum patrum Ambrosij atque augustini torrentibus profunda atque perspicua fluenta assidue bibere. Sed rursum dum cogito quod sepe inter quotidianas delicias etiam viliores cibi suaviter sapiunt, transmisi minima, legenda potiora, ut dum cibus grossior velut pro fastidio sumitur, ad subtiliores epistolas avidius redeatur. *Capitulum primum*

Dei omnipotentis aspirante [gratia] de ezechiel propheta locuturus prius debeo tempora et modos aperire prophetie, ut dum accessus eius ostenditur, virtus melius cognoscatur. Prophetie tempora tria sunt, scilicet preteritum presens et futurum. Sed sciendum est quod in duobus temporibus prophetia ethimologiam perdit. Quia enim ideo prophetia dicta est quod futura predicat, quando de preterito vel presenti loquitur, rationem sui nominis amittit, quia non predicit quod venturum est, sed vel ea memorat que facta sunt, vel ea que sunt. Que tamen tria prophetie tempora verius loquimur, si et sacre scripture testimonijs ostendamus. Prophetia de futuro est: Ecce virgo concipiet et pariet filium. Prophetia de preterito: In principio creavit deus celum et terram. De illo enim dicit homo tempore quo non erat homo. Prophetia de presenti est, cum paulus apostolus dicat: Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt. Et ita cadens in faciem adorabit deum pronuncians quod vere deus in nobis sit. Cum igitur dicitur occulta cordis eius manifesta fiunt, profecto monstratur quia per hunc modum prophetie spiritus non predicit quod futurum est, sed ostendit quod est. Quo autem pacto prophetia dicatur spiritus qui nichil futurum indicat? Sed prius narratur que in re animadvertendum est, quod recte prophetia dicitur non quia predicit ventura, sed quia prodit occulta. Res quippe qualibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahuntur tempora, ita ab oculis nostris in presenti subtrahit causa. Ventura enim res occultat in futuro tempore, presens autem cogitatio abscondit in latenti corde. Est etiam prophetia presens cum res quelibet non per animum, sed per absentiam locorum tegitur, que tamen per spiritum denudatur, et ibi fit presens prophetantis animus, ubi per presentiam non est corpus. Nam giezi longe a propheta recesserat, cum naaman syri munera percipiebat, cui tamen in fide propheta dixit: Nonne cor meum in presenti erat quando reversus est homo de curru suo in occursum tui? Sciendum quoque est quod prophetie tempora invicem sibi concurrunt ad probationem, ut aliquando ex futuris preterita, aliquando vero ex preteritis probentur futura. Dixerat enim moyses: In principio creavit deus celum et terram. Sed quis crederet quia verum de preterito diceret, si de futuro etiam non dixisset? In ipsius enim libri fine in cuius exordio illa de preterito dixerat, aliquid prophetie per iacob voce de futuris promiserat dicens: Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femoribus eius donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Cui etiam per semetipsum eiusdem qui mittendus erat ei quem ducebat populo prophetavit dicens: Prophetam nobis suscitabit dominus deus noster de fratribus nostris tamquam me, ipsum audietis.

In principio creavit deus ...

Prophetie tria sunt tempora

Erit autem quisquis non audierit prophetam
illum, exterminabitur de populo suo. Cur
ergo praesentia praeteritis vocitata, nisi ut
dum implerentur ea que de futuro predica-
verat ostenderet et quia de preterito vera dixisset?
Quia etiam continuus in alia ex futurorum
prophetia probatur preterita. Restat nunc ut
adhuc de sacris eloquiis ostendamus
quomodo in prophetie spiritu ex preteritis prebentur
futura. Certe rex Babilonicus cum som-
nium vidisset misit ad magos et ario-
los omnesque sapientes Babilonie convo-
cavit, nec ab eis solum modo interpretationem
somnii, sed etiam somnium quod viderat, ut in
mirum ex preterito colligeret, sciri quod in
corde cum preponimus de venturo certum teneret.
Qui cum nulla dicere potuissent, Dani-
hel deductus ad medium est. Qui de
interpretatione somnii et de narratione requisitus
non solum hoc reddit quod interrogatus
est, sed ipsa somnii ordinem replica-
vit dicens: Tu rex cepisti cogitare
in stratu tuo quid esset futurum post hec.
Et paulo post: Tu rex videbas et
ecce quasi statua una grandis et excelsa.
Cuius vero somnii mox ordine dixit,
atque ex eodem venturi sequebatur aperuit.
Pensemus ergo ordinem prophetie a cogita-
tionibus venit ad somnium, a somno
procurrit ad futura. Veniens ergo ipsa ut ita
dicam traditore somnii pertulit profecto ex pre-
teritis probavit quam vera esset que de fu-
turis diceret. Prophetia autem presentis temporis
nec preteriti attestatione indiget nec futuri.
Quia cum res occulta per prophetie verba de-
tegitur veritati illius res ipsa que ostenditur
attestatur. Igitur quia de temporibus
prophetie tractavimus, restat videre de modis
eius ac qualitatibus aliqua disseramus.
Spiritus quippe prophetie nec semper nec eodem
modo prophetarum tangit animum. Prophetantis
et ex futuro nequaquam tangit. Aliquando
ex futuro tangit et ex presenti non tangit,
aliquando vero ex presenti et ex futuro tangit.
Aliquando autem ex preterito et ex presenti atque
ex futuro pariter animum tangit prophe-
tantis, aliquando tangit ex preterito prophetie
spiritus nec tangit ex futuro. Aliquando
autem tangit ex futuro nec tangit ex
preterito, aliquando vero in presenti ex parte tangit
et ex parte non tangit. Sed hec ipsa si
possimus eo ordine quo premissa sunt
sacre scripture scripturae testimoniis osten-
damus. Ex presenti enim prophetie spiritus prophe-
tantis animum tangit atque ex futuro non
tangit, sicut Iohannes baptista ve-
nientem Dominum videns ait: Ecce agnus
Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed
cum iam moriturus esset, missis disci-
pulis requirebat dicens: Tu es qui
venturus es, an alium expectamus?
In quibus verbis ostenditur, quia iterum
quidem venisse redemptorem non no-
verat, sed an per semetipsum ad ape-
rienda inferni claustra descenderet du-
bitabat. Ex presenti ergo prophetie spiritu tactus
fuerat qui humanitate mediatoris
videns et eius divinitatem intelli-
gens confitebatur agnum qui peccata
mundi tolleret. Sed tactus ex futuro
non fuerat, qui adventum illius
in inferno nesciebat. Aliquando vero
prophetie spiritus animum prophetantis ex
futuro tangit atque ex presenti non
tangit, sicut aperte libri geneseos
hystoria testatur. Cum Ysaac
Esau filium suum advocandum
iussit, cum minorem filium ad benedi-
cendum Rebecca subposuit, qui
hedinis pellibus indutus patris
palpatui corpus fratrum finxit.
Cui ille minori filio tamquam maiori
benedictionem dedit, que quod ei essent
longe futura nunciavit. Sed quis
esset qui coram se assisteret scire
non potuit. Prophetie ergo spiritus ex fu-
turo prophetantis animum tetigit atque
ex presenti non tetigit, quia caligantibus
oculis pater et ventura predicebat
et presentem filium nesciebat. Aliquando
prophetantis animum ex presenti pariter
et ex futuro tangit, quod ex eodem libro

De modis prophetie

De ysaac prophetia

genesios liquido docemur. In illo quippe scriptum est. Extrema cum vite terminus propinquaret Iacob, duos filios Ioseph fecit assistere, ut ex benedictione illius possent longe post futura promereri. Cum maiorem ad dexteram minorem vero posuit ad sinistram. Cumque iam oculis senectute caligantibus nepotes suos quis prior quisve esset minor humano visu discernere nequaquam posset, directis in obliquum brachiis dexteram manum minori sinistram maiori posuit. Quod dum corrigere filius vellet, cui ait. Non ita convenit pater. Extra hic est primogenitus. Audivit. Scio fili mi scio. Et iste quidem erit in populos et multiplicabitur, sed frater eius minor maior erit illo. Prophetie ergo spiritus ex preterito pariter et ex futuro prophetantis animum tetigit dum Iacob et ventura indicabat, et eos quos corporis oculis videre non poterat, quomodo essent positos in spiritu discernebat. Sic Ahie prophete animum prophetie spiritus ex presenti atque ex futuro tetigit, cum caligantibus oculis eam que se esse aliam simulabat et uxorem Ieroboam esse cognovit, et que ei futura essent aperte [appenuit] dicens. Ingredere uxor Ieroboam. Quare aliam esse te simulas. Ego autem missus ad te sum durus nuncius. Vade et dic Ieroboam. Hec dicit dominus deus Israel. Tu operatus es male super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles ut me ad iracundiam provocares, me autem proiecisti post corpus tuum. Ideo ego inducam mala super domum Ieroboam. Ex presenti ergo atque futuro pariter prophetantis animus tactus fuerat, qui et ingredientem deprehendere potuit et ei ventura indicavit. Aliquando autem ex preterito et ex presenti atque ex futuro pariter animus tangitur prophetantis. Sicut Helizabeth ad semetipsam Mariam conspiciens, que incarnatum verbum gestaret in utero agnovit. Eam quippe iam domini sui matrem vocavit dicens. Unde hoc michi ut veniat mater domini mei ad me. De cuius conceptione per angelum quoque ad Ioseph dicitur. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Tunc idem Elizabeth dicit. Beata que credidisti quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Dicens enim beata que credidisti aperte indicat quia verba angeli que dicta ad Mariam fuerant per spiritum agnovit. Atque subiungens perficientur ea que dicta sunt tibi a domino, que eam etiam in futuro sequerentur providit. Simul ergo de preterito et presenti atque ex futuro prophetie spiritu tacta est, que et eam promissionibus angeli credidisse cognovit, et matrem nominans quia redemptorem humani generis in utero portaret intellexit, et tunc omnia perficienda predicit. Quid eam etiam de futuro sequeretur aspexit. Aliquando vero prophetie spiritus ex preterito tangit animum nec tangit ex futuro. Sicut in Paulo apostolo aperte ostenditur, qui discipulis dicit. Notum vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem, neque enim ab homine accepi illud aut didici. Sed per revelationem Ihesu Christi. Qui ante quoque discipulis dicit. Secundum revelationem notum michi factum est sacramentum. Qui tamen hoc ipsum evangelium quod per revelationem cognoverat, cum Ierosolimam predicaturus ascenderet, ait. Ecce ego alligatus spiritu vado in Ierusalem, que in ea ventura sint michi ignorans. Hoc quippe evangelii sacramentum est, quia unigenitus patris incarnatus atque perfectus homo factus est, qui crucifixus mortuus et sepultus die tertia resurrexit, die quoque quadragesima ascendit in celum atque in dextera patris sedet. Ergo per revelationem evangelium agnovit, prophetie spiritu de preterito tactus est. Sed quia quid pro eodem evangelio passurus esset ignoravit, de futuro procul dubio tactus non est. Nam

et sic dicit nisi quod spiritus sanctus potius
civitates protestatur michi dicens quia quoniam
vincula et tribulationes me manent
apte ostenditur quia ea que ipsi fu-
tura erant / aliis de ipso revelata erant
non autem ipsi de se / Dicit de i° paga
bum — de / Virum cuius hec zona est
ita alligari oportet in iherusalem / Aliquando
autem prophetie spiritus tangit ex futuro nec
tangit ex preterito · sicut de helisei facto
scriptum est / Securis cum unus ex filiis
propharum materiam succideret huius ferri
securis in aquam cecidit / Unde exclamavit
clamavit heu · heu · domine mi et hoc
ipsum mutuo acceperam / Dixit autem
homo dei / ubi cecidit / At ille monstravit
ei locum / Precidit ergo lignum et misit
illuc natavitque ferrum / In quo vi-
delicet prophete facto consistitur / Securis quod requirit
ubi cecidat quod esset facturum noverat
/ sed tamen cum constat quia ubi ferrum ceci-
disset ignorabat / prophetie ergo spiritus he-
lisei mentem ex futuro tetigerat / Sed ex
preterito non tangebat / quod et ferrum in pro-
fundissimum dimissum ex revocaturus
esset ad superficiem sic potuit / Sed ubi ce-
cidit omnino nescivit / aliquando vero prophetie
spiritus in presenti ex parte tangit / et ex parte
non tangit / quod per hystoriam apostolorum testatur
cum missi ad cornelium milites ei
sint per spiritum nunciati / Scriptum quippe
est / Dixit spiritus ei / Ecce viri tres querunt
te ad quos ille descendit et requirens
dixit / Que causa est propter quam venistis
Cuius vobis ostenditur / quia causam
tamen per spiritum non audicat / qui annunc-
tibus regnabat / In presenti ergo mentem
petri spiritus / et ex parte mente tetigit
/ et ex parte non tetigit / Unde et ad eos
milites dixit · et pugna causa ~~venerat~~ venerat
~~cau~~ tacuit / aliquando vero spiritus prophetie
non futuris ex parte tangit / et ex parte
non tangit / sic propharum filii de ascen-
sendo helia ad heliseum dicunt
Nunquid nosti / quod hodie dominus tollat
dominum tuum a te / Quo ablato sese
per divisa dispergunt / cumque erant rupibus

in rupibus · et vallibus quererent in futuro
ergo eorum mentem prophetie spiritus et ex parte
tetigerat / et ex parte minime tangebat
/ quando enim quem tollendum nove-
rant non inveniendum querebant /
ex parte itaque tacti sunt atque ex
parte non tacti / qui et sciebant quod
et tolli posset / et nesciebant quod
inveniri non posset / hoc idem quoque
heliseus per prophetie spiritum de futuro
ex parte tactus est et ex parte non tactus
cum regi israel diceret / percutiat ia-
culo terram et cum percussisset tribus
vicibus / et stetisset iratus est contra
eum vir dei et ait / Si percussisses
quinquies aut sexies sive in septies
percussisses syriam usque ad consump-
tionem / Nunc autem tribus vicibus
percuties eam / Unde itaque noverat
/ quod quoties percuteret syriam quo-
tiens percussisset terram / Sed cum ei
diceret / percute terram / quotiens eam
percussurus esset ignorabat / Semper
quia et indignatus est tamen tertio
fuisse percussam / Ex facto constat quia
de futuro ex parte tactus fuerat ex parte
non tactus / qui syriam percuti predixit
Sed terram percuti amplius noluit / sic
samuel · cum ad unguendum david
a deo mitteretur · cudit / Quomodo in-
vadam / Audiet enim saul et inter-
ficiet me / Unde et deus innixit
/ nec tu saule occisus est / Ex parte
ergo de futuro tactus prophete animus
fuerat et ex parte non tactus quam et
unguendum david in regno no-
verat / et quia a saule non esset
occidendus ignorabat / Sciendum quoque
est / quod prophete quidam de proximo tan-
guntur atque elonginquo minime
tanguntur / alii vero elonginquo et
non tanguntur de proximo / alii autem
et elonginquo et de proximo prophe-
tie spiritu tanguntur / Nam

quidam tangunt quod ex proximo et non
elonginquo sit Samuel prisse asi-
nas noverat eas quas inventas esse
nunciabat Saul regem futurum predicit
David quoque qui in eius regno suc-
cederet nunciavit nunciat enim quod prin-
ceps eius futurus sit non predicit Qui-
dam vero tangunt a elonginquo et non
tangunt a quod ex proximo sit in fide
David incarnandum dei unigenitum
noverat dicit enim dicens Homo
factus est in ea et ipse fundavit
eam altissimus atque venit ad celos
ascensurum et ad patris dexteram sessu-
rum intelligit dicens Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis
et tam multa que ex intimo acta
sunt minime providit Ut enim pau-
ca de multis loquatur scienti mi-
fibosete quod dum sum mentientem
non intellexit et amasse promittens
dixit hec faciat michi deus et
hec addat si non magister militie
fueris coram me omni tempore pro ~~ioab~~ Ioab
unde quem sequeretur ignorans qui ipsum
amasa non solum principem militie
pro ioab constituit sed etiam pro ioab
post paululum vita privaret
Et cum templum deo construere voluit
quid ex intimo sequitur nesciens
prophetam alterum requisivit Quidam
vero elonginquo tangunt et ex proximo
sicut ysaias longe post futura
prenunciat dicens Ecce virgo con-
cipiet et pariet filium et vocabitur
nomen eius emanuel De quo
rursus ait Parvulus natus
est nobis et filius datus est nobis
et factus est principatus super hu-
merum eius et vocabitur nomen eius
admirabilis consiliarius deus fortis
fortis pater futuri seculi princeps
pacis Multiplicabitur eius imperium et
pacis non erit finis Quem etiam de eze-
chia rege prophetie spiritu tactus con-
tinuo quia de infirmitate sua surgeret
predixit et est annis post infirmitatem
viveret nunciavit Aliquando vero prophe-
tie spiritus prophetis deest nec semper eorum
mentibus presto est quatenus cum hunc non
habent se hunc cognoscant ex dono habere
cum habent Unde heliseus eum
flentem sunamitem mulierem a
suis pedibus per giezi puerum ancilli giezi
prohiberet dixit Dimitte illam et
dominus celavit me ~~et non~~ et non indi-
cavit michi Anima enim eius in ama-
ritudine est Hic quoque cum eum iosaphat
de futuris requireret et prophetie ei spi-
ritus deesset psaltem fecit applicari ut prophe-
tie ad hunc spiritus per laudem psal-
modie descenderet atque eius animum
de venturis repleret Vox etenim psal-
modie cum per intentionem cordis agi-
tur per hanc omnipotenti domino ad cor iter
paratur ut intente menti vel prophe-
tie misteria vel compunctionis graciam in-
fundat Unde scriptum est Sacrificium
laudis honorificabit me et illic
iter est quo ostendam illi salutare
dei Quod enim latine salutare hoc he-
braice ihesus dicitur In sacrificio ergo lau-
dis fit in ihesum iter ostensionis quia dum
per psalmodiam compunctio effunditur
via nobis in corde fit per quam ad ihesum
in fine pervenitur Sicut ipse de sua osten-
sione loquitur dicens Qui diligit
me diligetur a patre meo et ego dili-
gam eum et manifestabo ei me
ipsum Hinc quoque scriptum est Cantate
domino psalmum dicite nomini eius
iter facite ei qui ascendit super occa-
sum dominus nomen est ei Ipse etenim
super occasum ascendit qui mortem
resurgendo calcavit ~~fiat~~ Ei dum cantamus
iter facimus ut ad nostrum cor veniat

et sin nos amois gra attendat Ra
aut pplitis pphetie spus no sp ad est
et iam vir dei meditat qui contra
samalez missus mala que erant ventura
pnunciavit Cum tn phibitus ad no i
illa comede pphe falsi psuasione de
ceptus est Quem fallax sermo no
decipet si pphie spm pntem habuis
set Sacerdos quoque e qp alii pphe sa
dum consulut ex magno vsu phetadi
quedam ex suo spu pferunt et sc̄ hec ex pphe
spu dice sspirant Sz qz si sunt per
sanctum spm ticius correpti ab eo que va
sunt audiunt et semetipsos quia falsa
dixerunt reprehendunt Nathan etenim
pphetam scim viru fuisse qs nesciat
qui david rege et de culpa aperte re
phendit et que ei p culpa eadem erant
ventura nunciat Verum tn dum ysdem
david qz templum deo vellet construere
requisisset illico subdit Omne quod
e in corde tuo vade et fac quia dns
tecum est De quo illic statim subdit
Factum e aut nocte illa et ecce sermo
dei ad nathan dices Vade et loquere
ad suum meu david Hec dicit dns
deus Nunquid tu edificabis in domum ad
habitandum neque enim habitam i domo
ex die qua eduxi filios israel de terra
egipti usque i diem hanc Et paulo
post Cum completi fuerint dies tui et
dormieris cum patribus tuis suscitabo
seme tuu post te qd egredietur de vtero
tuo et firmabo regnum eius ipse edifica
bit domum nomini meo Ecce natha
pphta q prius regi dixerat vade et fac
ipse post modum p pphie spm edoctus
hoc se no posse denunciavit et regis
consilijs et suis sermonibus contradixit
qz qp ex suo spu dixat flsm fuisse re
phendit Cum a i re mit pphas veros
et falsos Ita distancia est qp pphe veri
veri si qd alii p suu spm dicunt hc
ab auditoribus mitibus p scm spm erudi
ti citius corrigunt pphe aut falsi

et falsa denunciant et alieni a sco
spu in sua flitate pdurat Consideran
dum e pphie temporibus et modis intuen
dum quale omnipt deus ad pna
tum hominis ire sue moderamina di
spensat Israheliticus quippe pplus
conditori suo delinquat et idco regi
babilonio in captiuitate serviebat
Cum quo tamen ezechiel ppheta in
captiuitate mittit que dna gra
ita ubi placabile fecit ut p eum
ventura quoque pdicet et afflicti pplo
merite consolari digretur Considerem
ergo si possumus quita e dispensacio
superne pietatis quia sic iratus e pplo
suo domin ut tamen no omni modo
irasceretur Nam si iratus no eet in
captiuitate pplm minime tradidisset
Et si omnino iratus eet electos suos cu
illo in captiuitate no mitteret Sz agit
hec dna mira ut exnna eadem que
re exqua carnalibus dat flagellum
erga spiritalibus vtutis preparet incrementu
Cumque illos p tribulacionem purgat
istos ex societate tribulancium ad maio
ra pmerenda excitat et sic in mistis
irascitur ut tamen eorum corda pmistorum
confortando consoletur Ne si omni mo
deserat nullus post culpas advocatus
redeat Tenendo igitur repellit et re
pellendo tenet qui tum hijs qs dimi
citat simul in tribulacione mittit qs
amat Cuius ista tante pietatis vi
scera pesare sufficiat et qd culpas
ppli domin sine vindicta no deserit
qp tn delinquente et pplm a se fun
ditus no repellit Sic cum moyses
ad repromissionis terra exploratores
duodecim misisset ex quibus cu decem
postmodum desperacionem pplo facerent
ipse pplus in ira murmuracionis
accensus se ductu se ad no esse con
questus est ut eius cadauera iaceret
in deserto Cum omnipt deus iratus
dixit qd nullus eorum terra repromissionis
intraret Duo tamen q puncti sunc fecisse
se cognouerint sese sese in lacrimis
afflixerunt Et a timenti armis pro
tinus receperunt contra hostes asce

ut repromissionis terram post latitudinem
intrare potuissent. Quibus per moysen
dominus dicit: Dic eis: Nolite ascendere
neque pugnetis, non enim sum vobiscum
ne cadatis coram inimicis vestris. Sed nimirum
pensandum est si cum ipsis non erat, cur
eos ne caderent ascendere prohibebat.
Si autem cum ipsis erat, quid est quod ait:
non enim sum vobiscum, sed misericordia dispen-
satione disciplinae ac irae et cum ipsis
erat, et cum ipsis non erat. Cum ipsis
non erat ut vinceret, sed cum ipsis erat
ne ab hostibus perirent. O ineffabilia
pietatis viscera, culpas insequitur et cum
peccatores protegit. Iratum se indicat
et tamen ab hostibus defendit. Sic ple-
rumque parvulo filio delinquenti irascitur
mater, reprehendit, increpat, verberat.
Sed si hunc in praeceps ire conspexerit,
ubi in mortis periculum ruat,
manum tendit et retinet. Et quae sic
irata verberaverat, at si non diligeret
sic diligendo retinet ac si irata non
verberasset. Haec in sola praefatione colloquentes
navigium nostrum quasi intra portum
exercuimus, ut ad indagandum
prophetiae mysteria velut in immensitatem
pelagi post vela pandamus. Et tamen
non in nostra virtute praesumimus. Sed in eo
qui linguas infantium facit disertas,
quia spiritus domini replevit orbem terrarum
et hoc quod continet omnia scientiam habet
vocis. Omnipotens enim deus sermo patris
omnipotentis est. Et qui de illo loqui
concupiscimus, nisi in illo nullo modo
erimus. Dabit verba utilia omnipotens
verbum quod pro nobis incarnatum vivit
et regnat cum patre in unitate spiritus
sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Explicit omelia prima. Incipit omelia 2a.

Usus propheticae locutionis est ut prius
personam, tempus, locumque describat
et postmodum dicere mysteria prophetiae
incipiat, quatenus ad veritatem solidius
ostendendam ante historiae radicem figat
et post fructus spiritus per signa et alle-
gorias proferat. Ezechiel itaque etatis

suae tempus indicat dicens: Et factum
est in tricesimo anno in quarto mense
in quinta mensis. Locum quoque denuntians
adiungit: Cum essem in medio captivorum
iuxta flumen Chobar, aperti sunt
caeli et vidi visiones dei. Tempus captivitatis
etiam insinuat subdens: In quinta mensis,
ipse est annus quintus transmigrationis regis
Ioachim. Qui ut bene personam indicet
etiam genus narrat cum subditur:
Et factum est verbum domini ad Ezechielem
filium Buzi sacerdotem. Sed prima nobis
quaestio oritur cur is qui nihil ad-
huc dixerat ita exorsus est dicens: Et
factum est in tricesimo anno. Namque sermo
coniunctionis est. Et scimus quia non coniungitur
sermo subsequens nisi sermoni praecedenti.
Cum ergo nihil dixerat, cur dicit:
Et factum est, cum non sit sermo cui hoc
quod incipit subiungat. Sed qua in re intuen-
dum est quia sicut nos corporalia, sic prophetae
sensus spiritalia aspiciunt, eis quoque et
illa sunt praesentia quae nostrae ignorantiae
absentia videntur. Unde fit ut in mente
prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interio-
ra, quatenus simul utraque videant, simul-
que in eis fiat et intus verbum quod audiunt
et foris quod dicunt. Patet igitur causa
cur qui nihil dixerat inchoat dicens:
Et factum est in tricesimo anno, quia hoc
verbum quod foris protulit illi verbo quod intus
audierat coniunxit. Continuavit ergo
verba quae protulit visioni intimae, et ideo
recto incipit dicens: Et factum est. Subiungit
enim hoc quod exterius loqui inchoat ac si
et illud foris sit quod intus videt.
Notandum autem quod dicit: quia tricesimo anno
spiritum prophetiae accepit, indicat nobis aliquid
considerandum, videlicet quia iuxta rationis usum
doctrinae sermo non suppetit nisi in aetate
perfecta. Unde et ipse dominus anno duo-
decimo aetatis suae in medio doctorum
in templo sedens non docens, sed interro-
gans voluit inveniri. Ut enim non
auderent homines in infirma aetate praedicare,
ille anno duodecimo aetatis suae interro-
gare homines est dignatus in terra.

Sml

qui per divinitatem suam semper angelos
docet in celo. Quia enim ipse est dei sapientia
de ipso angeli videndo vivunt, hoc quo be-
atitudine eterna satiantur. Sed Moyses quoque
sub allegorie misterio admonet dicens: Non o-
perabis in primogenito bovis. Primogeni-
tum enim bovis accipimus in infirma
etate primi nostri temporis bona operacionem, in qua
tamen cautius non est. Quia enim prima nostre
adolescentie vel iuventutis nostre tempora
nobis adhuc a predicatione cessandum est,
ut vomer lingue nostre proscindere non
audeat terram cordis alieni. Quousque enim
etenim infirmi nos sumus, continere nos intra
nosmetipsos debemus, ne dum tenera
bona citius ostendimus amittamus. Quia
et arbusta plantata si prius in terra
radicata non fuerint, manum tacta citius
arescunt. At si semel radice fixerint,
manus tangit et tamen nil officit; venti
impellunt nec tamen impellentes ledunt.
Et constructi parietes si impellantur cum
nondum a prius fuerint humore sic-
cati... Mens itaque quousque a pravitate
sua perfecte non fuerit exsiccata, aliene lin-
gue manum tangi non debet, ne prius
quam plene percipiat perdat soliditatem
suam, ne impulsa ruat, ne velut ar-
bustum sine radicibus dum plus quam
tollerare valeat commovetur arescat. Unde ex-
emplum ergo non sunt ostendenda nisi que fir-
ma sunt. Prius etenim convalescere debet
mens atque ad utilitatem proximorum post-
modum demonstrari, cum iam nec plau-
sum elevata corruat nec per vituperationem
percussa contabescat. Nam et si Thimo-
theo dicitur: Precipe hec et doce, nemo ado-
lescentiam tuam contempnat, sciendum est quia
in sacro eloquio nonnumquam adolescentia
iuventus vocatur. Unde scriptum est:
Letare iuvenis in adolescentia tua. Perpendend-
um est ut ostendatur cuius auctoritatis sit
in predicatione etatis solidum esse describ-
[?] quatenus ei tamen vita et spiritu omnia que
ad predicandum conveniunt concordare videantur,
nec contra hec movere quempiam debet
quod Ieremias atque Daniel prophetie spiritum

pueri perceperunt, quia in maxilla per exemplum
operationis non sunt trahenda. Omnipotens
enim deus et linguas infantium fa-
cit disertas et ex ore infantium atque
lactentium perficit laudem. Sed aliud est
quod nos doctrine usu atque disciplina
docemur, aliud quod de miraculo scimus.
Iam non si queritur ut in ipsa quoque
etatis illius expressione misterium
aliquod designetur, absurdum non
est quod propheta dum que verbis de-
nuntiat ipso quoque etatis sue tempore
ostendit. Anno tricesimo Ezechiel prophete
celi aperti sunt et vidit visiones
Domini iuxta flumen Thobar. Quia
et quasi anno tricesimo etatis sue
Dominus ad flumen Iordanis venit.
Ibi itaque celi aperti sunt, quia spiritus
in columba descendit, vox quoque
de celo sonuit dicens: Hic est filius
meus dilectus in quo mihi complacui.
Sed et ipsa hebrea verba misticum nobis
ad misterium [stain] interpretationibus valent.
Nam Thobar interpretatur gravitudo vel gra-
vitas, Hezechiel fortitudo Dei,
Buzi despectus vel contemptus, Caldei
captivantes vel quasi demones. Venit
ergo Hezechiel iuxta flumen Thobar,
quia gravitudo enim Thobar vel gra-
vitas dicitur, quod per Thobar flumen
nisi humanum genus congrue designatur,
quod ab ortu defluit ad mortem, et gra-
vitate [illegible] est expectatus, quod peccavit et
portat, quia sicut scriptum est: iniquitas
in talentum plumbi sedet. Quid enim peccato
gravius est, quod non permittit animam ad
sublimia levari? Unde et per psalmi-
stam dicitur: Filii hominum usquequo graves
corde? Sed non de eo dicitur, quia ipse est
Dei virtus et sapientia. Venit ergo Heze-
chiel iuxta flumen Thobar, quia forti-
tudo Dei per incarnationis sue miste-
rium propinquare dignata est peccatorum
suorum pondera portanti generi humano,
quod ab ortu suo cotidie defluit ad mortem.

Buzi

Peccatum grave est

Scda

sicut de illo et per psalmistam dr
Et erit tanquam lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum. Iuxta
decursus quippe aquarum plantatus e
quia nostro lapsu incarnatus est et
defluentium populorum. Hezechiel autem forti-
tudinem dei Buzi vero despectus interpreta-
tur. Sed ezechiel filius est buzi
quia ex illo populo unigenitus dei incar-
nari dignatus est quem propter culpam
perfidie dominus despexit. Fortitudo ergo
dei ex contemptu vel despectu nascitur
quia redemptor in humanitatem
assumere ex populo perfido et contempto di-
gnatus est. Venit vero in terra caldeorum.
Caldei interpretatur velud ferri capti-
vantes vel quasi demones. Iniqui et
enim qui et ipsi iniquitates perpetrant
et ad iniquitatem alios persuadendo
trahunt nimirum captivatores sunt.
Demum recte quoque et quasi demones
interpretantur. Quid Illi enim qui et alios ad
iniquitatem persuadendo trahunt in semet
ipsis maligno demonum ad iniquitatem
suscipiunt. Carnis demones proinde
non sunt. Venit ergo fortitudo dei in terra
caldeorum quia inter eos unigenitus patris
apparuit qui de semetipsis ad peccatum
defluxerant et ad peccata alios captiva-
tes trahebant. Sed expositionis sermo
ad prophete nunc redeat ad personam et facta
est super eum ibi manus domini. Manus
vel brachium domini filius dei per quem ipse
omnia facta sunt. Unde etiam psal-
mista ait: fiat manus tua ut sal-
vum me faciat. Manus quippe dei que
per divinitatem non est facta sed genita
per humilitatem facta est ut humanum genus
vulnera sanaret. Ibi ergo propheta incar-
nationem unigeniti agnovit ubi super
se manum domini factam vidit. Et vero
hic subditur: et vidi et ecce ventus
turbinis veniebat ab aquilone.
Intuendum nobis est quia sit in prophete
verbis ordo locutionis. Neque enim superius
de se ipso dixerat aperti sunt celi et
vidi visiones dei. Postea tamen
sicut de alio narraret adiungit: et facta
est super eum ibi manus domini. Ac
deinde quasi ad se redit et dicit: et vidi,
et ecce manus ventus turbinis venie-
bat ab aquilone. Quid est hoc quod modo hie-
zechiel loquitur modo de ezechiele. Si
per totum diceret de se questio non esset. Si
per totum diceret quasi de alio nichilominus questio
non fuisset. Sciendum ergo est hoc quod sic nar-
ratur sermo propheticus: ut modo propheta
de se loquatur, modo autem de se ipso quasi
alius loqui indicatur. Sed sciendum est Nona
quia hii qui prophetie spiritu replentur per
hoc quod apte non numquam loquuntur de se
et non numquam de aliis perferunt indicium
quia non propheta sed sanctus spiritus loquitur
per prophetam. Pro eo enim quod per ipsos sermo
fit ipsi loquuntur de se. Et pro eo quod aspi-
rante sancto spiritu loquitur ipsorum sanctus spiritus
per ipsos loquitur de ipsis veritate attes-
tante que dicit: Non enim vos estis
qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui
loquitur in vobis. Sic etiam moyses ait Moyses
Erat moyses vir mitissimus super omnes
homines qui morabantur in terra. Qui
enim non dicit erat, sed erat perfecto apte
indicat quod sanctus qui per illum de illo
loquebatur alius erat. Sic iohannes
ait: vidit illum discipulum quem dilige-
bat ihesus. Unde et paulus ut non se
esse qui loqueretur ostenderet dixit: an experi-
mentum queritis eius qui in me loquitur
Christus. Cum ergo in locutione prophetica alter
est qui presidet alter qui obsequitur, cum
de se ipso propheta loquitur persona obsequentis
est. Cum vero per prophetam spiritus loquitur
sublimitas presidentis ostenditur. Recte
ergo tanquam de alio dicit facta est super eum
ibi manus domini, et de se protinus ad-
iungit: et vidi et ecce ventus turbinis
veniebat ab aquilone. Nunc itaque di-
scutiendum nobis est quid sit quod dicit: et
ecce ventus turbinis veniebat ab a-
quilone, et nubes magna. Pro eo

q̄ ventꝰ aquilo cōstringit ī frigore
/ nō in cōgrue aquilonis noīe torpor
maligni spūs designatur. Et ysa-
ias quoque ꝓpheta testatur qui dixisse
dyabolum demictat dicens Sedebo in
monte testamenti in latibus aquilonis
Malignus enim spūs in monte testamen-
ti tenuit quia ad incredulitatem ꝓplm qui
legem acceptaverat sibi in perfidia subiugavit
Qui u doctorem corda tenet / monti
testamenti dyabolus presidet Qui etiam
in latibus aquilonis sedet / quia men-
tes hominum frigidas possidet Unde
et sponsi voce in cantico canticorum
dicitur Surge aquilo et veni auster
perfla ortum meum / et fluant aro-
mata illius Cum enim iubente
deo frigidus spūs recedit Calidus
spūs mentem fidelium occupat quod ortus
dei id est sanctam ecclesiam perflat ut opi-
niones virtutum eius ad multorum noticiam
velut aromata defluant Recedente
te etenim aquilone / id est maligno spiritu
/ spūs spūs mentem quasi auster re-
plet cum divini calefactione flaue-
rit statim de fidelium cordibus aroma-
ta virtutum fluunt / ꝓpheta ergo ca q
ccunt in fine venturi conspiciens re-
mixe ab aquilone ventum turbinis vidit
/ quia in extremo seculo mentes hominum
torporis sui frigore malignus
spūs gravius occupabit Unde
scriptum est Ve terre et mari quia
descendit dyabolus ad nos habens iram
· magna sciens quod modicum tempus
habet · antiquus quippe adversarius in perdicio-
rum suarum volumina in humanis men-
tibus gravius exaggeravit quanto
cunctis extremis superbiam in carnati
manifesta est humilitas dei / atque
ut humanum genus a suo languore
sanaret / Tunc magna apparuit

potencia medicantium languor crevit
egroti / hic autem malignus spūs immissus
ventus turbinis appellatur Turbo quippe
edificium quod tangit concutiendo subvertit
et omnis antiqui hostis temptatus
que agitur in mente / ventus est tur-
binis quia hanc concuciendo per perdicionem
ab statu sue rectitudinis evellit.
Sed nos ista recticetes que humano
generi cavit ab hoste tali de in fine ve-
tura ad solam iudeam ex qua ꝓpheta
fuit et eius perditionem ꝓphetando con-
spicit verba sitamus Que in tam nato
domino tanto gravius ab aquilone ventum
turbinis pertulit / quanto a sua rectitudine
concussa cadens / per torporem mentis in
perfidia frigida remansit Ventus ergo
turbinis ab aquilone venit / tunc in incredulitatem
ipsius plebis malignus spūs in temp-
tatione concussit ubi et recte additur
/ et nubes magna Quia quanto
plus quisque exarsit in crudelitate · tanto
amplius obcecari meruit in ignoran-
cie sue caligine Redemptorem
quippe humanum generis quem in lege
ac ꝓphetis intelligentes expectave-
runt nidentes negabant Unde
actum est / ut eorum mens magna
ignorancie nube tegeretur / ne
huic per ea inquietes assistent quem
primus et dominicae potant eta-
mac venuebal Na tu mo enis
virtutes et macula · nunc at passio
nes magna ab aquilone venerat
· ex privati sui frigore / propter infirmitatem
passionis illius et mens signa ta-
ligat uel caligabat Quod nō
ex illa nubis magne caligine
sit secutum subiungitur cum protinus
dicit Et ignis involvens Ignis
enim nomine — per significatione dicitur
/ aliquando spūs sanctus / aliquando ab mentis
malicia designatur / De bono enim

Ignis quid sit

2

igni septimu e Ignem veni mittere in
terram et quid volo nisi ut accendatur
Ignis quippe in terram mittitur cum par ardo-
rem sancti spiritus afflata terrena mens
a carnalibus suis desideriis concremat
De malo autem igni dicitur et venit ignis
adversarios consumit quia cor pessimum
consciu malitia tabescit sicut autem ignis
amoris mentem erigit ita ignis malitie
involvit Ira et enim superbia cor replet
elevat et ardor malitie ad insidias
semper inclinat Iudea igitur nube sue
ignorantie cecata quia mox ad persecu-
tionis nequitiam exarsit igne suo con-
voluta est que in obligatione senec-
quiae peccati ipsam crudelitatem qua
arsit implicavit Ventus autem turbi-
nis veniebat ab aquilone et nubes
magna et ignis involvens quia
ex torpore sui frigore ad ignorantie
sue caliginem perducta usque ad ma-
litiam persecutionis exarsit Unde
ad alium quoque prophetam dicitur Quid
tu vides qui illico respondit Ollam
succensam ego video et faciem eius
a facie aquilonis Iudeorum quippe mens
in persecutionem ferventis atque in crudeli-
tate malitie undas cogitationum
volvens quid aliud quam olla succen-
sa fuit Cuius facies a facie aquilo-
nis esse dicitur quia si se ad inferni
torporem mentis non subderet contra
bonos in tanta malitia non arsisset
Nubem itaque sequitur ignis involvens
quia in eis cecitate victus secuta
est crudelitas persecutionis Si enim
cognovissent numquam dominum glorie
crucifixissent Sed iste ignis alibi
arsit atque alibi splenduit Nam
succenditur et splendor intuitu eius
Unde cum persecutio in Iudea agitur
sancta predicatio apostolorum
in universo mundo dispersa est Sicut ipsi
dicunt Vobis missum fuerat verbum dei
Sed quia indignos vos iudicastis ecce
convertimur ad gentes De crudelitate ergo ma-
litie que mentem Iudee concremavit omnipo-
tens lucem gentibus sparsit quia per hoc
quod illa redemptorem suum ac membra eius
persecuta est sancti apostoli per diversa dispersi
nos qui in Iudee exitu positi in tenebris
sumus dono celestis gratie splendorem
veri luminis videmus Unde scriptum est
Sedentibus in tenebris et in umbra mor-
tis lux orta est eis Iste itaque ignis
malitie qui auctorum cordibus arsit
in persecutionem prius quam sanctos apostolos
seviendo affligeret in ipso exarsit auc-
tore ac redemptore generis humani
Unde et subditur et de medio eius
quasi species electri id est de medio ignis
illud electri species nisi Christus Iesus
mediator dei et hominum designatur
Electrum quippe ex auro et argento est
In electro dum aurum et argentum
commiscetur argentum ad claritatem
crescit aurum vero a suo fulgore pale-
scit Illud ad claritatem proficit hoc ad
claritatem temperatur Quia igitur in
unigenito dei filio nature divinitatis
unita est natura nostra In qua cum ma-
tone humanitas in maiestatis gloria
exarsit Divinitas vero a sui fulgore
potius humanis se oculis temperavit per
hoc quod humana natura clarior facta
est quasi per aurum crevit argentum Et
quia divinitas a fulgore suo nostris
est aspectibus temperata quasi aurum
nobis palluit ~~per~~ argentum Illa ei-
nata immutabilis que in se ma-
nens innovat omnia si ita ut est nobis
apparere voluisset fulgore suo nos
incenderet potius quam renovaret Sed
claritatem sue magnitudinis temperavit

Omel

inis oculis deus vt dum nob' eius
claritas temperat' etia' michi infirmitas
p eius similitudine in eius luce clare
scit / et p acceptam gram' / ut ita dicam
sue fortitudinis colorem innuciet / Quasi
si electru' ergo in igne e deus homo
factus in psecucione / Sequitur et in me
eius similitudo quatuor a'ialium / Et
in medio eius dr / i. sine electru' sine
ignis nil obstat intelligi / Quia quatuor
hec a'ialia sci sz ewangliste
/ et exempla dni in carnacione ad si-
dei virtute solidati sunt et in igne p-
secucionis multis tribulacionib; afflic-
ti / Et si quis hec que de primo dni
aduentu diximus / etiam de scdo velit
accipere celeri assensu sequendus est
/ quia sepe prophic spu' in vnu' qu' loq'
multa simul intuetur / Ventus enim
turbinis ab aquilone venit / quia immi-
nens ca' peccator exigit ut districti iu-
dicii concussio / omnia simul cla' perturbet
Terror enim perturbacionis ultime inde
venire dr / unde generatur / Nam quia
ad ferendas frigidas peccatoru' mentes in-
dicium perturbacionis ultime agit' / recte ab
aquilone ventus turbinis venire perhi-
betur / Tunc vero concussio apte ventus
turbinis dr / Quia in illo die timentes
qui nunc in carne morbi inventi fue-
rint in pauore nimio corda commoueta
Tunc enim cepit impleri qd scriptum est
Sol obscurabit' / et luna non dabit
lumen suum / et stelle cadent de celo et
virtutes celoru' commouebunt / que mens
est hominis eterni iudicis presenciam non for-
midantis / Ibi enim tot culpa simul peccata
ante oculos redeunt / ibi omnia que cum
delectacione acta sunt ad memoriam
cu' pauore reuocant' / ibi caligo cogita-
cionis miserie expene proxime damp-
nacionis / Unde et subdr / et nubes ma-
gna / nunc quippe ex peccatorum memoria se-
sum mentis deprimit / caligo teritatis
cu' vnigenitu' dei filiu' in forma di-
uinitatis to spiritu' reprobi non permittut

Videbunt enim in quem transfixerunt
et tollatur impius ne videat gloriam dei
ubi et apte subdit / et ignis inuolues
Quia vero ignis i. e. iudicii qui celu'
aereum / et terram concremat / peccatores
iam in pria superbia non permittit erigi
/ sed i inuoluit quos procul dubio i pene
sue dampnacione confringit et splendor
in circuitu eius / Quia sicut fulgor exit
ab oriente et paret usque ad occidentem
Ita erit aduentus filii hominis / ubi nullus
timet audiciosima mente letari pmit-
titur quia ipso iudicis fulgore pene-
tratur / In quo mox iudicem subdit
Et de medio eius quasi species electri id
est de medio ignis / Ipse n. angelis
atque archangelis omnib; quoque virtutibus
presidens redemptor noster / qui velut i
electri similitudine minus exitit etiam
utraque na' et deus permansit cu' pre
ad redempcionem nram factus e mortalis
cum hominib; in pro tiore tunc medi-
cique ignis iudicii in reprobor' vindicta
famulatur / hunc n. scriptu' est / Dies
~~dies~~ dni declabit / quia in igne reue-
labit' / hunc psalmista ait / Deus ma-
~~festo~~ veniet deus nr et non silebit /
Ignis in conspectu eius ardebit et in circui-
tu eius tempestas valida / hunc petrus
apostolus dicit / adueniet dies domini ut
fur in quo celi magno impetu transient
Elementa non ignis ardore soluetur / Et
quia tunc sci omnes qui mundum perfecte reliq-
erunt / iudices veniunt apte mox subdr
Et in medio eius similitudo quatuor a'iali-
um / Quid n. p quatuor a'ialia nisi
quatuor ewangelia te signat' / Nec in junto p
ewanglistas iiii.or perfectorum omnium mis
exprimunt' / quia omnes qui in ecclesia mo
perfecti sunt perfeccionis sue rectitudinem
p eorum ewangelium didicerunt / de medio
enim eius similitudo quatuor a'ialium / quoque
illi tunc eius corpori iuncti eius maie-
stati coniuncti et simul sci cu' eo iudices
videbunt / qui modo perfecta opera iuxta
ewangelica precepta secuti sunt / Hinc enim

Sed·

p ipis sanctis aplis dr Uos q secuti
estis me / in generatione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue sedebitis et
vos sup sedes duodecim iudicantes
xii tribus israel / hinc ysaias ait / Dns
ad iudicium veniet cum senioribus popli
sui · hinc salomon de ecclesia loquitur
dicens / Nobilis in portis vir eius / cum
sederit cum senioribus terre · his itaque sub bre
vitate cursim adiunctis primo ordine
sit repinus · exequentes ad evangelistarum
personas in expositione redeamus · Seqt
et hic aspectus eorum similitudo hominis
in eis / Quis hoc loco homo describitur
nisi ille de quo scriptum est Qui cum in
forma dei esset non rapinam arbitra-
tus est esse se equalem deo · sed semetipsum
exinanivit formam servi accipiens in
similitudine hominum factus et habitu
inventus est homo Hec itaque et alia ut
surgere ad sanctitatis virtute valeant ad
huius hominis similitudinem tendunt
Sancta n non esset · si huius hominis simili-
tudinem non haberent Nequaquam in eis de vir-
tutibus pietatis · quando de mansuetu-
dine spe quid quod de zelo rectitudinis · quid
quod de custodia humilitatis · quid de fer-
vore caritatis est / hoc ab ipso fonte mi-
sericordie et ab ipsa radice mansue-
tudinis / et ab ipsa virtute iusticie · i·
a mediatore dei et hominum deo domino
traxerunt Huius se hominis similitudi-
ne habere ~~Gregorius~~ predicator dicens egregius
ondit Imitatores mei estote · sicut et
ego xpi · ad eius similitudinem nos
surgere admonet cum dicit primus homo
de terra terrenus Secundus homo de celo
celestis · sicut portavimus ymaginem
terreni portemus et ymaginem eius qui
de celo descendit ~~Secundus~~ Sed n etenim
quamquam in tantum ad similitudinem huius
hominis ducitur in quantum vita sui rede-
mptoris imitatur Nam ab eius ma-
ndatis atque operibus discordare quid est ad

servi ad similitudinem longe recedere / pla-
gunt autem vita delinquentium predicato-
res sancti · sed de ipso nostro capite scriptum est
/ quia flevit super iherusalem Gaudent de
bonis actibus subditorum et recte operan-
tes diligunt Sed de redemptore nostro
scriptum est · quia cum adolescens quidam
diceret hec omnia custodivi a iuventute
mea magis dilexit eum · portant
illatas contumelias predicatores sancti
/ et nullam admonite contumeliam reddunt
Sed cum redemptori nostro diceretur demonium
habes non iniuriam reddit Sed mansuete
rendit dicens · ego demonium non habeo
Afferuntur zelo rectitudinis predicatores sancti
Sed redemptor omnium flagello de resti-
culis facto Vendentes et ementes eie-
cit de templo cathedras vendentium
columbas evertit · et nummulariorum
effudit es In omne quod fortiter agunt
humilitatem tota intentione custodiunt Sed
per redemptorem nostrum Discite a me quia
mitis sum et humilis corde Persecutores
etiam suos diligunt predicatores sancti
Sed ipse auctor omnium · ac redemptor in
passione positus pro persecutoribus intercedit
dicens Pater ignosce illis quia nesciunt
quid faciunt Membra sua ponunt in pas-
sione et pro fratribus et pro electorum vita usque
ad mortem se tradidit auctor vite Di-
catur ergo de sanctis animalibus quia similitudo hominis
in eis est · quia quod sancta quod innata sunt / hoc
in eis de ipse similitudinis est id est de vir-
tute imitationis Caput quippe omni-
um redemptor noster est Vnde per salomonem
dr Oculi sapientis in capite eius · stultus
autem in tenebris ambulat Tunc n in
capite oculos habemus cum vitam rede-
mptoris nostri tacita cogitatione si ~~exigit~~ exigit Ne
~~summas~~ vias lucis aspicere oculus mentis negle-
xit statim clausus in tenebris erroris
cadat Ad huius similitudinem hominis
surgere festinabat propheta cum diceret In
mandatis tuis meditabor · et considerabo
vias tuas Quia etenim vias domini

tantus in mente consideat et se se exterius mandatis illius festinat. Quod aliud in se ipso nisi ymaginem novi hominis reformat. Et quia in sanctorum cordibus incessanter agitur, recte in medio de animalibus dicitur: Similitudo hominis in eis. Pertinet hac nos similitudine quae nunc in moribus tenetur, quandoque ad similitudinem gloriae pervenire. Hinc etenim Johannes dicit: Nunc filii dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit similes ei erimus. Qui mox ut hoc fieri valeat adiungit dicens: Quoniam videbimus eum sicuti est. Esse etenim dei est eternum hoc atque incommutabile permanere. Nam omne quod mutatur desistit esse quod fuit, et incipit esse quod non fuit. Dei vero esse est desistere numquam esse. Unde ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum, et dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Iacobus quoque ait: Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Itaque propheta dicit: Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quia per hoc quod aspicimus eius essentiam naturae mutabilitatis nostrae libertati figimur in eternitatem, et immutabiles efficimur, quippe in ipso quem videbimus, quia in morte carnis vivendo vitio mutabilitatis nostrae transcedemus, incedendo in immutabilem corruptione nulla tenebimur, incedendo in corruptionem. Erit autem tunc similitudo hominis etiam in corporibus nostris. Hinc enim per Paulum dicitur: Nostra conversatio in celis est, unde etiam salvatorem expectamus dominum Ihesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Erunt ergo tunc electorum corpora claritati dominici corporis configurata, hinc et per aequalitatem gloriae eius non habent per naturam similitudinem cum configuratoris sui habebunt per gratiam. Quia itaque per similitudinem similitudo nunc eius nunc in moribus tenetur electorum, et in resurrectione sequitur similitudo eternitatis in mente, quoniam videbimus eum sicuti est, et quod similitudinem quorum ~~illic~~ etiam illic

corpora nostra percipient in configuratione. Dicitur recte de sanctis animalibus: Dicitur similitudo hominis in eis. Haec nos in expositionis exordio perlibasse sufficiat, ut legendi usus plenius resolutus ad indaganda mysteria quae secuntur robustior exsurgat. Et certi etenim sumus, quia ipsum de quo loquimur habemus adiutorem, qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen. Explicit omelia secunda. Incipit omelia iij. a

Sancta quatuor animalia quae prophetae spiritu sunt visa perviderunt subtili narratione describuntur cum dicitur: Quatuor facies uni et quatuor pennae uni. Quid per faciem nisi notitia, et quid per pennam nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur, per pennam vero in altum avium corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotente deo cognoscimur, sicut ipse de suis ovibus dicit: Ego sum pastor bonus, et cognosco meas et cognoscunt me meae. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplationem vero, qua super nosmetipsos tollimur, quasi in aere levamur. Quatuor ergo facies uni sunt, quia si requiras quid Matheus de incarnatione domini sentiat, hoc nimirum sentit quod matheus Lucas et Johannes. Si queras quid Johannes sentiat, hoc procul dubio quod Lucas, Marcus et Matheus. Si queris quid Marcus, hoc quod Matheus, Johannes et Lucas. Si queris quid Lucas, hoc quod Johannes et Matheus et Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt, quia notitia fidei qua cognoscuntur, ideo ipsa est in uno quae est simul in quatuor. Quidquid enim in uno invenis, hoc in omnibus simul quatuor recognoscis. Et quatuor pennae uni. Quia dei omnipotentis filium dominum Ihesum Christum simul omnes concorditer praedicant et ad divinitatem eius mentis oculos levantes penna contemplationis volant. Evangelistae

Tercia

Quia ergo facies ad humanitatem domini pertinet, penna ad divinitatem. Quia in eo quem corporeum aspiciunt quasi faciem intendunt, sed dum hunc et incircumscriptum atque incorporeum ex divinitate admirantur, per contemplationis pennam quasi in aere levantur. Quia itaque ex una est fides incarnationis eius in omnibus, et par contemplatio divinitatis eius in singulis, recte nunc dicitur: Quatuor facies uni et quatuor penne uni. Sed que virtus esset si fidem atque contemplationem domini habentes predicatores illius sancti opera non haberent? Sequitur: Et pedes eorum pedes recti. Quid per pedes nisi gressus actionis designatur? Quatuor ergo animalium pedes recti esse describuntur, quia sanctorum evangelistarum atque omnium perfectorum opera ad sequenda iniquitatis non sunt retorta. Hi autem pedes rectos non habent, qui ad mala mundi que reliquerant reflectuntur. De quibus scriptum est: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti. Dolebat de quibus idem doctor egregius quod pedum rectitudines retro detorserant, quibus per increpationem dicebat: Quo modo iterum convertimini ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis et tempora et annos. Timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis. Quem alios admonet dicens: Propter quod remissas manus et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris. Ut vero in eisdem sanctis predicatoribus inesse gravitas fortitudo atque discretio monstraretur, recte subiungitur: Et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli. Quia enim predicatores sancti boum nomine designantur, docet Paulus apostolus legis testimonium exponens: Non obturabis os bovi trituranti. In sanctis ergo predicatoribus planta pedis est vituli, scilicet mature incedens, et fortis et divisa. Quia [illegible] predicator et veneratione

Nota

De pedibus

habet in maturitate et fortitudinem in opere et divisionem ungule in discretione. Non enim facile predicatoris eius attingit. Si lenis in moribus esse videatur et nulla sit maturitatis [illegible] si contra adversa omnia non assurgit operis fortitudo. Virtutis autem meritum ipsa fortitudo operis amittit, si discreta in intellectu non sint. Recte enim sacram scripturam legimus, si omnia ad litteram sentiamus, virtute discretionis amisimus. Si omnia ad spiritalem allegoriam ducimus, similiter in discretionis stultitia ligati sumus. Legunt vero sacra eloquia predicatores sancti et alii in hystoria litteram suscipiunt, alii vero per suppositionem littere spiritum requirunt. Et modo bona facta priorum precedentium sicut in hystoria legimus in virtutem imitationis [illegible], modo quedam que in hystoriam imitanda non sunt spiritaliter intelligunt et ad profectum tendunt. Quid aliud ergo predicatores sancti in suo opere nisi in pede ungulam findunt? De quibus adhuc apte subditur: Et scintille quasi aspectus eris candentis. Eris metallum valde sonorum est. Recte ergo voces predicantium eri comparantur, quia in omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Bene autem es candens dicitur, quia vita predicantium sonat et ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. Es ergo candens est predicator accensus. Sed de candenti ere scintille prodeunt, quia de eorum exortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Recte autem predicatorum verba scintille appellata sunt, quia eos quos in corde tetigerint incendunt. Considerandum quoque est quod scintille subtiles valde et tenues sunt, quia cum predicatores sancti de celesti patria loquuntur, non tamen valent aperire verbo quantum per ardorem desiderio. Ex eorum lingua quedam ad nos scintille veniunt, quia de celesti patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur, quod tamen ab eis non tenuiter amatur. Neque enim celestem gloriam aut tantum videre sufficiunt quantum est, aut tantum loqui prevalet quantum viderit

Laudens ergo es scintillas parit qui vix tenuiter predicator loqui sufficit hic unde ipse fortis ignoscit Quia a pietate agitur ut ex ipsis scintillis tenuissimis audientis animus inflammetur Quia sunt quidam qui dum pauca audiunt maiori desiderio replentur et inde perfecte in dei amore ardent Unde iuxta tenuissimas verborum scintillas accipiunt Verbum quippe predicationis semen in corde audientis est Et auditor bonus inde profert per [illegible] magnam messem scientie Quia parvum prius accepit semen lingue Cum rei bene continuit statim in vidua ab Heliseo propheta innaculum quia ne duos filios auferente creditore amitteret prophete dictis obedivit et ex eo quod parum olei habebat plura vasa vacua effudit Que cuncta partim usque ad summum repleta est et ex eorum repletione mulier a creditore suo debito est soluta Que vero mulier quam aliam nisi sanctam ecclesiam signat Que diorum populorum id est iudaici et gentilis quasi duorum filiorum mater que prius expulso ope pravi spiritus per suasionem quasi quedam inimicum pati creditorem accepit et duos quos in fide genuit amittere filios timebat Sed propheta verbis id est scripture sacre preceptis obediens ex parvo quod habebat olei vasa vacua infudit Quia dum ab unius ore doctoris parvum quid de amore divinitatis multorum vacue mentes audiunt exuberante gratia unguento divini amoris usque ad summum replentur Et iam nunc multorum corda que prius fuerant vacua vascula unguento spiritus plena sunt que ex paucitate olei solum unum iusta videbantur Et dum aliis atque aliis datur et ab auditoribus fides accipitur erepta mulier vidua licet sancta ecclesia pro ibi creditoris sui iam debito non tenetur Sequitur Et manus hominis sub pennis eorum in iiii^or partes Quid hic in loco iiii^or partes regiones iiii^or mundi accipi Sunt oriens occidens meridies et septentrio quia secundum predicatores auctore deo in cunctis mundi partibus est effusa Possumus etiam per iiii^or partes principales quatuor virtutes accipere ex quibus relique virtutes oriuntur videlicet prudentiam fortitudinem iusticiam atque temperantiam Quas nimirum virtutes tunc veraciter accipimus cum earum ordinem custodimus Prima quippe prudentia secunda fortitudo tercia iusticia quarta temperantia est Quia non prodesse potest prudentia si fortitudo desit scit enim cuique quod non potest facere pena magis quam virtus est Sed qui prudens intelligit quod agat et fortiter agit quod intellexit tamen procul dubio iustus est Sed eius iusticia temperantiam sequi debet quia plerumque iusticia si modum non habet in crudelitatem cadit Ipsa ergo iusticia vere iusticia est que se temperantie freno moderatur ut in zelo quo quisque fervet sit etiam temperans ne si plus fervescat perdat iusticiam cuius servare moderamina ignorat Que autem sunt sanctorum predicatorum vite activa scilicet et contemplativa Sed activa prior est tempore quam contemplativa quia ex bono opere tendit ad contemplationem Contemplativa autem maior est merito quam activa quia hec in usu presentis operis laborat Illa vero sapore intimo venturam iam requiem degustat Quid itaque per manus nisi activa et quid per pennas nisi contemplativa vita signatur Manus ergo hominis sub pennis eorum est id est virtus operis sub volatu contemplationis Et bene in ewangelio Due ille mulieres designant Martha scilicet et Maria Martha etenim satagebat circa frequens ministerium Maria autem sedebat ad pedes domini et verba eius audiebat Erat ergo una intenta operi altera contemplationi Una active serviebat per exterius ministerium altera contemplative per suspensionem cordis in verbum Et quamvis activa bona

Que sunt partes vite actiue

sit melior tamē ē contemplatiua
quia ista cum mortali vita deficit
Illa vō in mortali vita plenius exerce-
sitt Vn dr̄ Maria optimā ptem
elegit que nō auferet ab ea Cum
g actiua minor ē multo qm̄ cōtepla-
tiua r̄cē miē dr̄ Manus hoīs
subpēnis eorum Nam et si pac
tuum boni aliquid agimus ad ce-
leste tamē desiderium p cōtēpla-
tiuā volamus Vn̄ et apud moy-
sen actiua seruitus · cōtemplatiuā
aut libertas vocat̄ et cū utraqz
vite ex dono sint gratie · qz dum
tamen nec p ꝓximos viuimus vna
nobis in necitate est · alta i volū-
tate Cumq cum cognoscens dnm̄
ad eius regnū ingredit. n̄ hinc
prius opetur sū contēplatiua go
uita mirac possint ad celestem
ꝑriam · qui bona que pñt opari
nō negligunt Sine actiua aut
intrare nō pnt · si negligunt bō
opari que pnt Illa go i neci te
hec in voluntate ē Illa i s'uu-
tute Ista in libtate · hinc ē · n
q ad moysen dr̄ Si emeris s
uū hebreum sex annis seruiet
ē In septimo egredietur liber-
gratis Cum quali veste intrauit
· cū tali exeat Si hns vxorem
· et vxor egrediatur simul · Si
aut dominus dedit illi vxorem
et pepit filios et filias Mulier
et liberi eius erunt dni sui Ipē
vō exibit cū vestitu suo Qd si di-
xerit seruus diligo dnm̄ meū
et vxorem / ac liberos nō egrediet
liber · offeret eū dns diis et ap-
plicabitur ad hostium et postes p
forabit qz aurem eius subula et
erit ei seruus in sclm̄ paulo latius
testimonium dedimus ut distinctionẽ
seruitutis atqz libertatis in vtraqz
vita nostremus / sed nō debet
uerecundum esse Di hoc exponendo
exequimur Unde ipā hec q̄ diximus
affirmemus Hebreus enim transiens
intpr̄ et seruus hebreus emitur
· qm̄ vnusquisqz qui iam ab hoc sclo
mete transit / seruitus omnipotentis
domini subditur Ille etenim vē do
seruire appetit · qui ab hoc sclo mete
transire didicerit Sic moyses trans-
iuit ut videret visum Sic dauid cum
videret ipm̄ exaltatum et eleuatum
super cedros libani transiuit et ecce
nō erat Cum via iniquorum potentias
ee magnum aliquid fortasse credimus
· nisi ad permanens sclm̄ mete transeamus
Seruus vō hebreus emptus sex an-
nis seruire p̄cipit ita ut in septimo
liber exeat gratis Cumq enim p senar-
ium num · nisi actiue vite pfectio
designatur Cumq p septenarium
nisi contemplatiua exprimit Sex go
annis seruit · et septimo egreditur
liber · qui pactiua qm̄ pfecte exhi-
buerit ad contēplatiue vite liber-
tatem transit / Et notandum q gratis
liber egreditur, qz hi qui ppm̄
omnia fecerint dicunt se inutiles
seruos esse proculdubio · sic ipā actiua
sunt ex munere · ita erit ex gratiā etiā
contemplatiua Cum quali veste intra-
uit cū tali exeat · qz omnino nece ē
ut vnusquisqz mentē in hoc q incipit
pseueret atqz vsqz ad finē opis
in ea qua inchoauit intencione
pduret Ille quippe bn̄ ad cōtem-
platiuā transit · qui in actiua vita
intencionis sue vestem ad deteriora nō
mutauit Et sunt nō nulli qui p9
qm̄ omnipotentis dī seruicio i sta
temptatione sorciuntur iam bona opa
diligunt Sunt vō alij qui bona
opa postqm̄ ad seruitium omnipotentis
dī venerunt discunt Cum go opatorẽ
bonam et priusqm̄ ad seruitium dī
venit habē studuit / hebreus seruus

Omel

cum vxore emptus est Et plerumque is qui talis e pt ad contemplatiuam vitam transire et tamen actiua uo deserere. Unde et illic subditur. si habens vxorem et vxor egrediatur simul Cum eo .n. ad libertatem et vxor egreditur qui is qui ad contemplacionem peruenit etiam foris actionem boni operis qua prodesse possit aliis non relinquit Si aut dominus dedit illi vxorem. et pepit filios et filias mulier et liberi eius erunt domini sui. Ipe vero exibit cum vestitu suo Seruo empto dominus dat vxorem cum predicator qui scilicet cum que inre omnipotentis mancipauit bone actionem coniungit Nam et predicatores domini uocantur sicut heliseo propheta de predicatore suo dicitur Scis quia dominus tuus tollatur a te. vxor vero serui empticij filios et filias parit. qui bona actio fortes vel teneros fructus generat Sed mulier que a domino data est eidem domino cum filiis remanet Ipe vero seruus exit cum vestitu suo quia bona actio vel eiusdem bone actionis fructus predicatoris mercede reputantur. Ipe vero in desiderio sui intencione liber egreditur. quod si dixit seruus diligo dominum meum et vxorem et liberos non egrediar liber Seruus dominum suum diligit qui predicatoris verba sollicita mente custodit. vxorem quoque amans et liberos liber egredi recusat. qui actiuam vitam eiusque fructus diligens transire ad contemplatiuam non volt Actiua bona se opera habere in ministerio sui seruitute considerans ad libertatem quietem recusat recedere Sed offerat eum dominus eius dijs et applicetur ad ostium et postes et perforet aurem eius subula. ut sit ei seruus in seculum Is enim qui in actiua disposuit vitam permanere a domino dijs offertur qui a predicatore suo antiquorum

prius ductis in bonis qui nobis in via omnipotentis domini sacerdotes fuerunt. atque ad ostium et postes thabernaculi ducitur. ut deingressu celestis habitaculi aliquis aliquid audiat. et tremendi iudicij die subtiliter agnoscat. Ne pro bona opera que facit placere hominibus appetat Sicque auris eius subula perforatur dum mens illius timoris dei subtilitate percutitur. ut vbi actiue perseuerare ponit quod agit nomen ingressu regni semper attendere et qui ab ostio et poste thabernaculi perforatam auriculam aurem portare. Item erit seruus in seculum. ut esse post seculum liber possit In seculo etenim seruus est. qui pro actiuam vitam hominibus seruire disposuit. ut postea prius seculum. ad libertatem tamen valeat peruenire De qua per paulum dicitur Actiua et ipsa creatura liberabitur a seruitute corrupcionis in libertatem glorie filiorum dei Tunc etenim vera in nobis libertas erit cum ad gloriam filiorum dei adopcio nostra peruenit Nunc vero non solum actiua vita in seruitute est Sed ipsa quoque contemplacio qua super nos rapimur. libertatem initiatur adhuc perfecte non optinet sed imitatur Actiua i. a. quamdo interna in enigmate videtur Ipa tamen quamuis libera sit contemplacionis angustia actiue vite iam valde est lacior. atque sublimior. que ad quandam mentis libertatem transit temporalia non cogitans sed eterna Ista itaque contemplatiua

Tercia

vita ad superiora volat et tamen vi-
te longe superior est, quadam vero ita
dicam dignitate sanctitatis sunc
apte inter dicuntur, et manus hominis
sub pennis eorum dicitur. Quia nisi deus
homo fieret, qui mentes predicancium
ad celestia sublevasset. Illa que
apparent animalia non volarent. Nec
in multo manus hominis esse sub pen-
nis dicitur. Quia de eodem redemptore
nostro scriptum est: Qui cum sit splendor
glorie et figura substancie eius portans
quoque omnia verbo virtutis. Manus ergo corda
nostra portat, cuius manus in contempla-
cione nos sublevat. Nisi enim ut
verbum est omnipotens ubique propter
homines homo fieret humana corda ad
contemplanda ubi excellencia non
volarent. Unde ergo excelse facte sunt
hominum mentes. Unde inter homines
apparuit humilis divinitas, itaque de
cunctis animalibus dicitur: Et manus
hominis sub pennis eorum. Quibus
ad hunc subditur: Et facies et pennas
per quatuor partes habebant. Iuncte er-
ant penne eorum alterius ad alterum.
Per quatuor partes facies et pennas
habent, quia in cunctis mundi re-
gionibus predicantes demonstrant
quicquid de humanitate, quidque de di-
vinitate nostri redemptoris senciunt.
Eternum deum incarnatum deum ubique
predicant in quatuor mundi partibus
faciem demonstrant. Dominumque eum
unum esse cum patre et sancto spiritu annunciant
ubique penna contemplacionis volare.
Quorum penne iuncte sunt alterius
ad alterum. Quia omnis eorum virtus omnis
sapiencia qua rectos homines contemplacio-
nis sue volatu sustendunt vicissim
sibi in pace atque unanimitate coniungitur.

Unde scriptum est: que desursum est
sapiencia primum quidem pudica est, deinde
pacifica, et unde eisdem suis predicatoribus
veritas dicit: Habete in vobis sal et pacem
habete inter vos. Penna ergo animalium alterius
ad alterum iungitur, quia sanctorum predicatorum
virtus atque sapiencia virtutis est unitatis
atque in concordie pace sociatur. Penna
autem alterius ad alterum divisa esset, si
hoc quod unusquisque in sapienciam evolat ha-
bere pacem cum alio renuisset. Sequitur:
Non revertebantur cum incederent, sed unum-
quodque ante faciem suam gradiebatur. Pe-
nata animalia vel predicatores sancti cum
incedunt minime revertuntur, quia sic
a terrenis actibus ad spiritalia transeunt
ut ad ea que reliquerunt ulterius
nullatenus reflectantur. Qui enim a pravo ad
rectum incedere est, mente ire semper
ad meliora. Quo contra de reprobis dicitur:
Reversi sunt corde in Egyptum.
Per semetipsam veritas dicit: Nemo
mittens manum suam ad aratrum et a-
spiciens retro aptus est regno dei. Ma-
num quippe in aratrum mittere est quasi
per quoddam vomerem compunctionis ad proferendos fructus
terram sui cordis aperire. Sed retro post
aratrum aspicit qui post exordia boni
operis ad mala revertitur que reliquit.
Et quia electis dei minime contingit
recte nunc per prophetam dicitur: Non reverteba-
ntur cum incederent. Nam tunc non
revertuntur, indicat cum subiungit: Unum-
quodque ante faciem suam gradiebatur. Ante
nos enim eterna sunt, post nos temporalia.
Eterna et illa prosequentes videmus, et ista
recedentes quasi post dorsum relinquimus.
Unde et magnum illud pennatum animal
dicebat, qui usque ad celi tercii secreta vola-
verat: Unum vero que retro oblitus in
ea que sunt ante extendens me sequor
ad palmam superne vocacionis. Et

anteriora et enim extendens corde que retro
sunt oblitus fuerat quia temporalia despici-
ens sola que sunt eterna requirebat.
Ante faciem ergo suam gradiuntur sancta
animalia quia et ea que reliquerunt nullo
iam appetitu respiciunt et m[illegible] eternis
que appetunt sub contemplationis sue oculo
bonorum operis pede ponunt. Nonnulli autem ita
quia iam ante faciem suam ambulare de-
creverunt. Magna enim consideratione pensandum
est quod aliter retro respicitur ex opere atque
aliter ex cogitatione. Sunt etenim quidam
qui magna deliberant et peccatorum con-
scii multa ex his que possident egenis
distribuere proponunt ut culpas suas
ante dei oculos nunc misericordiis redimant.
Iamque hec operari inchoant, et plerum-
que cum operantur paupertatis timor cor-
dium concutit, atque timentes ne egeant
contra egentes tenaces fiunt, seseque ab eo
quod temperant bona operatione suspendunt.
Hii nimirum incedentes et reversi sunt
quia ante faciem suam ambulare nolue-
runt contra quos recte per Salomonem dicitur:
Propter frigus piger arare noluit, men-
dicabit ergo estate et non dabitur ei. Fri-
gore enim nunc propter pavorem mentis atque torporem
bona operari negligit cum sol iustitie
in iudicio vel in estate claruerit men-
dicat vitam. Sed non accipit quia propter
illa bona operari contempsit. Alii despec-
tis carnis desideriis cuncta relin-
quere et omnipotentis dei se subde-
re servicio pertractant, seseque ipsum restrin-
gere sub continentie et castitatis freno de-
liberant. Sed cum cecidisse alios etiam post
castitatem conspicit, hic ipsum facere quod deli-
berat pertimescit, fitque ut retro per cogi-
tationem redeat qui ad meliora respiciens
iam mentis gressibus ad alta ibat. De
quo bene per Salomonem dicitur: Qui observat
Iuxta animalia habens quatuor facies. Ubi adhuc subditur: et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris, et una similitudo ipsarum quatuor, et aspectus earum et opera quasi sit rota in medio rote. Considerandum est hoc quod cum una rota dicitur, paulo post adiungitur quasi sit rota in medio rote, nisi quod testamenti veteris littera testamentum novum latuit per allegoriam. Unde et rota earum eadem que iuxta animalia apparuit quatuor facies habere describitur, quia scriptura sacra per utraque testamenta in quatuor partibus est distincta. Vetus etenim testamentum in lege et prophetis, novum vero in evangeliis atque apostolorum actibus et dictis. Sciendum autem quia ubi faciem intendimus ibi quod notum est videmus. Rota ergo quatuor habet facies, quia prius ~~se tanda~~ rescata mala in prophetis vidit, per legem postmodum vidit per prophetas. Subtilius vero per evangelium, ad extremum autem per apostolos ea que in culpis hominum detestaretur aspexit. Postquam intelligi quod quatuor facies rota habeat propter hoc quod scriptura sacra per gratiam predicationis extensa in quatuor mundi partes innotuit. Unde et bene eadem rota una prius animalia iuxta apparuisse et postmodum in quatuor facies habuisse describitur, quia nisi lex evangelio concordaret in quatuor mundi partibus non innotesceret. Sequitur:

Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Recte sacra eloquia visioni maris similia narrantur, quia in eis magna sunt volumina sententiarum, cumuli sensuum. Nec immerito mari similis scriptura sacra dicitur, quia firmantur in ea Sacra scriptura

Omb

sine locutionis sacramento baptismatis
vel etiam considerandum quia ~~mari~~ in mari navibus
navigamus et tamen ad desideratas terras ten
dimus. Nobis autem quid est in desiderio
nisi illa terra. De qua scriptum est,
portio mea in terra viventium. ligno autem
ut dixi euchita qui mare transit
et scimus quia scriptura sacra ligni
crucis per legem nobis prenunciat cum
dicit Maledictus omnis qui pendet
in ligno. quod redemptori nostro paulus
attestatur dicens factus pro nobis ma
ledictum prophetas quoque ligni annun
ciat cum dicit Dominus regnavit a
ligno. Et rursus mittamus lignum in
panem eius. Per evangelium vero ligni
crucis aperte ostenditur. ubi ipsa passio
domini que prophetata est declaratur. per apostolos
autem hec eadem crux et in verbis et operibus
tenetur. cum paulus dicit Michi
mundus crucifixus est et ego mundo.
Et rursus Michi autem absit gloriari
nisi in cruce domini nostri ihesu christi. No
bis ergo qui ad eterna tendimus patria
scriptura sacra per immensas facies ma
ris est que crucem annunciat, quia nos ad
terram viventium ligno portat. Nisi ab
maiori scriptura sacra similiter teneret
propheta minime dixisset. Repleta
est enim terra scientia domini. sicut aqua maris
operientis. sequitur. et una similitudo
ipsarum quatuor et aspectus earum et opera
quasi sit rota in medio rote. Una simi
litudo ipsarum est quatuor. quia quod
predicat lex hoc etiam prophete. quod denun
ciant prophete. hoc exhibet evangelium
quod exhibuit evangelium. hoc predica
verunt apostoli per mundum. Una est ergo in quatuor
similitudo ipsarum. Quia divina elo
quia et si temporibus distincta sunt
tamen sensibus unita et aspectus earum
et opera quasi sit rota in medio rote.
Rota in terra rota est testamentum no
vum sic diximus intra testamentum
vetus. Quia quod designavit testa
mentum vetus, hoc testamentum novum
exhibuit. Ut enim pauca de multis

Loquatur. quid est quod adam dormiente
eva producitur. nisi quod moriente christo
ecclesia formatur. Quid est quod ysaac
ad immolandum ducitur et ligna por
tare super imponitur et vivit nisi
quod redemptor noster ad passionem
ductus lignum crucis ipse portavit
et sic in sacrificio pro nobis ex hu
manitate est mortuus. ut tamen immor
talis manet ex divinitate. quid est quod
homicida post mortem summi pon
tificis absolutus ad terram propriam
redit. nisi quod humanum genus quod
peccando sibimet ipsi mortem intulit
Post mortem veri sacerdotis videlicet
redemptoris nostri peccatorum suorum vin
culis solvitur. et in paradisi posses
sione reparatur. Quid est quod in taber
naculo propitiatorium fieri iubetur. super
quod duo cherubin unum a summi
tate una. et alterum a summitate alia
ex auro mundissimo ponuntur ex
pandentes alas. et operientes ora
culum. quasi se mutuo respiciunt
versis vultibus in propitiatorium. Nisi quod
utraque testamenta ita sibi in me
diatore dei et hominum concinunt. ut quod
unum signat hoc alterum exhibeat
Quid enim per propitiatorium. nisi ipse
redemptor humani generis designa
tur. de quo per paulum dicitur Quem
proposuit deus propitiatorem per fidem
in sanguine ipsius. Quid ergo per
duo cherubin. que plenitudo scientie
dicitur. nisi utraque testamenta signata
sunt. Ex quibus unum a summitate una
propitiatorii aliud vero a summitate altera
constat. Quia quod testamentum vetus de
incarnatione nostri redemptoris cepit
prophetando promittere hoc testamentum
novum perfecte narrat expletum. Duo
autem cherubin ex auro mundissimo
facta sunt. quia utraque testamenta

vi

pura ac simplici intuitu describitur
Expandunt vero alas et oraculum
operiunt quia nos omnipotentis dei ora-
culum sumus a culpis innectibus
scripture sacre edificatores pro tegimi-
mus dum prius sollicite aspicimus
ab errore ignorantie eius aliis vela-
mur Duo vero cherubin se mutuo
respiciunt versis vultibus in propiciatorium
quia utraque testamenta in nullo a se
discrepant et quasi ad semetipsa vicis-
sim facies tenent quia quod unum pro-
mittit hoc aliud exhibet dum in me-
se positum mediatorem dei et hominum
vident facies quippe a semetipsis
cherubin averterent si quod unum testa-
mentum promitteret aliud negaret
Sed dum concordit de mediatore
dei et hominum loquuntur ut vicissim
se respiciant in propiciatorium inten-
dunt Rota ergo in medio rote est
quia in est testamento veteri testamen-
tum novum et sic sepe iam diximus
quod testamentum vetus promisit hoc
novum exhibuit et quod illud oc-
culte annuntiat hoc istud exhibitum
aperte clamat prophetia ergo testamenti
novi testamentum vetus est et exposi-
tio testamenti veteris testamentum
novum Sequitur per quatuor partes
earum ibant et non revertebantur Quo
alibi diuina eloquia nisi ad corda
hominum vadunt Sed per quatuor partes
euntes ibant quia scriptura sacra
per legem ad corda hominum vadit sign-
do misterium per prophetas vadit pa-
ulo apertius prophetando dum per
ewangelium vadit exhibendo quod prophe-
tavit per apostolos vadit predicando
eum quem pater in nostra redemptione
exhibuit Quatuor ergo rote facies et
vias quia cudunt sacra eloquia
notitia preceptorum exhibitione

opum Et per quatuor partes vadunt
quia distinctis ut predximus temporibus
loquuntur vel etiam quia in cunctis mundi
regionibus incarnatum dominum predicant
De quibus apte mox subditur et non re-
vertebantur cum ambularet Hec su-
perius de animalibus dicta sunt Sed non
eadem intelligi de rotis que de anima-
libus possunt Rotas quippe signare te-
stamenta diximus et testamentum
vetus ambulavit quidem per predicatores
ad mentes hominum venit Sed post senem
ipsum reversum est quia mox litteram
in preceptis suis et sacrificiis usque ad
finem servari non potuit Non enim
sine in mutatione permansit cum in eo
spiritalis intelligentia defuit Sed
cum redemptor noster in mundum venit
hoc spiritaliter debet intelligi quod car-
naliter invenit teneri Itaque dum
spiritalem litteram eius intelligitur omnis
in eo illa carnalis exhibitio immuti-
catur Testamentum vero novum etiam
per testamenti veteris paginas testamen-
tum eternum appellatum est quia intel-
lectus illius numquam mutatur Bene
ergo dicitur quod rote euntes ibant et non
revertebantur cum ambularet Quia
dum novum testamentum non restendit
unde vetus iam spiritale per intellectum
tenetur pervenit se non vedemit quod usque
ad finem mundi in mutabilia persistit
Ambulant ergo Sed non revertuntur
quia sic spiritaliter ad corda nostra venerunt
ut eorum precepta vel studia ulterius non
mutent Sequitur Statura quoque
erat rotis et altitudo et horribilis
aspectus Summo est quod scripture sacre
eloquiis ea hec in celo narrantur ut
statura altitudine et horribilem aspec-
tum id est terribilem hic memoretur
Cunctis nobis magno opere est que
sive scripture statura que altitudo
que horribilis aspectus dicitur Stare
ergo est quia stare ad vitam cogit

dat precepta

Imb

bene operantis. Unde per paulum dicitur: Qui stat videat ne cadat. Qui etiam discipulis dicit: Sic state in domino. Et propheta qui se vita ac moribus ante dominum videbat ait: Vivit dominus in cuius conspectu sto. Altitudo vero est celestis regni promissio ad quam tunc pertingitur, cum iam mortalis vite omnis corruptio subigatur. Horribilis vero aspectus est terror gehenne que sine fine reprobos cruciat et semper in cruciatu consumat. Statua ergo in rectitudine preceptionis est, altitudo in celsitudine superne promissionis, horribilis vero aspectus in minis atque terroribus suppliciorum sequentium. Scriptura igitur sacra statuam habet quia mores ad standum dirigit, ut auditorum mentes ad eterna concupiscentia non curvent. Altitudinem habet, quia in celesti patria eterne vite gaudia promittit. Horribilem quoque aspectum habet, quia hominibus reprobis gehenne supplicia minatur. Ostendit igitur statuam suam in edificatione morum (more), ostendit altitudinem in promissione premiorum, ostendit horribilem aspectum in terroribus suppliciorum. Recta est enim in preceptis, alta in promissionibus, horribilis in minis. Habet statuam cum per prophetam dicit: Quiescite agere perverse, discite bene agere, querite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et iterum: Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum, et domesticos seminis tui ne despexeris. Habet altitudinem cum per eundem prophetam dicit: Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lune illuminabit te. Sed erit tibi dominus in lucem sempiternam et deus tuus in gloriam tuam. Habet horribilem aspectum cum infernum describens dicit: Dies ultionis domini, annus retributionis iudicii syon, et convertentur torrentes eius in picem et humus eius in sulphur, et erit terra eius in picem ardentem nocte et die, non extinguetur in sempiternum. Quem beatus quoque Iob describit dicens: Terram tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miserie et tenebrarum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Habet statuam cum per eundem prophetam pollicetur dicens: Sicut celi novi et terra nova que ego stare facio coram me, dicit dominus, sic stabit semen vestrum et nomen vestrum. Illi enim coram domino stant qui vitam suam in prosperitate non dissipant. Habet altitudinem cum statim subdidit: Et erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato, et veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Quid est mensis nisi perfectio dierum? Et quid est sabbatum nisi quies in qua servile opus similiter non licet. Mensis ergo ex mense est quia qui hic perfecte vivunt illuc ad perfectorum glorie perveniunt. Sabbatum vero ex sabbato est, quia qui hic cessat a pravo opere, illic quiescit in celesti retributione. Habet etiam horribilem aspectum cum protinus adiungit: Et egredientur et videbunt cadavera virorum qui prevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. Quid est horribilius dici, quid vere cogitari potest, quam dampnacionis vulnera suscipere et dolores vulnerum numquam finire. De hoc horribili aspectu rotarum, unde per sophoniam dicitur: Iuxta super venire diris mentibus dies iudicii denuntiatur. Iuxta est dies domini magnus, iuxta et velox nimis. Vox diei dies tribulationis et angustie, dies amaritudinis tribulationis

vi

ubi fortis. Dies ire dies illa, dies
tribulacionis et angustie dies cala
mitatis et miserie. Dies tenebrarum
et caliginis, dies nebule et turbinis
dies turbe et clangoris. Sz quia
mexcionis rote dca posuimus, resta
nunc, ut intiorus eius staturam altitu
dinem et horribilem aspectum pspi
ciamus. Hic quippe rota inter sta
turam suam cum pfectum ewangelii
ad terrena desideria inclinari nos
prohibet redemptoris nostri vocibus
dicens. Attendite ut non graventur
corda vestra in crapula et ebrietate
aut in curis huius vite. Hic altitudinem
cum de eodem redemptore promittit
dicens. Quotquot autem crediderunt in eum
dedit eis potestatem filios dei fieri.
Quid enim hac potestate alcius, qd hac
altitudine dici sublimius potest, in
qua creatus quis eciam efficitur filius crea
toris. Hic horribilem aspectum cum
de reprobis loquitur dicens. Venit simpliciter
pliciter eterni. Hic staturam cum vitas
discipulos amonet dicens. Vendite
que possidetis et date elemosinam.
facite vobis sacculos non veterascentes.
Hic promissionis altitudinem cum dt.
Venient ab oriente et occidente et re
cumbent cum abraham ysaac et
iacob in regno celorum. Hic horri
bilem aspectum cum subdit filii autem
regni eicientur in tenebras exteriores.
Ibi erit fletus et stridor dentium. Quibus
cunctis intra rote iuntas dicit. Vos in
petris vivis molemini. Hic staturam
cum primi pastoris vocibus dicit. Mi
nistrate in fide vestra virtutem, in virtute
autem scienciam scientiam. In sciencia autem ab
stinenciam. In abstinencia autem pacienciam.
In paciencia autem pietatem. In pietate
autem amorem fraternitatis. In amore autem
fraternitatis caritatem. Hic altitudinem
cum paulo petrus dicit. Sic enim
habundanter ministrabitur vobis introitus
in eternum regnum domini et salvatoris
nostri ihesu christi. Cui rursus bonis
pastoribus pollicetur dicens. Cum appa
ruerit princeps pastorum percipietis immar
cescibilem glorie coronam. Hic horri
bilem aspectum cum dicit adveniet autem
dies domini ut fur in qua celi ma
gno impetu transibunt, elementa vero
calore solventur. Cum hec igitur omnia
dissolvenda sint, quales oportet nos
esse in sanctis conversacionibus et pieta
tibus expectantes in adventu diei do
mini, per quem celi ardentes solventur
elementa vero ignis calore tabescent.
Hic staturam cum per paulum nos a ter
renis desideriis cingit dicens. Mor
tificate membra vestra que sunt super
terram fornicacionem immundiciam
libidinem concupiscenciam malam et avari
ciam que est ydolorum servitus. Hic alti
tudinem cum promittit dicens. Vita
vestra abscondita est cum christo in
deo. Cum christus apparuerit vita vestra
tunc et vos apparebitis cum illo in gloria.
Hic horribilem aspectum cum minatur
dicens. In revelacione domini nostri ihesu
christi de celo cum angelis virtutis eius
in flamma ignis dantes vindictam
hiis qui non noverunt deum, et qui non
obediunt ewangelio domini nostri ihesu christi
qui penas dabunt in interitu eternas — in interitu
a facie domini et a gloria virtutis eius. Hic
staturam cum nos admonet dicens.
Videte ne quis alteri malum pro
malo reddat. Sed semper quod bonum
est sectamini invicem et in omnes. Hic
altitudinem cum promittit dicens. Si com
morimur et convivemus, si sustinemus
et conregnabimus, et iterum non sunt
condigne passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur in nobis.
Hic horribilem aspectum cum minatur
dicens. Terribilis quedam expectacio

indictum et ignis emulatio que consump-
tura est adversarios. Fratres karissimi, circa sit
horrendum est incidere in manus dei vi-
ventis. Hunc omnia quoque breviter prima atti-
git dicens: ut possitis comprehendere
cum omnibus sanctis que sit latitudo, lon-
gitudo, sublimitas et profundum. Lata
quippe est caritas, quia et inimicorum
dilectionem capit, et per eam caritatem qua
nos omnipotens deus late diligit, etiam
longanimiter portat. Hec ergo nos de-
bemus exhibere proximis, quod indi-
gnis nobis creatorem nostrum conspicimus
exhiberi. Latitudo itaque et longitu-
do ad staturam pertinet, quia pariam (?)
rem motus dilatat, ut statura
mala caritas longanimiter portet.
Sublimitas autem est eternorum id est rem-
uneratio premiorum, de quibus in me sta-
te dicitur: Quia nec oculus vidit nec
auris audivit, nec in cor hominis ascendit
que preparavit deus diligentibus se.
Habet ergo in sublimitate altitudinem,
quia eterna sanctorum gaudia nulla nunc
prevalent cogitatione penetrari. Pro-
fundum quoque est id est inestimabilius
dampnatorum suppliciorum, que eos
quos suscepit in imis demergit,
in quibus sacra eloquia horribilem
aspectum ferunt, quia inestimabilem
terrorem audientibus generant, cum sup-
plicia inferni loquuntur. Bene ergo
dicitur: Statura erat quoque rotis et
altitudo et horribilis aspectus. Sacra
scriptura sacra in utroque testamento et
a movendo (?). Erecta est et promittendo
alta et minando terribilis. Hec
vos fratres fratres karissimi hodierna die
clarifice duo dixisse sufficiat
ut ad descendendum ea que submitta-
mus otio reparari valeamus iam nunc (?)
te omnium domino nostro Iesu Christo confidentes
Karissimi vivit et regnat cum pre

in unitate spiritus sancti deus
per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit omelia vi incipit vii

Sicut nostis fratres karissimi consue-
tudo prophetie est ut nunc ista
nunc illa aspiciat et ab aliis in
aliud subito verba divertat (?), sic
presumpsta (?) cum de domino loqueretur
dicens: Deus iudex iustus fortis
et paciens longanimis numquid ira-
scetur per singulos dies nisi conver-
si fueritis gladium suum vibravit
et paravit illum, et in ipso para-
vit vasa mortis, sagittas suas
ardentibus effecit, repente subiun-
xit: Concepit dolorem et peperit
iniquitatem, lacum aperuit et ef-
fodit eum et incidit in foveam quam
fecit. Ecce tu domine narrabat ~~et iusti~~
et iustitia qui non mutata voce de
repente peccatoris intulit culpam
quod unum hic exempli causa dixis-
se sufficiat, quia quisquis in prophetis
sermonis lectionis habet. Etiam
crebro ista faciat non ignorat.
Unde nunc Ezechiel propheta cum
de rotis loquitur adiungit: et
totum corpus plenum oculis in circui-
tu ipsarum quatuor. Karissimi enim non
ipsarum sed ipsorum dixit profecto
indicat, quia repente sermo eius
a rotis ad animalia redit. Per que
minime perfecti quoque ut predictum
est designantur. Corpora itaque a-
nimalium id est eorum plena oculis de-
scribuntur, quia sanctorum actio ab omni
parte circumspecta est, bona desiderabiliter
providens, mala sollerter cavens, et
hoc est laboriosius ubi sanctorum mens
vehementer invigilat, ne se ante
eorum oculos mala sub bonorum

ipse abscondat. Circumspecta ergo est
vita sanctorum, ne sic sit liberia ut proterva
sit. Quia sepe proterva excedit et
videri appetit libertas privatus. Ne
sic sit humilis ut formidolosa. Quia aliquando
timor restringit animum ut loqui
que recta sunt non presumat, sed tamen
in ipsa timida cogitatione humilita-
tem esse simulat. Ne sic sit par-
ca ut tenax sit. Quia plerumque te-
nacia parsimonia appetit estima-
ri, ut iuste ac necessarie videatur
tenere, quod quod egenti proximo miseri-
cordiae non vult tendere. Ne sic sit mi-
sericors ut effusa sit. Quia non-
numquam effusio esse misericordia putat.
Aliud est enim pietatis studio ne-
cessaria proximis dare, atque aliud
ea que possidentur sine mercedis
intentione dispergere. Quandoque ergo agitur
in radice intentionis pensandum
est, quo merito apud iudicium creatoris
habeatur. Unde et ipse creator dicit:
Si oculus tuus simplex fuerit, to-
tum corpus tuum lucidum erit. Oculum
videlicet intentionis, corpus vero actionem
nominans. Quia si nostra intentio
apud deum simplex fuerit, id est eius
intuitu, nostra actio tenebrosa non
erit. Sed quia sancti viri sollerter invigi-
lant ut se undique aspiciant, ubique
custodiant, ne aut mala proprie ipsa
appetant, aut hec eadem sub specie bo-
norum agant, scilicet ne se eis vitia vir-
tutes esse mentiantur, totum corpus
plenum in circuitu oculis habent. Qua
omnis eorum actio prudentia solli-
citudinis et repletur et circumdatur.
Hinc est quod Paulus apostolus dum eunda
predicatione Achaiam predicatione faceret, Co-
rinthios perspiceret voluisse mi-
sereri, ait: Si cui aliud donastis
et ego. Nam et ego quod donavi

De scandalo

propter vos in persona Christi, ut non circum-
veniamur a Sathana. Non enim ignoramus
cogitationes eius. Si enim parcendum
erat, cur se humilitate tanta volu-
it discipulorum magister eorum sociat, ut
neque ipse a discipulis neque ab eo di-
scipuli in compassionis caritate dimissi vi-
derentur? Nisi quia sollicita prudentie
oculo attendit, quod plerumque dum al-
ter donat, alter irascitur, et qualecumque
iam munus sacrificium quod cum discordia
proximi offertur. Unde recte ait: Ut
non circumveniamur a Sathana. Non enim
ignoramus cogitationes eius. Quia
vero inde in alterius corde rixe ma-
lum solet immittere, unde alterum con-
spicit pietatis negotium fecisse. Imper-
fectum enim bonum est quod sic agitur ut neque ex eis
ex alio latens mali subrepat. Non
attendatur nisi forte hoc quod sine cuius-
piam scandalo, si non potest culpa,
sic non fecisse. Hoc vero ideo dicimus
ut nostri iure dilectionem faciamus,
quia in nostro bono opere aliquando
cavendum est scandalum proximi, aliquando
vero pro nichilo contempnendum. Ex in
ipso nostro auctore didicimus, qui dum
tributum Petro inquisito patitur, prius
paradigma proposuit per quod se nichil
debere evidit, dicens: Reges terre
a quibus accipiunt tributum vel censum,
a filiis suis an ab alienis? Cum dicerent:
Ab alienis, illico respondit: Ergo liberi
sunt filii. Ex postquam se liberum esse mo-
straverit, ne fortasse scandalum cuiquam
faceret, subiudit: Ut autem non scandali-
zemus eos, vade ad mare et mitte
hamum, et eum piscem qui prius ascendit
tolle, et aperto ore eius invenies sta-
terem. Illum sumens da eis pro me et te.
Rursum cum diceret: Quia omne
quod in os intrat non coinquinat hominem,
et tunc accedentes discipuli dixerunt:
Scis quia pharisei audito verbo scan-
dalizati sunt? At ille respondens ait

omnis plantatio quam non plantavit
pater meus celestis eradicabitur. Sinite
illos ceci sunt duces cecorum. Ecce
magistra veritas ne in quorumdam cor-
dibus scandalum gigneret et quod non de-
buit tributum dedit. et rursum quod gravi
scandalum in quorumdam cordibus con-
tra veritatem vidit in suo corde scandalo re-
manere permisit. Ex qua re nobis consi-
derandum est. quia inquantum possumus sine pec-
cato proximorum scandalum devitare debemus. Si autem
de veritate scandalum sumitur utilius per-
mittitur nasci scandalum quam veritas
relinquatur. Corpora ergo animalium plena
sunt oculis. cum se sancti inde caute
circumspiciunt. Sed scienduum nobis est quod
sepe dum aliis rebus intendimus fit
ut alia negligamus. et ubi negliga-
mus. ibi procul dubio oculum non habemus.
Nam phariseus ille qui ascenderat in
templum orare, testante evangelio quem
dixit agnovimus. ait enim. Deus gratias
ago tibi. Recte autem gratias deo agebat
a quo acceperat bona que fecerat. Cum
etiam subiungit. Quia non sum sicut
ceteri hominum raptores iniusti adulteri
velut etiam hic publicanus. Ieiuno
bis in sabbato. decimas do omnium que
habeo possideo. Ecce ad ~~exhibendam~~
abstinentiam abstinentiam et ad impen-
dendam misericordiam ad referendas deo gratias
oculum phariseus habuerat. Sed ad
humilitatis custodiam oculum non habebat.
Et quid prodest quod contra hostium insidias
pene tota civitas caute custoditur
si unum foramen apertum relinquitur
unde ab hostibus intratur. Quid ergo
prodest custodia que pene ubique circumpo-
nitur cum inimicis tota civitas per neg-
lectum loci unius aperitur. Phariseus autem
qui ieiunium exhibuit. decimas de-
dit. deo gratias retulit quasi pene per circui-
tum in sue civitatis custodiam vigi-
lavit. Sed quia unum in se foramen
superbie non attendit ibi hostem pertulit
ubi per negligentiam oculum clausit. Quia
ergo sanctorum mentes undique secure

pulcre de publicano et phariseo

inspicientes invigilant. atque in omni
suo opere pavoris et sollicitudinis oculis
circumducunt. ne aut prava agant
aut recta que precepta sunt non agant.
aut bonis actibus expletis in suis
cogitationibus intumescant. et tanto
gravius offendant. quanto que iusti
videntur foris occulcius peccant coram
deo. Totum corpus eorum plenum oculis
in circuitu. Sciendum quoque quod in translacione
veteri non habetur totum corpus eorum plenum
oculis in circuitu. sed dorsa eorum
plena oculis que ~~videret~~ sententia
ab edificationis intellectu non discrepat.
Ea enim que sunt in facie sepe etiam
peccatores homines custodire solent.
Iusti autem viri quia se et in eis custo-
diunt que in promptu et in facie non
videntur. Procul dubio oculos habere
referuntur. Quia ergo et ea que in
occultis sunt discuciunt atque ab ipsis
se custodiunt que latent profecto oculos
in dorsis habent. Quod tamen intelligi et
aliter potest. quia ea que sunt ante
faciem nostram. videmus. Dorsa autem
nostra alius in nobis videt. et nos
videre non possumus. Quia ergo sancti viri
solerter se aspiciunt in quibus ab aliis
iudicari possunt. et districte se vident
sicut sepe districte ab aliis videntur
se. quia in se nec ea que se latere
poterant ignorant. hinc in dorso per-
tant. Sequitur. Cum ambularent
animalia. ambulabant pariter et rote
iuxta ea. Et cum elevarentur animalia
de terra elevabantur simul et rote. Am-
bulant animalia cum sancti viri in scriptura
sacra intelliguntur quemadmodum
moraliter vivant. Elevantur vero a terra
animalia cum sancti viri se in contemplatione
suspendunt. et quia unusquisque
sanctorum quanto in scriptura sacra proficit
tanto hec eadem scriptura sacra proficit
apud ipsum recte dicitur. Cum ambularent
animalia ambulant pariter et rote
et cum elevarentur animalia de terra

eleuabant̄ simul et rote q͞r d͞ina eloq͞ia cum legente crescunt. Na͞ tanto quisq͞ꝫ illa altꝰ intelligit, q͞n to in eis altꝰ intendit. Unde nec eleuant͞ rote. Si nō eleuat͞ aialia. quia nisi eleuant͞ mentes ad alta pficiunt d͞ina d͞ca velut in imis nō intellc͞a iacent. Cum enī le genti cuilibꝫ sermo sc͞pture sacre tepidus videtur. sensus d͞m elo quij eius mentē nō excitat etiam cogitatōne sua nullo intellectꝰ lumē coruscat. Rota et ociosa etiā t͞ra ē. quia aial nō eleuat͞ a t͞ra. At vō si aial ambulet id ē bene viuendi ordines querat et p gressū cordis īueniat quēadmodū gressū boni op͞is ponat. Ambulant pari͞t et rote. Quia tm̄ in sacro eloquio pfectum īvenis. q͞ntū apud illud ip͞e pficeris. Si vō penatū al cius in contemplatōne tenderit, rote ptinꝰ a t͞ra subleuant͞. quia t͞rena nō esse intelligis que p͞us in sacro eloquio iuxta t͞rrenū more d͞ca credidisti. Sicq͞ꝫ ut sc͞pture sacre v͞ba ēē celestia sentias si accensus p ꝯtemplatōnis graciā temetipsum ad celestia suspendas. Et miri inestabilis sacri eloquij v͞tus agnoscitur. Cum supno amore legentis aīmꝰ penetratur. Quia g͞o aial ad alta se subleuat rota uolat. Sequitur. ibat sp͞c. illuc euntē sp͞u et rote pari͞t leuabant sequentes eum. Quo enī sp͞c legentꝭ tendit, illuc et d͞ina eloquia leuant͞. Quia si in eis al tum quid videndo et sentiendo que sieri, hec eadē sacra eloquia tecum crescunt tecum in altioribꝫ ascendunt. Bene ergo de rotis d͞r sequentes eū legentꝭ enī spūs si quid in eis sciē morale aut hystoricum q͞rit, sensꝰ hunc, moralis hystorie sequitur. Si quid typicū mox figurata locu cio agnoscitur. Si quid ꝯtēpla tiuū. statim rote quasi penas acci piunt. et in aere suspenduntur. Quia in v͞bis sacri eloquij intelligencia celestis aperitur. Denotiq͞ꝫ g͞o ibat sp͞c illuc euntē sp͞u et rote pariter leua bant͞ sequentes eum. Rote enī sp͞m sequuntur. quia v͞ba sacri eloquij ut sepe iam d͞ctum est. iuxta sensum legē cium p intellectū crescunt. In vna enī eademq͞ꝫ sc͞pture sn͞ia alius sola hystoria pascit͞. alius typica, alius nō intelligencia per typū ꝯtēplatiuā querit et sit plerumq͞ꝫ sic d͞m ē ī vna eademq͞ꝫ sn͞ia cuncta simꝰ tria valeat īvenire. Moyses n͞. cum de ardente rubro vocatus fuisset accessit pprius vt videt visum et cerne rubꝰ ardebē et nō ꝯsumebat͞. Magnū ē hoc mi raclm̄. Si solam in eo hystoriam re quiras. ē im͞ imitat͞, legentꝭ aīmꝰ ut videas q͞ꝫ in ligno ignis ardeat et nō ꝯsumat. Iam vō si typicam intelligenciā queras. quid flā ma nisi legem de qua sc͞ptum est. In dextera eius ignea lex. Et quid rubus ille nisi iudaicū pplm̄ designauit pctorꝫ suorꝫ spinis obsitum. Sed rubus ar dens ꝯsumi nō potuit. Quia iudai cus pplꝰ. et ignē quidē legꝭ accepit et tn̄ pctorꝫ suorꝫ spinas nō deserunt nec eius vicia. d͞m sermonis flāma ꝯcremauit. Fortasse in hoc sc͞o aliqꝰ maiora p typum contēplari desidat huiꝰ quia sensus excreuit eleuet͞ pariter et rota. Quia homines enī pp͞t homo factꝰ ē. Unicus dei q͞ui sua pcca nō hūit sed spinas nr͞e nequicie suscepit atq͞ꝫ usq͞ꝫ ad passionē pro nobis humiliari dignatꝰ ē, et in semetipso ignē t͞bulatōnis nr͞e suscipe. Sꝫ arsit et nō arsit quia ex humanitate sine ex humilitate ē mortuus et tn̄ in morte ex diuinitate p mansit. Suscepit a nobis unde sacrificiū pro nobis fieret. et tn̄ ī passi bilis atq͞ꝫ ī cōmutabilis p mansit ī spūs ut nos cōmutaret an͞ris, alius fortasse hystoriam moralitatē atq͞ꝫ p allegoriē intelligenciā ꝯtēplatōnem requirit

Patet cunctis iuxta hystoriam hoc quod
in lege scriptum est ut turtur que pro
peccato offertur retorqueatur caput eius
ad pennas ita ut collo inhereat, et non
penitus abrupatur In quibus verbis du-
biis legentibus sensus hystoricus non
est, sed si hec intelligere moraliter regni
tas, agitur tota dominum ad moralem intel-
ligenciam ducitur sancti verbi summa Nos
enim ipsi in omnipotentis dei sacrificio
esse turtur debemus ita ut caput nostrum
retorqueatur ad pennulas, id est animus ad
virtutes Non enim in merito per caput
mentem intelligimus, quia sicut caput
corporis Ita mens actiones regit Set
caput ad pennulas retorqueri precipitur
ut ea que dicis facias et os ad opera
coniungas, nec ita caput abscidendum
est, ut a corpore dividatur Sed ex parte
decisum corpori suo inherebit inherere
Quia vero mens nostra a carnali delec-
tacione incidenda est Sed a carnis cura
necessaria incidenda non est, hinc vero scriptum
est Carnis curam ne feceritis in deside-
riis Sed prohibetur procul dubio in necessitate
conceditur Caput ergo turturis ex parte
abscisum sit, et ex parte inhereat, ut sic
detineatur, et a voluptate carnis mens
nostra incisa sit, et cura necessitate non sit
abscisa Illud si hoc sacrificium genus
sub typica redemptoris nostri intelligencia
alius ad contemplacionem requirat, ascendit
ergo ad fortiora dominus eleuent, attalia
intellexerunt pariter et tote Caput nostrum
caput nostrum est ipse redemptor generis
humani de quo scriptum est Ipsum dedit
caput supra omnem ecclesiam, que est corpus
ipsius Quem tamen iudei persequentes no-
men eius delere decertaverunt conati sunt
Cumque eum crucifixum et sepultum vide-
rent hunc se ab amore omnium dimisisse
se crediderunt Sed caput turturis et
incisum est, et tamen a suo corpore dimis-
sum non est quia ex eo quod pro nobis mortem
pertulit omnes nos sibi verius in ipsa
sua morte coniunxit Et per hoc quod sentiens

oculis visibiliter subtraxit mentibus sen-
tientibus invisibiliter se traditavit Capud
ergo turturis incisum inhesit corpori
quia non quidem redemptor noster passus
est Sed a nobis separatus per passionem
non est Quia ergo dicta sacri eloquii cum
legentium spiritu crescunt etc. ut dicitur
quocumque ibat spiritus Illuc eunte
spiritu et rote pariter levabantur sequen-
tes eum, et subditur Spiritus enim
vite erat in rotis In rotis enim spiritus
vite est, quia in sacra eloquia dono
spiritus vivificamur ut mortifera a nobis
opera repellamus Post enim intelligi
quia spiritus vadit cum legentis animus
diversis modis et ordinibus tangitur deus
Cum hunc per verba sacri eloquii
modo in zelo excitans ad ulcionem
erigit, modo ad paciam mitigat, modo
in predicacione instruit, modo ad penitere
ne lamenta compungit Sed altera
mus breviter per hec eadem verba que
diximus, et videamus quod sequitur
rote spiritum quia vite spiritus dicit et rotis
inesse perhibetur Certe si legentis
animum spiritus vite in zeli fervore te-
tigit protinus in sacris eloquiis videt
quod moyses ad castra rediens et
populum per ydola peccasse cogno-
scens hunc per fervorem spiritus, gla
dius stravit Et finees per segnem do
luxoriam ira gladio domini placat
Et petrus mencientes sibimet verbo
pertulit et occidit Et paulus ne-
gligentibus discipulis virgam
minatur Si spiritus vite legentis
animum ad servandam paciam tangit
statim sequuntur et rote Quia in sacris
eloquiis invenit quod moyses et aa
ron quod loquentes contra persecutore
populi passi sunt ad thabernaculum
pacis cucurrerunt pro ipso populo exorantes
quem ~~fugiebant~~ fugiebat Quia
ad eorum mens et timoris superbiendi

vij

ptulit. et tam 9tra eos ad odium
nō exarsit. patiā .ii. va est que
et ipm amat que portat Nam
tollerare sed odisse non est vtus
mansuetudinis sed uelamē tu-
roris In eisd' quoq eloquiis
inuenit q samuel de pncipatu
culmine deiectus. orasse se etiam
pro deicientib9 cofitetur q nemo
scor ad celeste glam nisi patiam
seruando puenit Quod ipe auc-
tor ac redemptor gñis huam
sputa colaphos spineā coronam
crucē lanceā ptulit. et tn p psc-
cutoribz orauit / Si vite spus lege-
tis aïm ad studiū p̄dicatōis ex-
citat statim sequunt. et rote Ita
in sacris eloquiis inuenit Moy-
ses iubente dñio 9tra egipti
regem in quītis se p̄dicatōis
libe vbis erexit Sed stephanu9
iudeis psidentib9 dixit vos sp̄
spui sco restitistis. nec mt lapides
timuit Et petrus sustib9 cesus
ne in nomie ihu loquat. tam
magna libertate rndit / obedire
oportet deo magis qm hominib9
Et paulus catenaz vinculis
stringitur Sed tū vbum dei
nō est alligatum Si vite spc
ad penitētie lamēta 9pungit
sequunt. ptin9 rote cu scriptūe
sacre vba dauid p̄mas pfecit
Et rex reprehensus a ppha qui
subiectus celesti regi nō fuit sbō
increpanti nō erubuit cōfiteri
q fecit Et publican9 qui ira-
tum suē necētie cognit Et si in-
iustus ad templū venit iustifi-
catus a templo redijt Et petrus
negatōis maculas lacrimis la-
uit Et latro qui in cruce cog-
uit culpā In ipā iam morte

iuenit veniā Et quib9 adhuc rote
eadē ppheciā replicat. atq subiungit
Cum eūtib9 ibat / et cū stantibus
stabāt. et cū eleuatis a tra pariter ele-
uabantur. et rote sequentes ea. q̄a sp̄s
vite erat in rotis. Hec sit nostre fres
kmi. ex maxima ia pte ia dicta
sunt / Sed i tractatu descriptōne narrata
Nec nos itaq pigeat eadē breuiter expo-
nendo repetere que sp̄s p pphām dig-
tus ē replicando narrare / Hec enī
solum in hijs vbis nouū dr / quod
dcm est Cum stantib9 stabant Sunt
aut quidā qui nsq ab hoc pficiunt
ut terrena que acciperunt bñ dispe-
sare bene dispensare nouerint mi-
sericordie opib9 intendant / oppssis
subueniant / hij vero vadunt i eo
q diuine a se ad pximi vtilitatē
tendunt Cum hijs g° rote gradi-
unt. quia sacra eloquia doctor suor
passus in eius vitē disponit Et
sunt a ij qui in fide quaz acceperunt
runt. ita ad tenendū fortes sunt
ut aduersis quibzcq resistere valeat
Et nō solum in sine aduersitatem
trahunt. pfidē Sed etiā prusa-
loquentes impugnent eosq ad rectitu-
tudinē pthant. Cum istis statib9
stant etiā rote. quia eis rectitudinē
suam sacri eloquij vba cōfirmat
Cum i eis audiunt State et tene-
te tradicōnes quas didicistis Et
rursū aduersarius vr dyabol9 tanq
leo rugiens circuit querens que de-
uoret. cui resistite fortes in fide /
Et sunt a ij qui omnia terrena de-
spiciunt nulla q° pterrent possidē
dignat / in dō se ut p dcm ē cōte-
placōne suspendunt Cum hijs
eleuatis et rote pariter leuant / quia
inquātu quisq ad alta pficit i tantu
ei et sacra eloquia de altioribus

Anch

S

Omel

loquitur. Vadunt ergo alia ad uti
litatem proximi stant ad custodiam sui
elevantur ad contemplationem dei. Sed
et rote pariter vadunt stant elevantur.
Prima quesita sacra lectio talis invenitur
qualis et sit ipse a quo queritur ad
activam vitam perfecisti ambulavit
tecum. ad immobilitatem atque constanciam
spiritus perfecisti. stat tecum ad contemplativam
vitam per dei graciam pervenisti. volat
tecum et rursum subditur. quia spiritus vi
te erat in rotis. Et idcirco secundo
dicitur vite spiritus in rotis esse. quia scripture
sacre duo sunt testamenta, que vt
raque dei spiritus scribi voluit, ut
nos ab anime morte liberaret. vel
certe quia duo sunt precepta caritatis
dilectio videlicet dei, et dilectio proximi
per que vtraque nos sacre scripture
dicta vivificant. Recte ergo dicitur quod
spiritus vite erat in rotis. quia dilectionem
dei et proximi capimus in eloquiis
divinis, per precepta vero scripture sacre
reviviscimus qui mortui in culpa
iacebamus. Vnde omnipotenti domino
per psalmistam dicitur. In eternum non obli
viscar iustificationes tuas. quia in ipsis
vivificasti me. Iustificationes enim
precepta domini dicuntur in quibus nos cor
rigendo iustificat. De quibus
psalmista apertius dicit. In tuis
iustificationibus meditabor non obli
viscar sermones tuos. In eis itaque
nos vivificat. quia per hec nobis
spiritualem vitam demonstrat. eam que per
aflatum spiritus nostris mentibus infundit
Et quam cotidie per dona gratie in electorum
tione mentibus infundit agitur. spiritus
vite erat in rotis. Hinc nobis scrip
tura in tenebris vite presentis facta
est lumine in tenebris. Vnde etenim
petrus ait. Cui bene facitis intendentes

quasi lucerne lucentis in caliginoso
loco. Hinc psalmista dicit. Lucer
na pedibus meis verbum tuum domine
et lumen semitis meis. Sed tamen
tamen quia et ipsa nobis lucerna
obscura est, nisi hanc in nostris mentibus
veritas illustret. Vnde item psalmi
sta ait. Quoniam tu illuminas lucernam
meam domine. deus meus illumina te
nebras meas. Quid enim lucerna
ardens nisi lumine est. Sed lumen
creatum nobis non lucet. nisi illuminet
a lumine non creato. Quia ergo omnipotens
deus ad salutem nostram scorum testa
mentorum dicta et ipse creavit et ipse
aperuit spiritus vite erat in rotis. Sequitur
et similitudo super capita animalium
firmamenti. quasi aspectus cristalli
horribilis extenti super capita
eorum. ~~Super~~ Hec largiente domino
duobus modis exponimus, ut lectoris
animum iudicio, quid eligendum
censeat relinquimus. Potest enim
firmamenti nomine celestes potestates
intelligi, quod firmamentum esse quasi
aspectus cristalli dicitur. Crista vero cristal
lum forte quod nimis est. Sed certe aqua
solidatur, et natura angelica que crea
ta liberum arbitrium accepit, ut
vtrum vellet in humilitate persiste
ret omnipotentis dei conspectui perma
nere an ad superbiam laberetur
et a beatitudine caderet per simili
tudinem aqua fuit. Sed quia tales
tibi animus sancti angeli in sua beatitu
dine persisterunt atque hoc acceperunt
in munere ut iam cadere omnino
non possint in eis natura sua quasi iam
durum immutabilis non potest quia in magni
tudine cristalli durata est. Et
cristallum horribile et extensum super
capita animalium dicitur. quia ille potes
tes angelice que omnipotentis dei

de angel

conspectu assistunt, nobis adhuc
in hac corruptione positis terribiliter
terribiles atque pavende sunt. Quia enim
gaudia que sensum nostrarum mentium exce-
dunt super capita animalium esse memora-
tur. Quis enim in carne corruptibili
positus comprehendere valeat que sit illa
angelorum ineffabilis et sine fine letitia
Que beatitudo sine defectu vultum
videre creatoris atque in eius delectatione
sine immutatione persistere. Potest autem fir-
mamenti nomine ipse per figuram noster
redemptor intelligi verus deus super
omnia et factus inter omnia homo perfectus
in quo natura nostra apud patrem confir-
mata est. De quo etiam per psalmistam
prophetando dicitur: Fiat manus tua super
virum dextere tue et super filium
hominis quem confirmasti tibi. Humana etenim
natura prius quam a creatore omnium sus-
ciperetur terra erat. Nam firmamentum
non erat. Peccatori quippe homini dictum
est: Terra es et in terram ibis. At post-
quam assumpta est ab auctore omnium atque
in celis sublevata et super angelos
ducta firmamentum facta est que terra
fuit. Sed firmamentum quod aspicitur
cuius habeat celsitudinem subinfertur
cum dicitur quasi aspectus cristalli horribilis.
Christallum scimus quod ex aqua conge-
lascit et robustum fit. Scimus vero quanta
sit aque mobilitas. Corpus autem redemp-
toris nostri quod usque ad mortem passioni
subiacuit aque simile nimirum aliquid
fuit. Quia nascendo crescendo lassi-
scendo esuriendo sitiendo moriendo
usque ad passionem suam per momenta temporum
mobiliter decurrit. Cuius tempus propheta
intuens ait: Exultavit ut gigas ad
currendam viam. Sed quia per resurrec-
tionis sue gloriam ex ipsa sua corrup-
tione in incorruptionis virtute convaluit
quasi christalli more ex aqua duruit
ut in illo et hec eadem natura esset et ipsa
iam que fuerat corruptionis mutabi-
litas non esset. Aqua ergo in cristallum
versa est quando corruptionis eius infirmitas
per resurrectionem suam ad incorruptionis
est firmitatem mutata. Sed notandum
quod hoc cristallum horribile id est pavendum dicitur.
Quis autem nesciat cuius pulchritudinis
sit cristallum et mirum quomodo in hoc cristal-
lo conveniat pulchritudo cum pavore.
Sed omnibus vera scientibus constat quia
redemptor humani generis cum iudex
apparuerit et speciosus iustis et terribi-
lis erit iniustis. Quem enim mansuetum
aspiciunt electi, hunc eundem pavendum
atque terribilem conspicient reprobi. Sed hunc
iam tunc electi terribilem non videbunt
quia timere illum considerare non cessant.
Studiose namque considerant quam terribilis ad
iudicium veniat. Culpas ante actas de-
flent, iram imminentes declinant. Pavorem
illius cotidie ante oculos mentis ponunt
et quam tremendus appareat sine cessa-
tione suscepti sunt atque cotidie timendo
agnoscunt ne quando veniens pertimescant.
Similitudo ergo super capita animalium
firmamenti quasi cristalli aspectus horribilis
et quia ipse pavor eius quem in suis
cogitationibus tenent eorum mentes protegit
recte subiungitur: Extentum super capita
eorum desuper firmamentum. Hoc quod in
similitudine cristalli super capita animalium
apparet et horribile et extentum est quia
bonorum mentes unde terret et inde protegit.
Si enim pavendus in eorum cordibus non esset
protector et modo a vitiis et post a suppli-
ciis non fuisset. Quia autem semper conside-
rant, qui pavor ex iudicio imminet
virtutum pennas in rectitudine conservat.
Unde et apte mox subditur: Sub firma-
mento autem penne eorum recte alterius ad alterum.
Penne virtutum sub firmamento
recte sunt quando boni quod alter habet hoc alteri
impendit ut qui terrenam substantiam accepit
indigentis proximi inopiam sublevet. Qui
doctrine gratia plenus est ignorantis proximi
tenebras verbo sancte predicationis illustret.
Qui temporali potestate sublimis est

oppressos a violentiis eruerit. Rursum
~~prophetie~~ spiritu plenus est, cum a proximis
mala innocentia, bona suadendo declinat.
Rursum gratiam curationis accepit, intercessione sua saluti infirmantium pie et
humiliter impendat. Rursum a terrenis actibus
liber soli deo vacari meruit, pro delin-
quentibus proximis exoret. Fit autem sepe
ut qui terrena substantia nimis oc-
cupatur orationi non quantum debet invi-
gilet. Et fit plerumque ut is qui ad
exorandum deum cunctis mundi one-
ribus exutus vacat, sustentacionem vi-
vendi non habeat. Sed dum dives por-
rigit alimentum atque vestimentum
pauperi et dum pauper oratione sua adi-
uvantis impendit, penne ad alium rote
alterius ad alterum tendunt. Nam dum
ille michi verbum predicationis exhibet
et hinc veritatis ex corde meo ignoran-
tie tenebras expellit, dum ego illi ego
quem fortasse in mundi huius potestate
oppressum solatium mee defensionis
impertior atque hunc de violenti ma-
nibus excusso, vicissim nobis pennas
nostras tendimus, ut nos affectu et
ope mutua ex bono quod accepimus
tangamus. Super hunc primus pastor
admonet dicens: Omnium finis appro-
pinquavit. Estote itaque prudentes et
vigilate in orationibus, ante omnia mutuam
in vobismet ipsis caritatem continuam
habentes, quia caritas operit multitudinem
peccatorum. Hospitales invicem sine mur-
muratione et omnibus. Unusquisque sicut
accepit gratiam in alterutrum illam admini-
strantes. Rursum quod apud Ezechielem
penna, hoc apud Petrum apud Petrum
apostolum accepta gratia dicitur, et quod ibi ait rote
penne alterius ad alterum, hoc ecclesie pastor
dicit: Unusquisque sicut accepit gratiam
in alterutrum illam administrantes. Penne
vero rote iam non sunt si ad utili-
tatem nostram solummodo reflectuntur.

Sed tunc rote sunt, cum in utilitate
proximi dirigimus quod habemus. Rursum cum
bona nostra non a nobis sunt, sed ab eo
hec accepimus a quo factum est ut essemus,
tanto ea nobis non debemus retinere
privata, quanto ea nobis conspicimus ab
auctore nostro ad communem utilitatem da-
ta. Unde recte Petrus apostolus in exhor-
tatione huius rei subdidit dicens: Sicut boni
dispensatores multiformis gratie dei.
Atque adhuc addidit: Si quis loquitur
quasi sermones dei; si quis ministrat tamquam
ex virtute quam administrat deus. Ac si
aperte dicat: humilitatem impedit proximis
bonum, quia scitis vobis non a vobis non
esse quod habetis. Cuilibet enim penna
virtutis cum ad proximum impendendo tenditur
rota non erit si humilitate caruit. Sequitur:
<u>Unumquodque duabus alis velabat corpus</u>
<u>suum et alterum similiter velatur.</u> Rursum
per corpus actio, per alas non virtutes signi-
ficatur, sicut iam diximus. Et cum
iam dictat: Cum subsinuavit autem penne
eorum recte alterius ad alterum, [illegible]
subditur: Unumquodque duabus alis velabat
corpus suum. Rursum in re hoc patenter
dicitur, quia et pennas alas ad
alterum tendebant et tamen duabus alis
corpus proprium velabant. Rursum quid est hoc,
quia sic debemus virtutes quas acce-
pimus aliis impendere, ut et ea in quibus
peccavimus non desinamus ~~caute~~ caute co-
gitare, et reatum nostrum cotidie pertimescere
et penitentiam plangere. Duas enim alas
supra quibus corpus velatur timorem
et penitentiam diximus. Sic ergo in caritate
tractamus, ut pennas tendamus in
proximos, ut nunquam desinamus cogi-
tare et plangere nosmetipsos. Penne
tendantur, nam penne cooperiant corpora,
ut et debemus actibus prebeamus ex-
empla, et mala que egimus abscon-
dant auditio timor et penitentia. In
translatione autem veteri de hiis alis dicitur

Nota

vij

In singulis due iuncte et tegebant corpora eorum. In quibus nobis intelligitur quia et ipse celat pene que negligebat alter ad alterum. et ipse que eorum corpora conspiciebant. Quod per signum bis accipit. Una ille nos virtutes apud omnipotentem deum pertegunt que ex caritate proximis impartimur atque exigimus. Alterum quibus dum cordis nostri mala que fecimus velamus. Pergo etiam per has alas duo precepta caritatis intelligi amor scilicet dei et proximi. Amando enim deum nostra in nobis mala persequimur id est corpus velamus. Diligendo autem proximum ei in quo prodesse possumus festinamus id est alas ad alterum tendimus. Hoc autem quod subditur et alterum similiter velabat in translatione veteri non habetur. Et qui post. tur perspicuum dictum est unicuique duabus velabat corpus suum subiungit et alterum similiter velabat. In translatione autem septuaginta interpretum aquile theodotionis et symmachi sollicite perscrutantes nihil et ex his verbis invenimus. Sed beati Ieronimi scripta relegentes agnovimus quia hanc sententiam in Hebrea veritate ita positam non quidem in suo opere sed inserta sensimus invenit. Unde et cum post. tur perspicuum dictum est unicuique velabat corpus suum statim subditur et alterum similiter velabat. Si enim dicere unum et alterum loquendi ratio staret postquam non dictum est unicuique tur additur alterum cum in unoquoque omnes comprehenduntur. Sed si et perfectorum vitam et perfectam vitam distinguimus et unicuique et alterum non irrationabiliter positum videmus. Alii enim et propria deflent et virtutum penas ad proximos in exemplum tendunt procul dubio perfecti sunt. Sunt autem plerique parvulorum qui eorum lacrimas conspiciunt et imitantur. et qui inde in suis privitatibus esse potuissent sanctos vigilatores quia vitas considerant mox quia suis pravitatibus vacati attenduntur ut plangant insinuant ad penitentiam. atque ut velut sanctos corpora sua conspiciunt. Ita pri unoquoque lacrimarum suarum alis velantur. De ipsis enim magnis mercatoribus fecerunt. Cur qui virtutes non habent peccata sua minimis deplorant. Sic et illi adhuc plangere non desistunt. Alii iam virtutum pennas per exempla ad proximos tendunt. In quibus nobis vite verbum ut nos qui parvuli adhuc sumus perfectorum semper et virtutes et lacrimas ante mentis nostre oculos ponamus. Timenti que in illis aspicimus ut dum tegimus perpetrare inetata tristis possimus ab illo districto examine mala que fecimus velare. In assiduis enim fletibus in cotidiana nostra pena habemus sacerdotem in celis qui interpellat pro nobis. De quo etiam per Iohannem dicitur. Si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce exultat animus cum advocati nostri potentiam audimus. Sed exultationem mentis cum remordet timor. quia ipse qui nobis advocatus est deus iustus. Nos enim causas iniustas habemus. Iustus non advocatus iniustas causas ullo modo suscipit. Nec verba dare pravorum stitia eum sentit. Quid ergo agimus karissimi fratres mei. Sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala que fecimus defleamus. Scriptum est Iustus in principio accusator est sui. Cuilibet et cum peccator conversus in fletibus iam iustus esse inchoat. Cum cepit accusare quod fecit. Cur enim iustus non sit qui et sua iniustitiam iam per lacrimas sentit. Iustus igitur

aduocatu nr̄ iustos nos defendꝫ
in iudicio / quia nosmetipsos et cog
scimus et accusamus iniustos. Non ergo
in fletibus nec in actibus nris / sed in ad
uocati nr̄i allegatione confidamus
Christi qui uiuit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen
Explicit omelia vii Incipit o viii
Quod per exempla historie multi
proficiunt superius locutionis
fine tractatum est / atque hoc ipsum propheta
nobis certius aperit cum his que
dixerat adiungit / Et audiebam sonum
alarum quasi sonum aquarum multarum
Solent in sacro eloquio per aquas
populi designari. Unde per iohem
dicitur / aque non sunt populi Recte
autem aquis populi designantur / quia
et in uita sonum habet ex tumultu car
nis et cotidie defluit ex decur
su mortalitatis / ut ad sepe iam di
ximus. alas sunt animalium uirtutes
sanctorum Christus est ergo quod propheta alarum
sonum audit quasi sonum aquarum multarum
mala precium defunctorum dispar
mittens prophetam ad filios dicitur.
Si forte vel ipsi audiant et si forte
quiescant. Quid est dicere vel ipsi
nisi quia corum parentes qui in culpa de-
functi sunt audire noluerunt. Pen-
semus ergo quae virtus sit in hoc divina
sermonis defectu ut dicat si forte
vel ipsi audiant. Nobis hoc nobis
apte dicitur qui afflicti qui abscissi
conclusi omnia quae in hoc mundo
habuimus bona perdidimus urbes
eversas castra destructa depopulatos
agros suffossas ecclesias videmus
et tamen ad hunc parentes nostros ad
iniquitatem sequimur ab eorum elatione quam
vidimus non mutamur et illi quidem
inter gaudia nos vero quod est gemimus et
inter flagella peccamus. Sed ecce
omnipotens deus iniquitates vindicans
iam patres nostros abstulit iam ad
interitum extremum suae patientiae nobis
longanimitatem prorogat nec cum
nostris patribus perdat dicens Si forte
vel ipsi audiant et si forte quiescant
quia domus exasperans est. Omnis
anima etiam post acceptam fidem
in perversitate sua aut permanens
aut recedens domus exasperans
vocatur. Quia cum quod per fidem susceperat
repellit a se pravis moribus habita-
torem deum. Nam domus inhabitatur
a domino. Si ergo domus est exasperans
si vero exasperans quare domus. Quae
utique iam non habitatur. Sed domus
quia in ea deus per fidem habitare cepit
exasperans vero est quia ab ea pravis mo-
ribus repulsus exit. Et natura
remanserat quam prius caelestis inhabita-
tor replebat. Unde etiam sic mutata
voce cognominum nequissimus spiri-
tus septem aliis rediens domum scopis
mundatam invenit quia mentem
a virtutibus alienam replet. Sequitur
et scient quia propheta fuit in medio
eorum. Malos sciunt bonos aut ad ad-
iutorium salutis perficere aut ad testi-
monium damnationis solet. Fratres

Nota

Nota

Redit domus exasperans

go quia in medio eorum propheta fuit
ut audita predicatione aut admitte-
tur ut surgat aut sic dampnet
ut excusatione taceant / Sequitur
Tu ergo fili hominis ne timeas eos
neque sermones eorum metuas quoniam in-
creduli et subversores sunt tecum et cum
scorpionibus habitas / Patet ad quid
predicatores in predicatione mittitur qui
ne timeat admonetur et quia prius
quoque bona sibi loquentibus alia iniqua
faciunt dicitur ne timeas eos metuas
et propter hoc quod minantur adiungitur
neque sermones eorum metuas Vel
etiam quia reprobi et mala bonis inge-
runt et eorum semper actibus derogant
propheta missus admonetur ne eorum vel
crudelitatem metuat vel verba pertime-
scat In hoc itaque quod dicitur ne time-
as prophete datur auctoritas predicationis
et quia omnes qui in mundo vivimus
organa veritatis sumus ut sepe
per aliud in Sepe vero alii loquantur
per me sic nobis bonum verbi in esse
auctoritas debet ut et is qui preest
dicat recta libere et is qui subest in ipse
bona humiliter non renuisset bonum
enim quod maiori a minore dicitur Timet
vero bonum est si humiliter dicatur Nam
si rectitudo sentiendi humilitatem
loquendi perdidit radicem sensus in
ramo lingue viciavit Quam modeste
vitium iam non exiamus Sed exin-
de est quia nisi cor in timescit
lingua nunc superbiet In esse
ergo ad loquendum poni humilis auc-
toritas In esse autem minori libera
humilitas debet sed sepe in hoc
ipse loquendi ordo confundit Sic
et longe superius diximus Nam
alii quis per minorem elationis loquitur
et loqui se per auctoritate libertas
existimat et alii alius per stultum
timorem tacet et tacere se per humilitate

putat Ille locum sui regiminis at-
tendens non metitur sensum timoris
Iste locum sue subiectionis considerans
timet dicere bona que sentit et quod ...
rat quantum tacita reus efficitur tace-
do sic vero sub auctoritate superbia et
humanus timor sub humilitate se pal-
liat ut sepe nec [illegible] considere
quid deo nec iste quid debeat pro-
ximo Nam ille eos qui sibi
subiecti sunt conspicit et cum tamen
omnibus subiacent non intendit in ela-
tione attollitur et de elatione sua
velut de auctoritate gloriatur Iste
vero non magnum deum timet ne
amoris gratiam amittat atque per hoc
aliquid temporalis dampni sus-
tineat recta que intelligit occul-
tat atque apud se tacitus ipsum ti-
morem quo constringitur humili-
tatem nominat Sed cum tamen nichil
vult dicere tacendo in cogitatione
vindicat fitque ut unde se hu-
milem existimat inde gravius
fit superbus Discernenda ergo sunt
libertas et superbia humilitas et ti-
mor ne aut timor humilitatem
aut se superbia libertatem fingat
Hinc Ezechiel itaque qui non
solum populo sed sermonibus loqui
mittebatur ne recta timorem humi- incautum
litatem credet ut tunc non debeat
admonetur dum dicitur ne timeas
eos / ac ne forte derogatione scor-
sum verba pertimescat adiungitur
Neque sermones eorum metuas
Sicut aut linguas detractantium
timere non debeat etiam ea subiungitur
cum pertinus subnectitur / Quoniam in-
creduli et subversores sunt te-
cum et cum scorpionibus habitas / Ti-
mendi enim esset hic quibus

loqui mittebatur si in fide et opere deo
omnipotenti placuissent Dum tunc
incredulis et susurrones sunt in suis
sermonibus detrahentes timendi non
sunt quia stultum valde est si illis
placere querimus quos non placere deo
scimus Decet autem habere in metu et re-
verentia iudicia iustorum quia omnipo-
tentis dei sunt et hoc ipsi in terra
reprehendunt quod dominus redarguit
e celo Nam pravorum detractio vite
nostre approbatio est quia iam ostenditur
nos aliquid iusticie habere Sed illis
displicere incipimus qui non placent
deo Nemo etenim potest una eadem-
que re omnipotenti domino atque eius
hostibus gratus existere Nam deo se
amicum denegat qui eius placet
inimico ~~inimico~~ Inimicis veritatis adversa-
bitur qui eidem veritati in mente
subiugatur Unde sancti viri in noticia
libere intrepidi consistentes eos ad prava
odia excitare non metuunt quos deum
non diligere cognoscunt Quod propheta
ardenter exhibens veritatis omni quod
in munere obtulit dicens Nonne
qui oderunt te deus oderam illos
et super inimicos tuos tabescebam
perfecto odio oderam illos inimici facti
sunt michi Ac si aperte dicat
Pensa quantum te diligo qui tuorum
hostium excitare contra me inimicitias
non pertimesco Hinc item dicit Qui
retribuebant mala michi pro bonis
detrahebant michi quoniam sequebar
bonitatem Subsecutus sum iusticiam
bonum valde est quod iniustus tribuunt
qui male agentibus libera voce contra-
dicit Sed perversi mala pro bonis
retribuunt cum iusti detrahunt quod
contra eos iusticie defensionem
servant Non enim iusti humana

iudicia Sed etenim iudicis exa-
mine a spiritu atque ideo detrahen-
tium verba contempnunt Hinc etenim
detrahentibus corinthiis paulus
dicebat Michi autem pro minimo
est ut a vobis iudicer aut ab huma-
no die Qui nec in corde suo quod in
se reprehendere potuisset inveniens
adiungit Sed neque me ipsum iu-
dico Videns autem quia ei ad per-
fectionem sanctitatis nec suum iudicium
sufficeret subdidit Sed non in hoc
iustificatus sum Cur vero nec se
metipsum de ipso credidit certum reddi-
dit tamen subiunxit Qui autem
iudicat me dominus est Ac si aperte
dicat Nec me de meo iudicio
certum existimo quia ille me
iudicat Cuius ego iudicium non
comprehendo Hinc beatus iob tum
parentum detrahentium linguas
inter dolores vulnerum patiens
iacula verborum cogitatione protinus
ad conscientiam recurrit atque ubi men-
tem solidam haberet aspexit dicens
Ecce enim in celo testis meus et
conscius meus in excelsis Qui etiam
subdidit Verbosi amici mei ad
deum stillat oculus meus In
omne enim quod a vobis dicitur semp-
tatiti recurrere ad mentem debemus
interiorem testem et iudicem querere
Quid et enim prodest ut omnes laudent
cum conscientia accuset aut quid poterit
obesse si omnes nos detrahant
et sola nos conscientia defendat Bea-
tus igitur iob inter linguas detrahen-
tium inflexa mente persistens quod
in terra se impugnari falso sensit

nona

excelso iudicit teste que sunt · hinc
esaias ait · popule meus qui bea-
tificant te decipiunt et viam
gressuum tuorum dissipant / Item vero
populus ne verba sue laudis attendat
et in culpis altius ruat · statim enim
dicitur · que aspiciat eius iudicium
ptimescat cum subditur / stat ad iudi
candum dominus · stat ad iudicandos po
pulos · ac si aperte diceretur · Iudicia hu-
mana tue perniciis cum stare sentit cele-
leste iudicium stis · hinc est quod iohannem
baptistam vitas esse arundinem vento
agitatam negat dicens Quid existis
videre in deserto arundinem vento agi-
tatam · Et quia negando dixerat
non affirmando / subiuncta verba testantur
ait · vel Sed quid existis videre ? ho-
minem mollibus vestimentis indutum · ecce
ecce qui mollibus vestiuntur in domibus
regum sunt · harundo · aut vento
agitata modo flatibus erigitur modo flatibus
inclinatur · Cuius aut infirmus animus
qui vel derogatione deicitur vel lau-
dibus exaltatur harundo vento agita-
ta est · quod iohannes non erat qui inflex-
ibilem mentis virtutem nec laudes ho-
minum et derogationes tenebat · Sed
magna inquisitione nos indiget cum
recta operis viam tenemus · utrumque semper
despicere derogantium verba detrahentium auc-
tore aliquando compescere · Dignare sciendum
est · quia linguas detrahentium sic
nostro studio non debemus excitare · ne ipsi
pereant / ita per suam malitia excitatas
debemus equanimiter tolerare · ut nobis
meritum crescat · Aliquando autem etiam compescere
ne dum de nobis mala disseminat
eorum qui audire nos ad bona poterant
corda innocentium corrumpant hinc est
etenim quod iohannes obtrectatoris simi-
linguam redarguit dicens · Is qui
amat primatum gerere in eis diotrepes

non recipit nos / propter hoc si venero com-
moneam eius opera que facit verbis
malignis garriens in nos / hinc pau-
lus item detrahentibus corinthiis loquitur
dicens · Epistole inquiunt graves sunt
et fortes / presentia aut corporis infirma
et sermo contemptibilis hoc cogitet
qui eius modi est · quia quales sumus
verbo per epistolas absentes tales et presentes in
opere · Hii etenim quorum vita in exemplo
imitationis est posita / debent si possunt de-
trahentium sibi verba compescere / ne eorum
predicationem non audiant qui audire
poterant · et in pravis moribus remanen-
tes bene vivere contempnant · Sed hac
in re subtili inquisitione necesse est ut
semetipsum animus investiget ne fortasse
sue laudis gloriam querat · et amaram
luctam se querere mentiatur cogitatione simul
et · Sepe enim sui nominis laude animus
pascitur et qui privato obiectu livorum
spiritalium cum de se bona dici cognovit
letatur · et sepe sue glorie defensione
contra detrahentes irascitur · et fin-
git et credit quod hoc ex eorum zelo fa-
ciat quorum corda bono itinere detrahentis
sermo perturbat · Illi ergo debent magno
opere cavere · ne contra eorum opinione
detrahentium verba prevaleant · qui predica-
tionem · subtiliter discutientes se in
ea invenerint decamoe private glorie
nil habere · Hinc est enim quod iusti atque perfecti
aliquando virtutes suas predicant bona
que divinitus acceperint narrant non
ut ipsi apud homines sua ostensione
proficiant / Sed ut eos quibus predicant
exemplo suo ad vitam trahant · Unde
paulus apostolus quotiens fustibus cesus
quotiens lapidatus · quotiens naufra-
gium pertulit · quanta pro veritate susti-
nuit · quod ad tertium celum raptus quod
in paradisum ductus sit corinthiis
narrat ut eorum sensum a falsis predicatoribus

Nota

auertat et omnibus se innotesceret qualis
esset illi eius vilescerent quos ab eis cog-
noverat inique vendicari quod perfecti tunc faciunt
id est cum virtutes proprias loquuntur In hoc
quoque omnipotentis dei imitatores sunt
qui laudes suas hominibus loquuntur
ut ab hominibus cognoscatur Nam cum
per scripturam suam sacram dicens laudet
te alienus et non os tuum quod facit ipse
non prohibet Sed si virtutes suas omnipotens
dominus taceret eum nullus agnosceret
Si enim nullus agnosceret nullus amaret
Si nullus amaret nullus ad vitam rediret
Unde et per psalmistam deo dicitur Virtutem
operum suorum annunciabit populo suo ut det
illis hereditatem gentium Virtutes ergo
suas annunciat non ut laudibus suis
ipse proficiat Sed ut hii qui hunc
ex sua laude cognoverint ad perpetuam
hereditatem invitat Iusti itaque atque perfecti
non solum tunc vituperationes sive verba rep-
rehendunt Sed etiam cum virtutes quas habent
infirmis loquuntur reprehensibiles non sunt
quia per suam vitam quam referunt aliorum
animas ad vitam querunt De quibus tamen
sciendum est quia numquam bona sua de-
tegunt nisi eos ut dixi aut proxi-
morum utilitas aut certe nimia necessitas
cogat Unde paulus apostolus cum virtutes
suas corinthiis enarrasset adiunxit
factus sum insipiens vos me coegistis
Sit vos alii ut necessitate compulsi in
bonis que de se referunt non aliorum
utilitatem sed suam requirat sicut
beatus iob facta sua enumerat dicens O-
culus fui ceco et pes claudo pater eram
pauperum et causam quam nesciebam dilige-
ntissime investigabam et multa alia
que se pie egisse commemorat Sed quia
in volumine doloris positus ab amicis
increpantibus impie egisse et violentus
proximis atque oppressor pauperum fuisse
dicebatur Vir sanctus inter flagella
dei et humane vituperationis verba
deprehensus mentem suam graviter
contuli atque ad desperationis foveam

conspexit in pelle Rem iam iamque tacere
potuit nisi ad memoriam sua bene acta
renovasset ut ad spem animam reduceret
ne oppressus verbis et vulneribus in despera-
tionem ruiret Quod ergo bona sua enume-
rat non innotescere aliis quasi ex laude
desiderat sed ad spem animum reformat
Isti itaque sicut sine arrogantia loquuntur
aliis bona que agunt ita sine zelo pri-
vate glorie detrahentium contra linguas re-
darguunt quia noxia loquuntur Cum
vero lingue derogantium corrigi ne-
queunt equanimiter sunt per omnia toleran-
de nec obtrectationis sermo timendus
est nec dum pravorum vituperatio metuitur
recti operis via deseratur Unde mi
ecclnci propheta dicitur Sermones eorum
ne metuas quia increduli et subver-
sores sunt tecum Quamvis autem mali esset
si hii qui sunt increduli subversores
minime fuissent quia nec ipsi vel
celestis regni premia vel gehenne
esse supplicia non credunt in suis pra-
vitatibus dimissi a fide et opere
etiam alios subvertunt ut regnum quod ipsi
appetere nolunt nec alii assequantur
Hii namque cum teneriores quosque
bona incipere mala iam devitare cog-
noverint nunc irridendo quod in celis pnitt-
itur modo despiciendo quod deus omnipotens
de infernis suppliciis minatur modo
laudando bona temporalia et delecta-
tiones presentis seculi callida persuasione
pollicendo deflectunt mentes inno-
centium eorum ab itinere pervertunt Gau-
dent si quos potuerint a vita reno-
vare ad mortem trahere letantur in pravi-
tatibus suis exultant in alienis ruinis
nimirum his pena sua non sufficit qui
agunt ne soli moriantur At si for-
tasse iustum quem pravitate iam virtutes
invenerint ut ei contraria loqui non
pertimescant quia subversores eorum non

pnt / statim scorpiones sunt Scorpio
enim palpando incedit Sed cauda
ferit nec mordet a facie Sed a posterio
ribus nocet Scorpiones ergo sunt homines
blandi et malitiosi qui bonis quidem
in facie non resistunt sed mox ut reces
serunt, derogant alios quos voluerint
infamant quecumque pnt nopia in
mittunt mortifera infer occulte
non desinunt Scorpiones ergo sunt
qui blandi et innoxii in faciem
incedunt Sed post dorsum portant
ubi venenum fundant Feriunt enim
in occulto feriunt quasi morte latenter
trahunt Unde etiam per psalmistam
dicitur Circumdederunt me sicut apes
exarserunt sicut ignis in spinis Apes
enim in ore mel habent / in aculeo caude
vulnus et omnis qui lingwa blan
diuntur Sed latent ex malicia feriunt
Apes sunt / quia loquendo dulcedi
nem mellis proponunt Sed occulte
feriendo vulnus inferunt Ista non
facientes exardescunt sicut ignis in
spinis quia per flammas detrahentium
non iniustorum vita comburitur sed si quis
eis in esse potant peccatorum spinis concre
matur Dicatur ergo Increduli et subver
sores sunt tecum et cum scorpionibus
habitas Increduli sunt deo Subverso
res non infirmantibus proximis Scor
piones autem etiam fortibus ac robustis
crimibus et si in facie quod dicunt non
presumant ex occulto tamen vulnus dero
gationis inferunt Increduli quippe
simul subversores et scorpiones sunt
quia et audita ca que dei sunt non
credunt et eos quos prevalent ab bonis
moribus subvertunt / et quos inflectere
non valent et occultis machinatio
nibus feriunt Cum in re hoc quoque
notandum est quia cum propheta dicit In

creduli et subversores sunt tecum
et cum scorpionibus habitas nobis con
solationis meditamentum profertur
quos sepe redit vitae Dum nolu
mus cum malis habitare Venerimus
etenim tur non omnes boni sunt qui
nobiscum vivunt Mala premorio
ferre volumus omnes sanctos iam
debere esse discernimus Dum esse vo
lumus quod cum proximis portemus
Sed hac in re luce clarius patet
Dum malos portare renuimus quam
multum adhuc ipsi de bono minus
habemus Neque enim perfecte bonus est
nisi qui fuit et cum malis bonus
Hinc beatus iob de semetipso asserit
dicens Frater fui draconum et socius
struthionum Hinc paulus apostolus di
scipulis dicit In medio nationis
prave et perverse inter quos lucetis sicut
luminaria in mundo Hinc petrus ingressus
domini pastor dicit Iustum loth
oppressum a nefandorum iniuria et
conversatione eripuit aspectu enim
et auditu iustus erat habitans apud
eos qui de die in diem animam
iusti iniquis operibus cruciabant
Sepe vero de vita tu proximorum
quamvis imitare locum conamur
secretum vite remotioris eligere
Videlicet ignorantes quod si desit
spiritus non adiuvat locus Ipse autem
enim loth de quo loquimur in sodo
mis sanctus extitit in monte
peccavit Cum autem locorum mentem
non muniunt ipse humani generis
primus testatur parens qui et in
paradiso cecidit Sed minus puto
omnia que loquimur extra Nam
si locus salvare potuisset sathan
de celo non caderet Unde psalmista
Ubique in hoc mundo temptationes
esse conspiciens que sunt habitum
non fugeret Sed sine deo ...

invenire no potuit inimicus Exq
re et ipm s locum si petijt ppt que
locum que punt dicens Esto michi
in deum ptatorem et in locum mu
nitum ut salvum me facias Tole
randi go ubiqz punt p pmni quia
abel si no valet que caym malitia
no exerceret Unu no est pcipuo vitad
societas deat malorum Ne si fortasse
corrigi no valent ad imitatom no
trahant et cu ipi a sua malitia no
mutat eos qui s quiti fuerint
putant Unde paulus ait Corru
punt mores bonos colloquia mala
et pe p salomonem dr Noli autem
ee homini iracundo nec ambules
cu viro furioso ne forte discas sei
tas eius et sumas scandalum anime
tue Sic em pstis vi puisos ppi
mos no deat fuge quia et eos se
pe ad rectitudine trahunt et ipi
ad puitate unquam trahunt ita i
firmi quamque societatem debent
declinare puorum ne mala que fie
quet aspiciunt et corrige no valet
delectetur imitari Sic em verba
pximorum audiendo cotidie sumimus
in mente sic flando atqz respiciendo
(van)
aerem trahimus corpore et sic
malus aer assiduo flatu tractus
audita infirmantium inficit animum
ut trahebstat delectatione pravi
opis assidua iniquitate sermonis
Sequitur Uba eorum ne timeas
et vultus eorum ne formides quia domus
exasperans est Adeo boni timendi sunt
ne offendantur ne fortasse pravos i
puocet ad iram qui eorum corda sepe
in bitat Nam sic supius dictum
est Si malos offendimus timere
minime debemus quia illis ira
actio displicet quibus nec iusta
c?ratoris placet Quid go timen

timendum e si nobis irati sunt
qui deo amabiles no sunt Unde
rece no dr Uba eorum ne timeas et
vultus eorum ne formides quia domus
exasperans est Ac si apte dicatur
Timendi erunt nisi me in suis actibus
exasperarent De quibus adhuc sb
ditur Loqueris go vba mea ad eos
si forte audiant et quiescant quia
irritatores sunt Omnis qui peccat
quidaliud quam conditoris sui in se
iracundiam irritat Et sumus quia
quoties actu quoties vbo quoti
ens cogitatione delinquimus contra
nos toties irritabimus Sed tm
sustinet et clementer expectat per
paciam p predicatores aut sacras
vbum nobis exhortationis pro
gat Omnis aut qui recta predicat
si audit ira irritati creatoris
sine p pvaricatore ppl?m placat in
mente est ut ipe no debeat agere
malum quod solet in ppls furorem
conditoris irritare ppt quod etiam sb
ditur Tu aut fili hominis audi
que tu loquor ad te et noli ee
exasperans sicut domus exasperatrix
e i mala que sibi corrigenda spis ipe
no facias ne hoc quod pribere mit
teris ipe committas Omnis etiam
predicator inceta semp debet intus
pensare ne qui iussus est lap
sos erigere ipe in pravitate opis
cu lapsis cadat et pauli huc
apli sentia seiat dicens Inquo
alterum iudicas te ipm condempnas
Unde balaam dei spu replens
ad loquendum Sed tn i carnale vita

suo spiritu reticentis de semetipso
loquitur dicens. Dixit auditor
sermonum dei qui novit doctrinam
altissimi et visiones omnipotentis
dei vidit qui cadens apertos habet
oculos. Cadens apertos oculos
habuit qui rectum quod diceret vidit
sed recte vivere contempsit. Cadens
vero in prauo opere et apertos habens
oculos in sollicita predicatione.
Est tamen aliud quod possit intelligi-
tur beatus ezechiel qui ad predica-
cionem mittitur esse exasperans prohi-
betur. nisi enim ad loquendum verba
tua mittebatur obediret omnipotenti
deo. Sic propheta de prauo opere
sic propheta de suo silencio exasperas-
set. Nam sicut mali tacendo deum
exasperant quia loquuntur vel faciunt
mala. Ita non numquam boni exasp-
erant quia reticent bona. Illis ita-
que culpa est praua agere. istis eciam
retinere. In hoc ergo tamen mali
eciam boni similiter deum exasperant
quia tamen praua non increpant
omnibus personarum placitum proferendi
licenciam prestant. Sequitur Aperi
os tuum et comede quecumque do tibi.
Aperimus os nostrum cum eciam loqui-
mur. et comedimus que adhuc ac-
cipimus quod et habemus et augetur
in mentis sensibus tibi nite tamen predi-
cacione reperimus. Unde propheta alibi
dicit Os meum aperui et attraxi
spiritum. Non enim spiritum attraheret
nisi os aperiret. quia nisi ad predi-
candum promptus se impenderet spiri-
talis doctrine in eo gratia non cre-
visset. Sequitur et vidi et ecce

manus missa ad me in qua
erat involutus liber. et expandit
illum coram me qui erat scriptus
intus et foris. Sic per prophetam predi-
catorum ordo. sic per librum que accept-
scripture sacre pagine designatur.
Liber autem involutus est scripture sacre
eloquium obscurum. quod profunditate
sententiarum involuitur ut non facile
sensu omnium penetretur. Sed coram
propheta liber expanditur. quia coram
predicatoribus sacri eloquii obscuri-
tas aperitur. Involutum librum
manus dei porrexerat cum apostolis
dicebat Simile factum est regnum
celorum homini qui seminavit bonum
semen in agro suo. Cum autem dor-
mirent homines venit inimicus
eius et superseminavit zizania
in medio tritici et abiit.
Cum autem crevisset herba et
fructum fecisset tunc apparuerunt
et zizania et reliqua que cum cari-
tas vestra eciam me reticente remi-
niscitur. Sed librum quem involutum
offendit expandit cum hoc quod
per enigmata loquebatur exposuit
dicens. Qui seminat bonum se-
men est filius hominis. ager est autem
mundus. bonum vero semen hii sunt
filii regni. zizania autem filii
sunt nequam. Inimicus qui seminat
ea. dyabolus est. Messis vero consumacio
seculi est. Messores autem angeli sunt.
Sicut ergo colliguntur zizania
et igni comburuntur. sic erit in consum-
macione seculi. Involutum itaque librum
expandit quod hoc quod obscure pla-
tum fuerat per latitudinem intellectus
aperitur. Sequitur Involutum librum

De sacra scriptura

nitas expandit qui in discipulis
egit quod scriptum est Tunc aperuit illis
sensum ut intelligerent scripturas De
quo ad huc libro subditur Erat autem
scriptus intus et foris. liber enim sacri
eloquii intus scriptus scriptus est per al-
legoriam foris per hystoriam Intus
per spiritalem intellectum foris autem per
sensum litterae simplicem ad huc infir-
mantibus congruentem Intus quia invi-
sibilia promittit. foris quia visibilia
praeceptorum suorum rectitudine disponit
Intus quia caelestia pollicetur. foris
autem quia terrena conceptibilia qualiter
sint ~~vel ingiusiunt~~ vel in usu ha-
benda vel ex desiderio fugienda prae-
cepit. alia namque de secretis caelestibus
loquitur, alia vero in exterioribus actionibus
iubet, et ea quidem quae foris praecepit
patent, sed illa quae de intus narrat
plene apprehendi nequiunt. Unde
scriptum est Extendens caelum sicut
pellem qui tegis in aquis superi-
ora eius Quid enim caeli nomine
nisi sacra scriptura signatur? De
qua nobis et sol sapientiae et luna
scientiae et ex antiquis patribus
stellae exemplorum atque virtutum lucet
quod sicut pellis extenditur Quia praecep-
tores suos carnis lingua forma-
tum ante oculos nostros providi doc-
torum exponendo explicatur Quid
vero aquarum nomine nisi sanctissimi an-
gelorum signantur chori De quibus
scriptum est et quod caeli superiora eius
in aquis tegit quia alta sacri
eloquii idest ea quae de natura
divinitatis vel de eternis gaudiis
narrat nobis ad huc nescientibus
solis angelis in secreto sunt cog-
nita Caelum ergo hoc et coram nobis
extenditur et tamen in aquis superiora
eius continentur quia et quaedam
sacri eloquii iam nobis per apertionem
spiritus patent. et quaedam quae solis
angelis prius erant manifesta nobis
ad huc servantur occulta De quibus
tamen occultis iam per te per spiritalem
intelligentiam sentimus. iam sancti
spiritus pignus accepimus Quia
haec etsi plene necdum cognovimus
et tamen eum medullitus amamus
et in multis spiritalibus sensibus
quos iam cognovimus veritatis
pabulo pascimur. Erat ergo
qui erat scriptus intus et foris
quia in sacro eloquio et dictis
occultioribus atque sublimioribus
satiantur fortes et praeceptis aper-
tioribus nos parvuli nutrimur Unde
scriptum est Montes excelsi
cervis petra refugium erinaciis
Herinacii vero montes intelligere
qui iam contemplationis saltu
vacare nequeunt sed petra sit refu-
gium erinaciis quia nos parvuli
et peccatorum nostrorum spinis cooperti
et si intelligere alta non pos-
sumus in petra nec refugio id
est in Christi fide salvamur. Unde
et quibusdam dicit Nichil me
iudicavi scire inter vos nisi Christum
Ihesum et hunc crucifixum. Ac
si dicat Quia nos capere divini-
tatis eius mysteria non posse pe-
sami? Sola nobis humanitatis
eius infirma locutus sum Sequitur
Et scripte erant in eo lamentationes
carmen ~~vez~~ Carmen aliorum bonorum
et vae

/alii vero in malo dici dubium non est
Eterna et letum carmen et lugubre car
men dicere possimus Sed nos septuage
simum vsum sapientes quem pene sep
carmen ponere in prospectis solet / hoc
loco pro bona parte dictum carmen accipimus
Nam cum onnipt[ens] deus populum suum de
mari rubro liberasset septimum est Tunc
moyses et filii israel cecinerunt carmen
domino / et cum dauid victoriam de hostibus
fecisset septimum est locutus est dauid
domino verba carminis huius Salomon
quoque ait Acetum in nitro et qui canta
tate carmina cordi pessimo Acetum
quippe si mittatur in vitro feruescit
vitrum protinus et ebullit et prisa mens
qui per intemperantiam corripitur a prava
tate dulcedine bona suadentium
de correptione fit deterior / et inde in maius
inmaturionis indignitate succedit Un
de venit ab indignitate conpesti per helium
de ingrato ac sese desperante dicit / et non
dixit vbi est deus qui fecit me qui dedit
carmina in nocte Carmen quippe in nocte
est leticia in tribulatione Carmen in nocte
accipimus qui in pressuris presentibus
de futuris gaudiis consolamur Carmen
nobis in nocte ostendebat apostolus cum dice
bat spe gaudentes in tribulatione
patientes Carmen in nocte sic dauid
in dicat hoc dicens Tu mihi es re
fugium a pressura que circumdedit me ex
ultatio mea redime me a circumdantibus
Cum enim circumdari se pressuris narrat
et eum domini esse exultationem nominat
procul dubio ponere septuagesima sacra car
men in nocte cantat Cum ergo pene
semper in bono carmen ponere septuagesima
sacra consueuit / ita a nobis eciam in
hoc loco debet intelligi Ve alii septua
sacra sepius decreuo luctu qui primitus
solet intelligi Unde septimum est Ve
in pio in malo retributio enim manuum
eius fiet ei Et beatus iob loquitur dicens
Si impius fuero ve michi est Si ac

aut iustus / non leuabo caput saturatus
afflictione et miseria Tristorum enim af
flictio temporalis est / Ve ergo quod dixit
a temporali afflictione distinxit quia
et iustam afflictionem et impiorum ve hec
prohibuit pro semetipsam quod veritas dicit
Ve mundo a scandalis / et ve nobis qui
ridetis qui flebitis / et ve pregnantibus
et nutrientibus in illis diebus / pre scandala
ergo nobis est / quod hec tria in sacro
volumine scripta sunt lamentationes car
men et ve / lamentationes . vel quia in eo
scripta est pena peccatorum Carmen vero quia
ibi primitiuntur gaudia iustorum Ve
autem quia illic expressa est dampnacio re
proborum / Et ergo peccata primas leges quia
in hoc volumine scripta sunt lamenta
Scindite corda vestra et non vestimenta
vestra . et rursus Miseri estote et lu
gete risus vester in luctum convertatur et ga
udium in merore / Et autem de promissione
gaudii sequentis hilaritas confitetur
que in hoc volumine scripta sunt carmina
laudis eterne . beati qui habitant in domo
tua . in secula seculorum laudabunt / et per
prouerbia sapientie de celesti ierusalem dicitur
/ ex lapide pretioso et mundo omnes platee
eius sternentur . et per omnis vicos eius
alleluia cantabitur / hoc nobis carmen
celestis patrie ciuitatis cuius veneram
rat qui concordie clamabat Gloria
in excelsis deo / et in terra pax hominibus
bone voluntatis Sed si adhuc presenti
seculo mente inheres . si adhuc huius
voluptatibus delectaris amare non potes
gaudia eterna que audis Cognosce
ergo in hoc volumine vel quod in eo scriptum est
/ atque ab animo per timorem expelle quod
diligis ut possis ex auditio carmine dare
quod legis / Ibi quippe prius vinci dampnati
nati sepe multitudo omnis exprimitur
reproborum cum voce veritatis dicitur ligatis pe
dibus eius ac manibus mittite eum
in tenebras exteriores Illic erit fletus

et stridor dentium. Tunc enim reprobi in
exteriores tenebras ardendo cadunt, qui
nunc in interioribus sua se sponte deiece-
runt, nec vitatis lumine, nec credendo
nec bene operando sequuntur. In quibus
ligatis pedibus ac manibus mitti
percipiunt. Recta nec dum tempus operan-
di atque currendi, habere manus et pedes
liberos in bona actione noluerunt.
Ibi vero reproborum septimi est, unus cor-no
non extinguetur. Ibi adampnatis ac
repulsis dicitur: Discedite a me male-
dicti in ignem eternum qui paratus est diabolo
et angelis eius. In hoc itaque volu-
mine cuncta que edificant omnia que
erudiant scripta continentur. Peccasti
enim et iam te penitet illicita perpetras-
se. Ut ad agendam penitentiam doceas
ibi invenis lamenta. Si pre celestium gau-
diorum incitamento relevare desideras. Ibi
ad consolationem tuam invenis carmen.
Si vero et mala perpetrasti et hoc te
perpetrasse non penitet, sed timore mentis
erectis ad nullas penitentie lamentationes
inclinaris, nulla celestium gaudiorum
expectatione corrigeris, velis nolis
ibi scriptum auditum esse ne, ut is qui
nec timor ad penitentiam humiliat, nec
spes ad superna premia exaltat, dam-
nationis sue iam nunc penam perspiciat,
et sine excusatione necesse sit supplicia
cadat. Scimus quod si Christus qui agendum sit
est miseris nobis nisi ut evigilemus
ad huius verba voluminis et mala
que nos egisse meminimus fletibus
puniamus, ut planctu penitentie perveniamus
ad carmen vite. Nec si afflicti ni-
mis penitendo nolimus nec, postmodum in
fine sentiamus nec nos malorum nostrorum
multitudo in desperatione deprimat, quia
maior est potentia medici quam lan-
guoris magnitudo nostri. Quid est enim
quod reparare ad salutem non possit qui
potuit omnia ex nichilo creare,

Dixit

Dirigentis quippe est omnipotentia
patris eterni, qui cum eo vivit et
regnat in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum amen.
Explicit omelia ix. Incipit decima.

Solent quidam scripta sacri eloquii
legentes cum sublimiores eius
sensus penetrant, minora mandata
que infirmioribus data sunt tamquam
sensu despicere et ea velle in altio-
ri intellectu perscrutari. Sed nimirum si recte
in eo alta intelligerent mandata
quoque minima despectui non haberent.
Certa divina precepta sic in quibus-
dam locuntur magnus, ut tamen in quibus-
dam congruant parvulis, qui parvitate
adhuc intelligentie sunt quibusdam
passibus mentis crescant atque ad
maiora intelligenda perveniant. Un-
de nunc sub propheta dicitur: Fili hominis,
quodcumque inveneris comede. Quicquid
enim in sacra scriptura invenitur
edendum est, quia et eius parva
simpliciter componit vita, et eius
magna subtiliter edificat intelli-
gentiam. Et sequitur: Comede volumen
istud et vadens loquere ad filios
Israel. Et aperui os meum et cibavit
me volumine illo. Scriptura sacra
cibus et potus est. Unde etiam per
prophetam alium dominus minatur:
Mittam famem in terra, non famem
panis neque sitim aque, sed audien-
di verbum domini. Enim ergo substracto
pro eloquio famem ac siti nos dicit
atteri, quia eius verba et cibus nostri
et potus sunt demonstrat. Sed scien-
dum quod aliud cibus aliud potus sit.
In rebus enim obscurioribus que intelli-
gi nequeunt, nisi exponantur scriptura
sacra cibus est. Et nimirum quicquid ex-
ponitur ut intelligatur quasi mandi-

nt glutiatur In rebus vo aptioib
potus e / Potum em no mandedo
glutim9 Aptioa g° madata bibi-
m9 qz et no exposita intelligere
valem9 / Pro eo aut q' multa
ezechiel pp̄ha obscura atz plixa
audituris erat · nequaqz et de sacro
volume dr bibe · sed comede / Ac si
diceret pertracta et intellige / Deser-
piꝰ manda · et tunc degluti / Sed
in vobis sacri eloquij iste dz studij
nr̄i ordo seruari ut hec ideo cogitā9
cognatim9 de iniquitate nr̄a cōpuncti
cognoscentes mala que fecim9 vitē9
Ne alia faciam9 · et tu la exmagno
vsu lacrimarz de pectore remissi dō
cepit et fiducia p verba dī que itel-
ligim9 ad vitā cōnoqz et alios tra-
ham9 / Ad hoc em intelligenda
sunt · vt et nobis psint · et intēcōne
spitali · alijs consciant / Vn bu
unt dr / Comede volume istud
et vadens loque ad filios israhel
· ac si de sacro cibo diceretur / Come-
de et paste et saturee et eructa
attipe et sparge cōfortae et laboa
Et notandum q' pp̄ha subiungit dicēs
/ et apui os meum et cibauit me
volumine illo / Os in corde et alij
pp̄ha testatur dicēs · Labia dolosa
in corde et corde locuti sunt mala
Os g° aperim9 qn̄ sensū ad intel-
ligentiā sacri vbi ppam9 / Atqz ad
vocem dom̄i pp̄ha os apuit · quia
ad spiritualia dom̄i pcepti cordis
nr̄i desideria inhiant / Ut de cibo ali-
quid sum aut · sed tamē hoc ipm
sumē nr̄az virium no e nisi ipe
cibauit qui ut comedat · nyssi te-
ke etem cibatur · qui pse edere no
pot / quia ad capienda verba celestia
idonea nr̄a infirmitas no e / ipse
nos cibat · qui nobis intempore messiaz
eciā temperat / Renatus in sacro vbo
dum hodie intelligim9 · q' hesterno

die nesciebam9 cras quoz cōphedim9
q' hodie nescim9 per dīne dispēsa-
cōis gratiam cotidiano alimēto nutri-
mur / Omnipotēs em deus qui totiens
ad os cordis nr̄i manū porrigit · quo-
ciens intellectū apit · et cibum sacri
eloquij in nr̄is sensibus mittit / Ci-
bat g° nos volumine cū sensū nobis
scripture sue dispensando apit / et
eius dulcedine nr̄as cogitacōnes
replet / Unde et subditur / Et dixit ad
me fili hominis venter tuus comedet
· et viscera tua replebuntur volumine
isto q' ego do t / Antiqua translacōne veti
no habetur / Venter tuus comedet · sed
os tuū comedet · et viscera tua replebun-
Os · n · nr̄m comedet · dum vbum
dom̄i legim9 / Viscera no nr̄a com-
plentur cum intelligim9 atqz serua-
mus ea in quibus legendo laboram9 /
In posteriori aut translacōne · quam et veri-
diorē esse credim9 · scriptum e / Venter
tuus comedet et viscera tua replebun-
in sacro vō eloquio no nunqz venter
pro mente poni consueuit / Unde et per
Jeremiā dr / Ventrem meū · ventrem
meū doleo / Et q' de spitali et no de
corporeo ventre dixerat admixit de-
sus cordis mei cōturbati sunt / Neqz
n · ad salutē ppli ptinebat si pp̄ha
ventre corporeum sic dolere potuerit /
Sed ventre doluit qui mentis afflic-
cōne sensit / Sed cur exemplū pp̄hete
pferrim9 · cū testimoniū dom̄i aptis
haeam9 / et vite e cū p semetipaz in-
tas loquitur / pp̄heta tacerat · quia lu-
cerna claritatem no hēt in sole / Ait
n · Qui credit in me sic dicit scriptura
flumina de ventre eius fluent aque vi-
ue / Flumina n · de mente fidelium sc̄e pre-
dicacōes defluunt quia / de ventre creden-
cium aque viue flumina decurrunt / Ven-
tris aut viscera quid sunt aliud nisi
mentis intima · i · cura interior scilicet desideri-
um humilis ad deum pia ad proximum
voluntas / Unde nunc recte dicit

Omel

Veniet tinea comedet et vestra tua re-
plebuntur. Tinea cum mentis nostre pabu-
lum veritatis accepit mensa nostra non
iam vacua remanent sed alimento
vite saciata. Pensemus fratres karissimi mi-
chi quam sit pia ista promissio quia dicitur
veniet tinea comedet et vestra tua re-
plebuntur. Volumus isto quod ego dico et mul-
ti etenim legunt et absque lectione ie-
iuni sunt. Multi vocem predicationis
audiunt sed post vocem vacui recedunt
Et nota et si vetter comedit viscera
non replentur quia et si mentem intellec-
tum sacii ubi percipiunt obliviscendo
et non servando que audierunt. Hec in
cordis visceribus non reponunt. Hinc est
enim quod propheta aliis quosdam domus
increpat dicens Ponite corda vestra
super vias vestras seminastis multum
et intulistis parum. Comedistis et non
estis saciati. Bibistis et non estis inebri-
ati. Multo cordi sic seminat sed parum
infert qui de mandatis celestibus
vel legendo vel etiam audiendo multa
cognoscit sed negligit operando pau-
ca fructificat. Comedit et non saciatur
qui verba dei audiens lucra vel glo-
riam seculi concupiscit. Bene autem non saciari
dicitur qui aliud mandit et aliud esurit.
Bibit et non inebriatur qui ad vocem
predicationis aurem inclinat sed mentem
non mutat. Solet enim per ebrietatem bibe-
ncium sensus mutari. Qui ergo ad co-
gnoscendum dei verbum devotus est sed
ea que sunt huius seculi adipisci de-
siderat bibit et ebriatus non est. Si
enim ebriatus esset mentem procul dubio
mutasset ut iam terrena non quereret
iam vana et transitoria que amaverat
non amaret. De electis namque per
psalmistam dicitur Inebriabuntur ab ubertate
domus tue quia tanto omnipotentis dei amore
repleti sunt ut mutata mente
sibimetipsis extranei esse videantur imple-
ntes quod scriptum est Qui vult post me
venire abneget semetipsum. Semet-
ipsum abnegat qui mutatus ad meliora

et incipit esse quod non erat et desinit
esse quod erat. Sepe etiam quosdam vidimus
ad vocem predicationis quasi ex conversione
compunctos habitum non animum mu-
tasse. Ita ut religiosa veste se munie-
rent sed ante acta vicia non calca-
rent. Hic stimulis invidie agitari
malicie dolore in proximi lesione
fervescere. De ostensis quibusdam
bonis ante humanos oculos subi-
re presentis mundi lucra inhianter
querere et de solo exterius habitu que
sumpserunt sanctitatis fiducia se-
curi. Quid aliud dicendum est
nisi hoc quod magister egregius quibus-
dam legis exteriora servantibus loqui-
tur dicens Neque in christo ihesu neque
circumcisio aliquid valet neque preputium
sed nova creatura. Non enim magni
est meriti si quid foris agatur in
corpore sed magno opere pensandum
est quid agatur in mente. Nam
presentem mundum despicere transitoria
non amare mentem medullitus
in humilitate deo et proximo ster-
nere contra illatas contumelias pa-
cientiam servare et custodita paciencia
dolorem malicie a corde repellere
egenis propria vel tribuere largiri
aliena minime ambire amicum
in deo diligere propter deum et eos
qui inimici sunt amare de afflic-
tione proximi lugere de morte
eius qui inimicus est non exultare
Hec est nova creatura quam ipse
magister gentium apud alios di-
scipulos vigilanti oculo requirit
dicens Si qua igitur in christo no-
va creatura vetera transierunt ecce
facta sunt nova. Ad vetera quippe
hominem pertinet presentem mundum
querere transitoria ex concupiscentia amare
mentem in superbia erigere pacientiam
non habere ex dolore malicie de pro-
ximi lesione cogitare propria indigentibus

non dare atque ad multiplicandum aliena querere, nullum penitus exceptum diligere, inimicitias inimicis reddere, de afflictione proximi gaudere. Cuncta hec vetusti sunt hominis que vix de tradice trahimus corrupcionis. Sed qui iam ista exsuperat et ad precepta divina mentem in benignitate convertat, de hoc recte dicitur: quia vetera transierunt, ecce facta sunt nova. Tunc ergo in nostris mentibus nova sunt, cum a nobis vetusti hominis vicia transeunt. Quando sacri verbi preceptum venter comedit et viscera medullitus replet. Sepe enim quosdam vidimus tota se mente ad sancte lectionis studium contulisse atque inter verba divina recognoscentes iniquitates dereliquerint semetipsos in lacrimis mactare merore continuo affici in illis huius mundi prosperitatibus delectari ita ut eis vita presens oneri et lux ipsa fastidio fiet. Vix ad loquendum quemquam admittere atque rigorem discipline cum difficile relaxare, pavore conditoris luctu solummodo et pleniter gaudere. Horum venter sacri voluminis comedit et viscera repleta sunt, quia precepta vite que sensus capere potuit memoria non amisit. Sed hec collecta in deo animus lugendo semper et recolendo servavit. Et fit plerumque ut tales quique ex dono celestis gratie etiam verbum doctrine percipiant atque de veritatis pabulo quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant et proximos suaviter pascant. De quorum profecto ore predicatio tamen audientibus dulcis est, quando eorum actio contraria suis predicationibus non est, quia de ipsa vita sumunt quod per linguam proximis offerunt. Unde recte hic quoque propheta subiungit: Et comedi illud et factum est in ore meo sicut mel dulce. Liber qui viscera replevit dulcis in ore sicut mel factus, quia ipsi de omnipotente domino sciunt suavius loqui qui hunc didicit in cordis sui visceribus veraciter amare. In eius quippe ore scriptura sacra dulcis est, cuius vite viscera mandatis illius replentur. Quia ei suavis est ad loquendum, cum intus impressa ad vivendum fuerit. Nam sermo doctrinis dulcedinem non habet, quem vita reproba intus conscientiam remordet. Unde necesse est ut qui verbum dei loquitur prius studeat qualiter vivat, ut postea ex vita colligat que et qualiter dicat ad predicandum. Namque plus conscientia sancti amoris edificat quam exercitatio sermonis, quia amando celestia intra semetipsum predicator legit quomodo persuadeat ut despici debeat terrena. Cum enim vitam suam intus pensat et exemplo suo foris admonendo alios edificat, quod in corde lingue calamum intinxit in eo quod manum verbi proximis exterius scribit. Unde admirabilis predicator cum multa discipulis exhortando dixit, Cetera nullam intra semetipsum de conscientia quietate protulit seriusque admixit: Si qua virtus, si qua laus discipline, hec cogitare que et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me. Hec agite et deus pacis erit vobiscum. Sequitur: Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israel et loqueris verba mea ad eos. In eo quod dominus prophete dicit loqueris verba mea ad eos, quandam quasi eius ori frenum moderaminis imponit, ne quid preter intus non audierit foris dicere presumat. Illa prophete falsi sua et non dei verba loquebantur, de quibus scriptum est: Nolite audire verba prophetarum qui prophetant nobis et decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Et rursum: Non loquebar ad eos et ipsi prophetabant. Quia ex re quoque colligendum est

Sacra scriptura

qua et quisquis expositor in expla
natione sacri eloquii / ut fortasse au
ditoribus placeat aliquid inueniendo com
ponit sua et non dei verba loquitur
Si tamen placendi uel seducendi studio
inficiatur. Nam si in verbis diuinis v
tutem requirens ipse aliud quam is per quem
prolata sunt senserit etiam si sub intellectu
alio edificationem caritatis requirat
domini sunt verba que narrat. quia ad hoc
solum deus loquitur ut nos ad sui
et proximi amorem trahat / Sequitur
Non enim ad populum profundi sermonis
et ignote lingue tu mitteris ad domum
israel. neque ad populos multos profundi ser
monis et ignote lingue quorum non possis
audire sermones. et si ad illos mitteris
ipsi audirent te / Domus autem israhel
nolunt audire te quia nolunt audire
me. / In ipso visionis exordio quo propheta
ad predicandum mittitur apte et vocatio
gentium et israhelitarum repulsio de
signatur. Nam cum dicitur non ad populos
multos profundi sermonis et ignote
lingue mitteris quorum non possis audi
re sermones atque statim / subditur et si
ad illos mitteris ipsi audirent te / apte
declaratur obediencia gentium que quique predi
catorum voces cepit sine tarditate secu
turi Et cum subditur / Domus autem
israel noluerunt audire te / quia nolunt
audire me. Iudee duritia designatur
que verba predicatorum et cognouit et sequi
noluit. Ignota autem lingua gentium
ad obediendum mora non fecit quamvis ex
nea ab eloquio fuit. bene autem dicitur
nolunt audire te quia nolunt audire
me. secundum hoc quod scriptum est Qui vos
spernit me spernit / Causa quoque cur
non audiat subinfertur cum dicitur / Omnis
quippe domus israel attrita fronte est
et duro corde / Cum domus israel attri
ta fronte esse perhibetur / quid aliud
sentiendum quam nec cogitandum est nisi quod fron
te cordis in impudicitia atterit culpa
frequens / ut quo crebrius committitur
eo de illa committentis animus minus

verecundetur. atque ideo ad tantam cordis
duritiam quisque peccator peruenit ut iam
in corruptione sensibilis non sit. Tanquam
quem usu peccandi indurauit nullo modo
corripientis verbum id est manum pal
pantis sentit. sic inde quoque crebro
delinquenti dicitur / frons mulieris meretricis
facta est tibi noluisti erubescere. vel certe
attrita frons est in huius mundi actibus
assueta. quia sicut sunt non nulli qui quie
tem terrenis mundi premiis atque honoribus
preponunt Ita non nulli ut in hoc mundo
aliquid esse videantur terrenis laboribus
insudant insistunt causis permiscentur
iurgiis et quamuis se corpore deficere
non labores sentiant ambire cum terrena
rum rerum desiderii delectabiliter fatigantur
quibus per prophetam dicitur. Effraim vitula
docta diligere trituram. Vitula et
enim in triturara arte assueta etiam si
relaxatur a labore sponte redit. Sic
sunt quibusdam prauis mentibus nichil
est laboriosius quam si eis precipitur
ut in mundi huius actibus non labo
rent. Nam sepe quidam repulsi
ab actione terrena dum precatur ut re
deat rogat ut permaneant quae se ce
risse periculum quietem putant / attrita
ergo fronte sunt qui non solum labo
res non fugiunt Sed neque in portu
videri in laboribus qui sibi negatur
erubescunt / Sequitur Ecce dedi fa
ciem tuam valentiorem faciebus eorum
et frontem tuam duriorem frontibus
eorum / Sicut verecundia laudabilis
est in malo ita reprehensibilis est in
bono. Erubescere enim malum sapientie
est. bonum enim erubescere fatuitatis
Unde scriptum est Confusio adducens
peccatum et est confusio adducens
gloriam Qui enim erubescit penitendo
mala que fecit ad vite libertatem
peruenit Qui vero erubescit bona
facere a statu rectitudinis cadit ad
dampnationem tendit sicut per redemptorem
dicitur Qui me erubuerit et meos sermones

hic filius hominis erubescit cum
venit in maiestate sua et sunt q̄dā
qui bona iam in mente concipiunt
Sed nec dum malis apte ↄdicunt
hii nimirum/ qz boni sunt in mente
sed auctoritate nō hīt in locutōe
apti advitatis defensionem nō sunt/
Ille enim est veritatis defensor vere
qui qđ recte sentit loqui nec metuit
nec erubescit/ Unde mit i mago
numere prophete premittit Ecce dedi
faciem tuam valentiorem faciebꝫ
eorum et frontē tuā duriorē frontibꝫ
eorum/ Cuius ē autē peccator n̄ volnatꝫ
etiā qđ predicator n̄ medicus Si ergo
nō erubescit peccator qui iacet i volu-
tive erubescat medicus qui prīncī-
tamita perdidit salutē/ Sepe vo con-
tingit ut predicator revereat audiat
Non magnū vo apnerꝫ ita despicit
ac si eis nichil utilitatis loqtur
Unde rectē mit dr̄/ vt adamante
et ut silicē dedi faciē tuā/ adamas
et silex utraqz dura · sed unū horꝫ
preciosum ē alterū vile/ adamas ad
ornamentum sumitur · silex abiectis
tibꝫ calcatur et sepe ↄtingit ut hos
quos correptione premere videmꝫ
post ponere et et despectui habere
trepidemꝫ eis verbum predicationis
inferre · Sed si recte sapimꝫ · et ad
eos quibꝫ nos honorari ↄspicimꝫ
et ad eos quibꝫ nos despici videmꝫ
auctoritate exhortationis vel incre-
pationis sumimꝫ · ut nec illorꝫ humi-
litate dearmꝫ erubescere · nec horū
superbiam formidare/ Dicitur ergo dedi
faciem tuā ut adamantem · id ē si
ab auditoribꝫ honoraris/ dedi faciē
tuā ut silicē · si ab auditoribꝫ ↄcul-
caris atqz despiceris/ ut nec pilla-
tum honore resiciet lingua
ex verecundia/ nec per despectū taceat
ex infirmitate/ Sequitur/ Ne timeas
eos neqz et metuas a facie eorum
quia domꝫ exasperans ē/ hoc ia
supius dictum est Sed notandū
quam aspera domꝫ dicitur · tamꝫ

sapientes ... quia ... audi ... videntes ... aliq ... dicit/ ita ... vero ... ut ... in ... semper ...

Nota

asperitas tam crebro replicatur Inter-
pandus itaqz peccator est · et magꝫ timendꝫ
quia domꝫ exasperans ē Timeri enim
homo debuerat Si ipse auctorē omnium
ut homo timuisset Nam qui ratiō-
sensum ad timorē dei nō habuit
tanto in nullo timendus ē quāto hoc
qđ esse debuit nō ē/ Sequitur et dixit
ad me fili hominis omnes sermones me-
os quos loquor ad te assume i corde
tuo et auribꝫ tuis audi et vade ingre-
dere ad transmigrationem filiorum populi tui/
vigilanter intuendū est · qđ voce domini
ad prophetam dr̄ · ut prius sermones
eiꝫ audiat · et post modum loquatur
Audimꝫ enim verba dei si facimꝫ Et
tunc ea proximis recte loquimur cum
prius ipsi facimꝫ Cuius bene marcus
evangelista confirmat · cū scđm dum
miraculum narrat dicens adducunt
ei surdum et mutū et deprecabantur
eum ut imponat illi manum Cuiꝫ
ordine curationis insinuat subdens
Misit digitos suos in auriculas
expuens qz tetigit linguam eius et
suspiciens in celum ingemuit et ait
illi/ Effeta qđ ē adaperire/ et stati
apte sunt aures eius et solutum
ē vinculum lingwe eiꝫ et loquebatur
recte Quid ē n̄ · qđ creator omnium deꝫ
cum surdum et mutū sanare voluis-
set in aures illiꝫ suos digitos
misit et expuens linguam eiꝫ tetigit
Quid per digitos redemptoris nisi
dona sancti spiritus designantur Unde
cum in loco alio eiecisset demoni-
sui perturbationibus occupata Quando
enim vera lingua plus satagit tanto
in hijs que sunt celestia minus videt
pro eo q eius sensus ex se ducitur et
valde nrq minor est quia sicut scriptu
est Deprimit terrena inhabitatio se
sum multa cogitante Que enim prim
ora penetrare eciam collecta no sufficit
(sufficiat) sufficit pensate q agere potest
diuisa Omnis amnis quia et flu
uius qui in multis riuis diuiditur
a suo aluco siccatur Sed tu mens hec
ad e superna genita et si mentem mea
cogitacionum mearum pondera deprimunt
uxorum hanc penne desideriorum eleuat
obscuru quide valde e opus q aggre
dimur Sed ponatis animo quia noc
turnum iter agimus restat ergo ut
hoc palpando carpamus

In vicesimo et quinto anno transmigra
cionis nre in exordio anni decima
mensis quarto decimo anno postquam
percussa e ciuitas ipsa hec dic facta est
super me manus dni et ad
duxit me illuc Dicturus mistica
narracionis hystorica pmittit ut si
gnat ex tempore q creditur in reue
latione Notandu vero q in exordio li
bri huius quo anno prophetare cepit
indicauit In fine vero inseruit qo
extrema visione vidit ita
ut cognosci valeat in quod annis
prophetie sue librum duxit Tempus
namque quo propheta recepit i locucionis
sue initio posuit dicens Apti sunt
celi et vidi visiones dni in quinta
mensis ipse e annus quintus transmigra
cionis regis ioachim Nunc vero
loquitur dicens In vicesimo et quinto
anno transmigracionis nre tempore

namque ppha in captiuitate prima cum
ioachim rege fuerat in babilonia trans
ductus. Nam de secunda ierosolimorum
captiuitate subiungit Quarto decimo
anno postquam percussa est ciuitas. Vn
decimo quippe anno sedechias post cap
tiuitatem primam in qua ppha eze
chiel cum ioachim rege ductus est in ie
rosolimorum urbe regnauerat. post cap
tiuitatem vero eiusdem sedechie que iam sedi
secunda erat urbis captiuitas quarto de
cimo anno ppha visionem ultimam
uidebat. Vndecim itaque et in quatuor
decim simul ~~iuncta~~ iuncta faciunt viginti
et quinque. Si ergo visione prima quinto
captiuitatis prioris anno locutus
est atque hanc ultimam vicesimo et quinto
anno factam fuisse describit profecto pa
tet quod in viginti annis locutionis
sue morus usque ad ultimam eius visio
nis verba tetendit. Nec moueat quem
piam debet quod in medio prophetie sue re
latione cum de babilonico rege loqueretur
vicesimi ac septimi anni meminit
facit quo in loco enim nichil de tempore
sue captiuitatis inserit apte demon
stratur. quia eius regis tempora describit
de quo [illegible] attexat. Sed nos ait
In exordio anni decimi mensis tempore
simpliciter exprimit. ut exposuimus quoque
quod tempore in corda audientium iuxta
litteram verbi caduce signat ex qua
spirituales fructus post modum proferat
Notandum vero quod ait. quarto decimo
anno postquam percussa est ciuitas ipsa
hac die Quando est enim quod per hanc
visionem ultimam omnipotens deus cum ipsa
die dignatus est promissionis sue ma
gna fa[cta] qua die percussa est ciuitate
iram [illegible] iusticie impleuit. nisi quod illa
diuinitas que in diuersitatis ~~mo~~
motu et mutabilitate non deutitur
ea ipsa luce iusticie afflictos ac pe
nitentes viuificat. qua superbientes
ac rigidos percutit Primus itaque
visionis sue tempore subiungit

xviii

Facta est super me manus domini et
adduxit me illuc in visionibus dei
adduxit me in terram israhel. et dimi
sit me super montem excelsum nimis
super quem erat quasi edificium ciuitatis ver
gentis ad austrum. Cuius videlicet
ciuitatis edificium accipi iuxta litteram
nullatenus potest. Nam paulo post
subdit hoc ipsum edificium talamo
sex cubitorum ~~[illegible]~~ et palmo. porta
vero eiusdem edificii quatuor decim
cubitis mensurata. Cuius porte fron
tes esse perhibet sexaginta cubitorum.
Que cuncta stare iuxta litteram nulla
tenus valent. Quomodo enim totum sit
edificium talamo id est sex cubitis et pal
mo mensuratur. et porte edificii quatuor
decim cubitis. frontes vero porta
rum in sexaginta cubitis extendun
tur. porta in ciuitate est. frontes vero in
portis est et nulla interpretatione permittit
quia minus est hoc quod continet ab eo quod conti
netur. In scriptura autem sacra et ea que
accipi secundum historiam possunt plerumque
spiritualiter intelligenda sunt. ut et fides
[illegible] in veritate historie et spiritualis
intelligentia capiatur de misteriis
allegorie. Sed illud quoque nouimus
quod psalmista ait Quoniam videbo celos
tuos opera digitorum tuorum lunam et
stellas quas tu fundasti. Sed cum
in exteriore descriptione constat firmamentum
quia et celi opera dei sunt. sed et luna
ac stelle ab eo creatae atque fundate
sunt. Quod si hoc psalmista iuxta
sola exteriora opera et non etiam secundum
intellectum misticum asserit. cum celos
opera dei esse professus est. dicturus lunam
et stellas. cur non etiam solem qui scilicet
quia eius opus est. preterit enarrare Si enim
iuxta solam litteram loqueretur dicturus
lunare minus prius lunare maius
dicere debuit ut ante solem et post
lunam atque stellas fundatas esse perhi
beret. Quod quia iuxta intellectum misti
cum loquebatur. ut lunam scilicet et etiam
et stellas quas sanctos accipere debemus

solem nominare noluit. quia videlicet ipsi eterno soli loquebatur. De quo scriptum est. Vobis autem qui timetis deum. orietur sol iustitie. De quo scriptum est in fine dictum sunt. sol iustitie non ortus est nobis. Dicendo ergo lunam et stellas quas tu fundasti. Et tu tacendo solem qui factus est inductamit. Quia illi soli locutus est. qui non solum solem et lunam atque stellas corporales. Sed etiam lunam ecclesiam atque stellas sanctos omnes spirituales fecit. Si ergo tu aliquando de eo historie apta ratione ducimur ad intellectum allegorie. quanto magis illa spiritualiter accipienda sunt. In quibus iuxta rationem littere historicum nichil sonat. Facta est super me manus domini et adduxit me illuc in visionibus dei. Manus enim virtute divinitatis. visiones vero ipsam quam accepit revelationem significant. Manus quippe in visione est verus in contemplatione. Dixit nobis quid aptius indicat nisi quia vel de civitate quam videat iuxta litteram dicat. Nam spiritualia de ea loquitur. quam spiritualiter contemplatur. Et dimisit me super montem excelsum nimis. Quid ergo significat mons excelsus nimis. nisi mediatorem dei et hominum. hominem ihesum christum. Qui de terra quidem sed ultra terram est. quia eadem eiusdem redemptoris nostri ~~deitas~~ humanitas licet matrem. Sed in summis preminet ex potestate. Qui enim mons erat. ut excelsum diceretur. nisi adderet nimis. Quia non solum homo. Sed eiusdem humanitatis conceptione que a deo assumpta est. deus homo non solum homines ultra homines. sed etiam hos super angelos factus est. Scriptum enim de illo per ysayam dicitur. In die illo erit fructus terre sublimis. Creator etenim noster. quia pro nobis incarnatus est fructus terre factus est nobis. Sed iam fructus terre sublimis est. quia homo natus in terra super angelos regnat in celo. Quia iuxta dictum et pauli vocem

De x° mediatore

omnia subiecit sub pedibus eius. In eo enim quod illi subicit omnia nichil dimisit. Non subiectum ei. Mons ergo iste iste est et excelsus et nimis. quia et si de terra est per substantiam humanitatis in comparabilis incomprehensibilis tamen est ex altitudine divinitatis. Hinc est enim quod eiusdem domini cum ysaias per prophetiam spiritum in carne ex venturum per prophetie spiritum sublevatus ait. et erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium. Domus enim domini israheliticus populus fuit. Mons itaque domus in domini appellatus est. qui ex israhelitico populo incarnari dignatus est. Fuerunt autem in eodem populo sancti viri qui montes iure vocantur. quia preminente mentium ad celestia permanent. Sed incarnatus unigenitus istis montibus equalis non fuit. quia vita humanitatis omni ex sua divinitate transcendit. Unde et iste mons super verticem montium dicitur. quia excelsus ex divinitate sua in vertice est etiam super cacumina sanctorum. Ut hi qui intelligentia in deo perficerent eius vestigia vix potuisse tangere ex vertice cogitationis. Quem ergo illic mons super verticem dicitur montium. ipse hic est excelsus nimis exhibetur. Sequitur. Super quem erat quasi edificium civitatis vergentis ad austrum. Notandum quod non dicit. Super quem erat edificium. Sed quasi edificium. ut vero ostenderetur. quod non corporalis. sed spiritualis civitatis edificatio cuncta dicerentur. Quia enim non se edificium. Sed quasi edificium vidisse perhibet cor audientium ad spiritualem fabricam mittit. sic per premissa dicitur. Iherusalem que edificatur ut civitas. Quia etenim illa in eterne pacis visio ex sanctorum civium congregatione consistit. intelligitur iherusalem celestis ut civitas

De lapide

xviii

edificatur. Nunc tamen in hac per-
egrinationis terra, dum flagellis
percutitur, tribulationibus tunditur, eius
lapides cotidie quadrantur. Et ipsa
est civitas scilicet sancta ecclesia, que regna-
tura in celo adhuc laborat in terra.
Cuius civibus petrus dicit: Et
vos tamquam lapides vivi super edi-
ficamini. Et paulus ait: Dei agri-
cultura, dei edificatio estis. Huic
videlicet civitati hic erit in sanctorum
moribus magnum iam edificium surgere.
In edificio quippe lapis lapidem
portat, quia lapis super lapidem
ponitur, et qui portat alterum
portatur. Sic itaque in sancta ecclesia
unusquisque et alium portat et
portatur ab alio. Nam vicissim
se proximi tolerant ut per eos edi-
ficium caritatis surgat. Hinc pa-
ulus eam admonet dicens: Invicem
onera vestra portate et sic adim-
plebitis legem christi. Cuius legis
virtutem denuntians ait: Plenitu-
do legis est caritas. Si enim vos por-
tare neglego in moribus vestris
et vos tolerare me contempnitis
in moribus meis, caritatis in nobis
edificium unde surget, quos vi-
caria dilectio per patientiam non con-
iungit? In edificio ut predixi, primus
lapis qui portat portatur. Sicut
sic ego iam eorum mores tolero, qui
adhuc in conversatione boni operis
rudes sunt, Ita ego quoque ab illis
toleratus sum. Qui me in timore
domini precesserunt et portaverunt
ut portatus portare didicissem.
Sed ipsi quoque a quibus sumus
portati sunt. Lapides vero qui
in summitate atque extremitate fa-
brice ponuntur, ipsi quidem

portantur ab aliis, sed alios nequaquam
quos portant, quia et hi qui in fine
ecclesie, id est in extremitate mundi na-
scituri sunt, tolerantur quidem a prio-
ribus, ut eorum mores ad bona
merita componantur, sed tamen eos non sentiunt
qui pro illis patiantur. Nullos post
se fideles fabrice iam lapides por-
tant. Sunt itaque portantes a nobis,
nos vero portati sumus ab aliis.
Omne autem pondus fabrice fundamen-
tum portat, quia mores omnium ele-
ctorum solus redemptor noster tolerat.
De quo paulus ait: Fundamentum
autem aliud nemo potest ponere preter
id quod positum est, quod est christus ihesus.
Portat fundamentum lapides, atque
et a lapidibus non portatur, quia redemp-
tor noster omnia nostra tolerat, sed in
eo nullum non fuit quod tolerari de-
buisset. Unde bene nunc dicitur:
Dimisit me super montem excelsum
nimis, super quem erat quasi edificium ci-
vitatis. Quia mores et culpas ve-
stras ille solus sustinet, qui totam
sancte ecclesie sue fabricam portat.
Qui per prophete vocem de peccatoribus conque-
rentibus dicit: Laboravi sustinens.
Non autem sustinendo deus laborat.
Cuius divinitatis potentia nulla
fatigatio contingit, sed verbis huma-
nis loquens ipsam suam circa nos pa-
tientiam laborem vocat. Et notandum
quod eandem civitatem quam propheta conspe-
xit ad austrum vergentem vidit.
Auster enim ventus quia in sancti spiritus
typo poni solet, hi qui in sacro
eloquio studiosi sunt recognoscunt.
Frigus enim per aquilonem sepe diabolus
designatur, quia et in celis relaxat
in calore et hic restringit in frigore.
Et veritas dicit: Habundabit

De Austro

iniquitas et refrigescet caritas
multorum. Propheta quoque de iudea
asserit dicens: sicut frigidam facit
cisterna aquam sic frigidam fecit ma
litiam suam. Hinc enim dyabolus propheta
rum attestante dixisse perhibetur:
Sedebo in monte testamenti in lateribus
aquilonis. Et quia torporem mentis
sancti spiritus gratia relaxat, hinc psal
mista ait: Converte domine captivi
tatem nostram sicut torrens in austro.
Captivitas enim nostra que torporis
frigore ad sequendum deum pigra re
manserat per calorem sancti spiritus rela
xatur ut currat in amorem dei. Vn(?)
et nunc dicitur quia civitas que in monte
constituta est ad austrum vergit, quia
electorum ecclesia cogitationes suas
in afflatu spiritus sancti aperit atque
ab omni sorde sine vitio(?) recedens
in deo tantum ardet(?) amoris calorem
concipit ut nichil ei dulce(?) nisi eius
que sub miti(?) dilectione celesti
eius afflatu semper nimium repleri.
Quam et valido amore succensus contem
plator dicebat: Anima mea exulta
bit in domino et delectabitur
in super salutari eius. Iesus enim
latine salvator. Ipse hebraice
est ihesus dicitur. Propheta igitur quia
vias eius atque immaculati(?) redemp
tionis quoque nostre misterium(?) per prophetie
spiritum contemplabatur exultare se in
domino et delectari super ihesum per
hibuit, quia unde gaudium in
mente concipiat unde per amorem
fortius pendeatur(?). Itaque si mens
spiritualis prius in illo delectatur
Sed qui necdum venerat. Sed
providebatur. Cuius reatus sit eius
vias, eius exempla, eius monita

postquam venit et redemptionem exhi
buit nos amare. Hec ergo civitas
ad austrum vergere dicitur. At si apte
diceretur: Quia prior illa civitas scilicet
synagoga in infidelibus suis ad aqui
lonem stetit, que in frigore perfidie
duravit. Sancta ergo ecclesia que fidei
caritatem concepit per calorem ad austrum
vergit et quasi calido vento in mentibus
quia non in sui fiducia sed in dono
spiritualis gratie letatur. Sequitur: Et intro
duxit me illuc. Celestis civitatis edi
ficium id est imitatur qui in sancta ecclesia
bonorum vias imitando considerat. Intra
quippe est edificium secundum montem electis
sancte ecclesie qui ille in divinis proficiat ama
do considerare. Iste enim qui vitam coniugio
ligatam ducit propriis rebus contentus est
aliena non diripit, de suo quantum prevalet
indigentibus largitur, peccata sine quibus
cotidiana vita agi nequit(?) duci non
potest flere non negligit, pro eo enim quod ipsa
familiaris cura eum conturbat sese
ad lacrimas excitat. Ille vero iam cuncta
que sunt mundi deserit nil eius
habere appetit solius contemplationis exerci
tatione pascitur spe premiorum celestium
cum latius letatur. Extendit ipsa
et que habere concessa sunt cotidianum cum
domino habere secretum querit. Nulla eius
animum presentibus mundi cura perturbat
in(?) semper in expectatione cele
stium gaudiorum dilatat. Alius nec
iam huius mundi cuncta deserit
eius quod mens in contemplatione celestium
sublevatur. Sed tamen pro edificatione
multorum locum regiminis tenens quod
rebus presentibus ex desiderio non suc
cumbit ad eas aliorum propter proximorum
compassionem reflectitur ut ex caritate
indigentibus misceatur verbum vite au
ditoribus predicat, alia(?) bonis simul et cor
poribus necessaria ministrat. Et qui propter se
ad celeste desiderium iam per contemplationem
evolat ad hunc tamen profectu et utili
tate proximorum in rebus temporalibus

laborat l Cuiusq̄ ergo in scā eccīa gsi-
derare sollicite studet ut aut i bo-
norū ginigator vita aut in arte co-
tinẽcium et omīa que sūt huius mūdi
derelinq̄ntium a' eciā in p̄dicator simi-
litate qual' pficiat iā cuuitatis in
mõte posite edificiū intrrit Nā qui
gsiderare melior vitā ut pficiat ne-
gligit ad h' extra sabtam stat et si
honorẽ que iā scā eccīa in mūdo
hẽt. amirat' q' edificiū foris gspiciat
et obstupescit Et quia exterioribꝫ solū
intentꝰ ē intus ingressꝰ nō ē l Seq̄t
Et ecce vir cuiꝰ ciat spēs q̄' spēs
eris / Ipẽ signat' in viro qui fi-
guratur in mõte, Vir aut iste me-
tiri edificiū dicit' Ipse dominꝰ et re dns
p̄uriū signat' et monte q̄ et ipẽ
omīa intra scām eccīaꝫ meditādo di-
sponit. et ipẽ eādē scām eccīaꝫ portat
et portando ad celestia sublevat Sic
in scō quoq̄ euāgelio ipsẽ redemp-
tor ut loq̄nt' dicens Ego sum ostium
postū pastor ē oviū. et paulo post
Ego sū ostiū. atq̄ iterū p⁹ pauca
subiungit Ego sum pastor bonus
Si igit' ipẽ pastor et ipẽ ostiū. et
intrat pastor per ostiū Cur non
hoc in loco. et ipẽ mons et ipẽ vir
intelligitur qui edificiū metiturꝰ
in monte Sed quenuꝫ nobis est. tūc
de hoc viro dicit' cuiꝰ spēs erat
eris Cuncti at nouimꝰ q' es me-
tallum eis valde ẽe durabile
atq̄ oīm m' sonoꝝ Quid ē ergo
q̄ aspectꝰ mediatoris, di et homi
speciei gparatur eris. nisi hoc q̄ apte
nouimꝰ q̄ unigenitꝰ filius sociaꝫ
sibi accipiens fragilitate carnis
humane p̄ resurrectõis sue gloriaꝫ
vertit in eternitate. q̄ in eo eā scā ē
iam sine fine durabilis ē Nam
surgens amortuis iā nō moritur
et mors illi ultra nō dominabit'
Quid ē aut q̄ ipa eiꝰ incarnatio
sonoro metallo et ad loco gpat'

nisi q̄ p̄ eandē assumptõm humanitat̄
nt i sonuit oībꝫ glā maiestatis
sue et q̄' aspectū eris hẽt in corpore
q̄ deꝰ mūdo i notuit ex carne Vn̄
et prophanem dr̄. hẽbat i vestimito
et in femore suo scriptū rex regum
et dominꝰ dominantiū Qꝫ eni ve-
stimētū eiꝰ. nisi corpꝰ q̄ assumpsit
ex virgine / Nec tamen aliud vestimētū
eiꝰ ē. atq̄ a'd ipẽ Nā nisi q̄ vesti-
mētū caro. dr̄ Sed tamē ipi nos
sumꝰ caro qua vestim'. hoc at ve-
stimētū illiꝰ. longe an̄ ysaias aspi-
ciens. p̄ cruce passionis sāguine
cruentum dixit Quare rubrū ē in-
dumentum tuū et vestimētū tuum
q̄' calcātiū in torculari tui ipse
rndit Torcular calcaui solꝰ et de
gentibꝫ nō ē. vir mecū Solꝰ enī
torcular in quo calcatꝰ ē calcauit
q̄ sua potēcia eā qui ptulit passioꝫ
vicit. Nā qui usq̄ ad morte crucis
passꝰ ē. de morte cū glā surrexit
bene aut dr̄ et de gentibꝫ nō ē vir
mecū Qꝫ hi p̄ quibꝫ pati venerat
passionis eiꝰ ẽe p̄ticipes dcant
Qꝫ in' p̄ eo q̄ illo tempore nec dum
~~crediderat~~ crediderant. De ipis in pas-
sione sequitur. quoꝝ vita illa pas-
sione queba' Per ferri vō p̄pa-
ratio carnis ē. q̄ genꝰ propagacõe ge-
neris humani. sic generatiõm ordines
Matheꝰ vel lucā narratibꝫ descri-
bunt' In hoc mūdo venit ex vir-
gine et p̄ incarnatõms. sue misterio
q̄ rex celi. et dominꝰ cunctis ubiq̄
gentibꝫ l dicauit In vestimito et fe-
more scriptum hẽt. rex regū et
dominꝰ dñancium Vn̄ eni in mūdo
innotuit ibi de se lectoribꝫ scīam in-
fixit Per dictatū ergo eiꝰ ex carne q̄'
quidā sonitꝰ ex ere ē. dicat' ergo ipẽ
cuiꝰ spēs q' spēs eris l Sequitur
Et funiculꝰ lineus in manu eiꝰ /
in septuaginta i' ṗtetibꝫ funiculꝰ
lineꝰ nō hẽtur Sed funiclꝰ cemitarioꝝ

hoc agi solet. Quorum si in hoc verbum translationis ad exponendum tenemus, quid aliud cementarios quam sanctos doctores accipimus, qui loquendo spiritualia ad celeste edificium vivos lapides, id est electorum animas, componunt. Quilibet enim antiqui patres, quilibet prophete, quilibet apostoli, quilibet apostolorum successores locuti sunt, quid aliud sunt quam compositio lapidum in hac que cotidie construitur fabrica sanctorum. In funiculo autem cementariorum hoc agi solet, ut cognosci equalitas vel rectitudo surgentis parietis debeat. Et si lapis intus est foras excitatur; si exterius prominet interius revocatur. Et certe quotidie agit predicatio doctorum, ut unaqueque anima cui regiminis onera suscipere fortasse non expedit, etiam si foris apparere appetat, intus revocetur; et rursum que latere vult et sine sui tamen cura gerere, si sibi ac multis esse utilis potest, etiam cum latere desiderat, exterius predicatione ut appareat. Sicque fit ut sanctorum lapidum ordo teneatur, dum sepe et volens ad honorem venire repellitur, et honorem fugiens in sacris ordinibus arte sublevatur. Sed quia sicut prius premisimus, dicitur iuxta Hebreorum hystoria non habet cementariorum, sed funiculus lineus in manu eius, hoc quod apud nos dicitur exponere debemus. Scimus autem quod funiculus lineus subtilior est quam si funiculi fiant aliunde. Et quid in funiculo lineo nisi subtiliorem predicationem vel spiritualem debemus accipere? Censura etenim legis funiculus fuit, sed lineus non fuit, quia rudi populo non subtili predicatione coheruit, neque per primam non peccata cogitationis sed operis resecat. Ut pro quam per semetipsum dominus etiam cogitationes hominum predicando relaxavit, et peccatum esse peccatum etiam in corde innotuit, funiculum lineum in manu tenuit. Ait enim: Audistis quia dictum est antiquis: Non mechaberis. Ego autem dico vobis: Quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Funiculus ergo lineus est predicatio

subtilis, que mentem audientis ligat, ne se vel in immundam cogitationem dissolvat. Et notandum quod dicitur quia ei funiculus in manu est, id est predicatio in operatione. In se enim ostendit omne quod docuit. Sicut scriptum est: Que cepit Ihesus facere et docere. Et quia ipse que dixit etiam scripture tradidit, ut ad posteros mandaret, recte subiungitur: Et calamus mensure in manu eius. De sancta etiam per prophetam alium dominus pollicetur dicens: Orietur in ea virorum calami et iunci. Et in loco alio exposuisse me memini, ut per calamum scriptores, per iuncum vero decalibus auditores intelligi. Quia ad humorem aque et iuncus et calamus nasci solet, quia ex una eademque aqua utrique proficiunt. Et calamus quidem est ad scribendum, ad sentiendum iunco vero scribi non potest. Sed in iunco et calamo accipere debemus nisi quod una est doctrina veritatis que multos auditores irrigat. Sed irrigati alii ad hoc usque in verbo dei proficiunt ut etiam scriptores fiant vel tamquam calami. Alii vero verbum vite audiunt et bone spei et rectorum operum viriditate tenent, sed tamen ad scribendum proficere nullatenus possunt. Hi in aqua dei iunci quidam, ut ita dicam, virent. Et qui gaudent in ea dicendo proficiunt, sed litteris exprimere nequaquam possunt. Redemptor igitur noster, quia verba que dixit etiam per doctorum studium scribi largitus est, in manu calamum tenuit, qui calamus mensure dicitur, quia ipsa doctorum studia sub quadam occulti iudicii dispensatione retinentur, ut et aliis legentibus prodesse non possint. Unde sancti apostoli cum magistrum veritatis sibi proficiunt et aliis legentibus loquerentur, aptius requirerent cur turbis in parabolis loqueretur, audierunt: Quia vobis datum est nosse

~~prodesse~~

prosint et aliis legentibus

regni dei inistrui. illis autem non
certe calamus mensure est. qui in ipso
sacro eius eloquio. quod nobis scriptum
est. occultas esse dispensationes agno-
scimus. Nam per incomprehensibile eius
iudicium et alter in mensura electorum
mittitur. et alter foris relinquitur
ut nullo modo ad electorum numerum
pertingere mereatur. habet ergo funiculum. habet
in manu calamum mensure. Quia
enim funiculo locum metitur. alibi
funiculum trahit. aliunde retrahit et
huc ducit quem aliunde subduxit. Sic
nimirum. sic redemptor noster in collec-
tione hominum facit. dum alios a suis
iniquitatibus conducit. alios in sua
dignitate derelinquit. Tunc hiis eis quos
colligere dignatus est occulte in suo
funiculum traxit. Et ab hiis quos
relinquendos esse iudicavit. Quid
aliud nisi funiculum retraxit ut
et boni intra mensuram celestis fabri-
ce teneantur. et mali extra fabricam
in quibus bona que existimarentur sunt
quasi sine mensura remaneant. Nunc
funiculum et mensure calamum in manu
sua redemptor noster tenuit. Cum pau-
lum apostolum per apparentem virum mace-
donem admonere dignatus est. ita
ut isdem macedo vir diceret transiens
adiuva nos. et tamen volentes apostolos
ad predicandum ire in asiam. non per-
misit spiritus ihesu. Quid est quod sancti apostoli
et ibi vocantur ire. ubi fortasse pergere
non cogitabant. et illuc ubi desidera-
bant pergere ire prohibentur. Nisi quod
occulti iudicii funiculum et mensure
calamum tenet in manu. ut etiam
inter verba audiant. Et alii intellectus
audire nequeant. Funiculus ergo men-
sure est. quem alio tractus est. aliunde
retractus. Sancto quoque ewangelio teste
didicimus. quod venit quidam dicens magister
sequar te quocumque ieris. Cui respon-
sum est. Vulpes foveas habent et volu-
cres celi nidos. filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet. Dicit

alter quidam dicens. Magister sine me
primus ire et sepelire patrem meum.
Cui dicitur sine mortuos. ut sepeliant
mortuos suos. Tu autem sequere me
et adnuncia regnum dei. Quid est quod hic
permittit se ire et despicitur. Iste do-
mum vult redire et tamen ut sequi de-
beat iubetur. Iste non suscipitur. Iste
nec ad horam monitum ad obsequium
relaxatur. intus ergo occulti iudi-
cii dispensatione funiculus et mensure
calamus ducitur. In quo et iste tra-
hitur. et iste relinquitur. ut celestis
fabrica non sine pio et iusto examine
construatur. Possunt etiam calamus
mensure scriptura sacra per intelligi
quia quisque hanc legit. in ea semet
ipsum metitur. vel quantum in spirituale
proficiat virtutem. vel quantum a bonis que
precepta sunt longe disiunctus remansit.
Quantum iam adsurgat ad bona
facienda. Quantum iam adhuc in
pravis actibus prostratus iaceat. Sequitur
Stabat autem in porta / Quisquis in
porta stat. ex quadam parte intus est.
ex quadam foris. quia alia eius foris
aspicitur. aliud vero intus absconditur.
Redemptor noster itaque incarnatus
pro nobis innotuit. quasi humanos oculos
qui in porta stetit. quia et per huma-
nitatem visibilis apparuit et se se in-
visibilem in divinitate servavit. Hinc
enim iudei qui hunc ex prophetarum promis-
sione sustinuerant per fidem sine confu-
sione turbati sunt. eum quem ad redemptionem
suam venire crediderant mortalem
videbant. Quia igitur in porta stat.
sic supernus dominus est. ex quadam parte
foris. ex quadam vero parte intus videtur.
Unde uetri ipsa iudeorum perfidia fundi-
tus ex virtutis est divisione derelicta.
Nam miracula eius iudei cernebant
ut crederent. Sed rursum passiones
illius per pendentes despiciebant. dum
cernerent quem carne mortalem videbant.
Unde factum est. ut de eius cognitione
dubitarent. Videbant enim esurientem

Calamus mensure scriptura sacra

sitientem comedentem bibentem lasce-
scentem dormientem et purum hominem
esse estimabant. Videbant mortuos susci-
tantem leprosos mundantem cecos illumi-
nantem demonia eicientem et hunc ultra omnes
homines sentiebant. Sed ipsa eius ma-
cula in corde eorum cogitata humanitas
perturbat. Unde sponsa etiam sub sponsi
voce huius apte iam videns desiderans
ait. En ipse stat post parietem nostrum.
Cum enim humanis oculis hoc quod de mortali
natura assumpsit ostendit et in se ipso
invisibilis permansit. Tanto sciendum
querentibus qui post parietem stetit quia
videndum se manifestat et manifeste non
ostendit. Quasi enim post parietem stetit
qui humanitatis naturam quam assumpsit
ostendit et divinitatis naturam humanis
oculis occultavit. Unde et illic sub-
ditur. Respiciens per fenestras prospici-
ens per cancellos. Quisquis enim per
fenestras vel per cancellos respicit, nec
totus videtur. Sic sit nimirum redemp-
tor noster a dubitantium oculos factus
est. Quia miracula faciens si nichil per-
tulisset. ut homo plene esse appa-
ruisset deus. Et rursum humana pati-
ens si nulla fecisset. ut deus purus
putaretur homo sed quia et divina
fecit et humana pertulit quasi per fenestras
vel per cancellos ad homines prospexit.
ut deus et appareret ex miraculis
et lateret ex passionibus. sed tamen esse ultra
homines ex miraculis agnosceretur.
Sed quia vir iste stare in porta dicitur
querendum nobis est utrum facie intus
et ergo extus stetit. Que in re si ca-
que sunt premissa et subiuncta conspicimus
citius qualiter stetit invenimus. Prius
enim dicitur. Erat quasi edificium civitatis vergentis
ad austrum. et introduxit me illuc. et
paulo post de eodem viro subditur
stabat autem in porta. Statim quoque subiungitur.
Et locutus est ad me idem vir. Cum
enim introducto propheta in edificium stans
in porta locutus est profecto constat
quia facie intus et ergo extus stetit

sed introductus propheta cum vir stans
in porta locutus est. procul dubio faciem
ad portam tenebat. Unde verba loquentis
audiebat. Quid est ergo quod vir
intus aspicit prophetam foris. Quid est
quod eiusdem viri faciem ad edificium propheta
vero oculi premit ad portam nisi quod unigenitus
dei filius ideo incarnatus est. ut
nos ad spirituale edificium id est ad sancte
ecclesie fidem introduceret. cuius oculi
edificium suum semper aspiciunt quia
conditum quemque in virtutibus perficiat
unde sine intercessione(?) attendunt. Propheta vero
ad portam respicit. quia qui verba
dei audit semper oculos cordis
ponere ad exitum debet. et sine cessa-
tione meditari. quomodo a presenti vita
exeat atque ad eterna gaudia pergat.
Propter hoc quippe incarnatus est dominus.
ut nos et introduceret ad fidem. et
educeret ad speciem visionis sue. Unde
in sancto evangelio loquitur dicens. per
me si quis introierit salvabitur
et ingredietur et egredietur. et pa-
scua inveniet. Ingredietur utique
ad fidem. Egredietur autem ad speciem.
pascua vero inveniet in eterna sacie-
tate. Hinc est quod psalmista ait Dominus
custodiat introitum tuum et exitum
tuum. Custodit enim dominus unius
cuiusque et introitum quo intrat
ad fidem. exitum quoque quo exit ad speciem.
ut neque intrans ceteris erroribus
subplantetur neque ab hac temporali
ad eternam exiens ab antiquo ho-
ste rapiatur. Propter vero hunc egressum
nostrum quem cotidie debemus in nostra
meditatione redemptor noster paulus
quoque loquitur dicens. Ut sanctificaret
per suum sanguinem populum extra por-
tam passus est. Exeamus igitur ad eum
extra castra inproperium eius portantes
Non enim hic habemus manentem civi-
tatem sed futuram inquirimus.

xvii

Vir itaque qui apparuit in porta
stetit atque ita locutus est, quia media-
tor dei et hominum ihesus christus in ipso quoque
passionis sue tempore precepta vite
discipulis dedit, ut hii qui in eum
crediderunt ad portam semper conspiciant
et passionem eius sollicita consideratione
pensantes a suo quoque exitu cordis oculos
non avertant. Nos quoque cum iam carnis
claustra despicere, mortalitatis nostre
angustias per immortalitatis desiderium
transire, in superne lucis libertatem
tendere, ad celestis patrie gaudia anhe-
lare cepimus, ad portam oculos tene-
mus. Terrena enim a sacramentis
cemitis temporalibus transire ad eternam
cupimus, qui iam presenti vite terga dedi-
mus et cordis faciem in desiderio exitus
nostri tenemus. Receptaculum quippe est corpus
quod corrumpitur et aggravat animam et
deprimit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem. Itaque per contempla-
tionem iam mente extra carnis an-
gustias tendimus, adhuc tamen in spa-
ciamentis que cognoscimus ipsa carna-
li angustia intra portam tenemur.
Sepe namque animus ita in diuina
contemplatione suspenditur, ut iam se
preparare de eterna illa libertate quam
oculus non vidit neque auris audi-
vit, aliquid per quandam ymaginem
letetur. Sed tamen mortalitatis
pondere gravatus ad yma relabitur,
quibusdam pene sue vinculis liga-
tus tenetur. Porte igitur intendit qui
vere libertatis gaudium conspicit iamque exire
concupiscit. Sed adhuc non valet. Hic
est quod hebraicus populus de egyptia
servitute liberatus, cum loqueretur
deo columnam nubis cerneret, unus-
quisque in tabernaculi sui foribus
stabat et adorabat. De quibus pau-
lo superius dicitur: Cumque egrederetur moy-
ses ad tabernaculum, surgebat uni-
versa plebs et stabat unusquisque
in ostio papilionis sui. Ibi etenim
stamus ubi mentis oculos figimus.
Unde helias ait: Vivit dominus in cuius
conspectu sto. Ibi utique stabat, ubi cor
fixerat. Quid est ante oculos populi col-
umnam nubis aspicere et in tabernacu-
lorum foribus stare atque adorare, nisi
quod humana mens cum superiora illa atque
celestia ut cumque in enigmate conspicit,
iam claustra habitationis corporee per
sublevatam cogitationem exit atque illum
humiliter adorat, cuius etsi videre speciem
non valet, iam tamen eius potentiam per
illuminationem spiritus veneratur. Ut cum moy-
ses tabernaculum ingreditur, eius terga
plus aspicit et in papilionum suorum
ostiis consistit, quia cum sanctis quisque
predicator alta de deo loquitur, superne
habitationis iam ut cumque tabernacu-
lum ingreditur. Cuius predicationis
infimi quoque etsi virtutem plene pen-
sare non possunt, tamen velut terga aspiciunt,
quia postrema que prevalent per
intellectum sciunt. Sed in ipsis quo-
que minimis que capere sufficiunt iam
de suis papilionibus quasi exeunt atque
in ostiis stant, quia et habitacula
carnis relinquunt et ad illa eterna
vite gaudia que audiunt progredi
conantur. Hinc est etiam quod elias
cum vocem domini summi loquentis
audiret in spelunce sue ostium stetisse
describitur et faciem velasse, quia
cum per contemplationis gratiam vox super-
ne intelligentie fit in mente, totus
homo iam intra speluncam non
est, quia animum iam carnis cura non
possidet. Sed stat in ostio, quia
mortalitatis angustias exire medita-
tur. Sed iam qui in ostio spelunce
consistit et verba dei in aure cordis
percipit, recte ut faciem velet, quia dum
per supernam gratiam ad altiora intelli-
genda ducimur, quanto subtilius leva-
mur, tanto semper per humilitatem
nos metipsos in intellectu nostro
premere debemus. Nec conemur plus sapere
quam oportet sapere, sed sapere

Dimt

ad sobrietatem. Nec dum nimis invisibilia discutimus aberremus. Nec illa
nam in corporea corporei luminis aliud quam
aurem enim intendere et faciem operire
e vote interioris substantie audire prin
cipem et tu ab omni spe corporea oculos
cordis avertere. neque sibi in illa se corpo
rale animus fingat quam ubique tota
et ubique tota scripta e. Nos itaque fra
tres qui iam redemptoris nostri mor
tem ac resurrectionem atque ad celos
ascensionem gaudia certa didicimus
qui in testimonio divinitatis eius
apparuisse celestes cives novimus ange
los illius civitatis Concupiscamus
regem et desideremus cives quos cogno
vimus atque in hoc sancte ecclesie edificio
stantes oculos in opera teneamus. De
mus ergo mentis limine corruptioni
vite temporalis et attendamus cordis
faciem ad rem celestis patrie libertatem
Sed ecce adhuc multa sunt que nos
tis. Structura vite corruptibilis premunt
Certa ego prorsus exire non possimus
salte in spe nunc mente officio stemus
exitum. quandoque prorsus per gratiam redemp
toris Qui vivit et regnat cum
patre in unitate spiritus sancti. Deus
per omnia secula seculorum Amen
Explicit O. xiii Incipit xiiii O.
Nequiquam me tacita fortasse cogi
tatione reprehendunt quod Ezechiel
prophete tam profunda mysteria a magnis
expositoribus intemptata discutere p
sumo Certa mente id facta agnoscat
Non enim hoc temeritate aggredior. sed
humilitate. Scio enim quod plerumque multa
in sacro eloquio que solus intelligere
non potui coram fratribus meis positus
intellexi Ex quo intellectum et hoc
quoque intelligere studui. ut scirem quo
merito michi intellectus daretur. Pa
tet enim quia hoc michi per illos datur
quibus mihi presentibus datur Ex qua re
largiente deo agitur ut sensus crescat
et elatio decrescat Dum propter vos
disco quod inter vos doceo. quia verum fateor
plerumque nobis cum audio quod dico
Quod ego in hoc propheta minus

mee cecitatis est. Si quid vero intelli
gere apte potuero ex dono miserationis
veneratoris. Sepe autem per omnipotentis
dei gratiam in eius eloquio quedam
intelliguntur melius cum huiusmodi se
cretius legitur atque animus culparum
suarum conscius. Dum recognoscit quod
audierit dolores se iaculo percutit
et compunctionis gladio transfigit ut ni
chil ei nisi flere libeat et fluentis
fletuum peccatorum maculas lavare
Inter que etiam aliquando ad sublimiora
contemplanda rapitur et in eorum desiderio
suavi fletu cruciatur. Dolet sese hic
esse animam ubi adhuc prostrata pro infir
mitate iacet. Adeo illud adhuc
non esse ubi illuminata fortiter ingerebat
etiam mentis oculum ad mortalitatis
tenebras non reducat. Fiunt itaque hic
ardor nascitur in mente. lucet ab oita
exardere Et quia in hereticis in celesti
bus nec dum valet fervore suo in
lacrimis fessa requiescit Sed aliud
est cum de vinis procedit refugitur. a?
tum de edificatione multorum. ea itaque
doctrine sermone largiente domino
conferenda sunt. que vita audientium
mores quoque componit. Nunc ergo quid
sit quod vos ad studium bone operationis edi
ficet in propheta verbis sic contemptius
exsequamur. Fili hominis vide oculis
tuis. et auribus tuis audi ad testimo
nium spiritualium rerum dicitur. Quid
est quod dicitur. vide oculis et addit
tuis. et cum subditur. audi auribus
adiungitur tuis. Sed sciendum quia
oculi atque aures corporis absunt etiam
carnalibus eisque sunt in usu rerum corporalium
que corporaliter videntur Oculi vero atque
aures cordis solum iustorum spiritualium
sunt. que invisibilia per intellectum
videntur. et laudem dei sine sono audi
unt. habebat [illegible] omnipotens dominus aures
querebat cum diceret Qui habet aures
audiendi audiat Cum namque illos
populos esse cunctos possent Qui aures

corporis non habent. Sed dominus dicit: Qui habet aures audiendi audiat. Aperte monstratur quod illas aures quaerebat quas omnes habere non poterant. Dicitur ergo: Fili hominis vide oculis tuis et auribus tuis audi. In priori autem locutionis nostrae parte iam diximus quia propheta quotiens ad videnda spiritalia ducitur, filius hominis appellatur. Sed nec hoc nisi te excessisse breviter replico: quia in hac appellatione memoratur semper quod est ex infirmitate, ne extollatur de contemplationis magnitudine. Et notandum quod divisa sunt ut diceretur: oculis tuis vide, et auribus tuis audi, et tu filius hominis vocaris. Sed per haec verba quid ei aliud aperte dicitur nisi: spiritalia superna aspice, temporalis infirmitatis tuae memorare. Sciendum est etiam quod plerumque qui per altiorem contemplationem rapitur contingit ut amplius in temptatione fatigetur. Sic quibusdam saepe contingere bene proficientibus solet, quorum mentem dum aut compunctio afficit aut contemplatio super semetipsam rapit, statim etiam temptatio sequitur, ne de his ad quae rapta est extollatur. Nam compunctione vel contemplatione ad deum erigitur, sed temptationis suae pondere reverberatur ad semetipsum. Sicque temptatio aggravet ne contemplatio inflet, et id est contemplatio elevat ne temptatio demergat. Si enim sic contemplatio adtolleret ut temptatio funditus deceret, in superbia animus caderet; et si sic temptatio premeret ut contemplatio non elevaret, plene in culpa laberetur. Sed mira dispensatione in quodam medio anima libratur, ut neque in bonis superbiat neque in malis cadat. Unde et per beatum Iob de domino dicitur: Et aquas appendit mensura. Aquas quippe deus in mensura appendit,

est inter prospera et adversa, inter dona et temptationes, inter summa et infima, ut et infima [illegible] sensum in humilitate custodiet. Sic Helias igne de caelo deposcebat, aquas caelo ligaverat, et tamen pavore unius mulieris territus per deserta fugiebat. Apparet fugienti angelus, cibum praebet, quia longum iter restat praedicit, et tamen timorem de corde non excutit, quia in profectu mentis magna erat custodia fortitudinis illa infirmitas timoris. Sequitur: Et pone cor tuum in omnia quae ego ostendam tibi, quia ut ostendatur tibi adductus es huc. Ad initia omnia quae vides domui Israel. Pone cor tuum, ac si dicatur: considera, quia ut ostenderetur tibi adductus es huc. Et ad initia omnia quae vides. Ideo adductus es ut videas, et ideo vides ut annunties, quia quisque spiritalia videndo proficit oportet ut haec loquendo etiam aliis proficiet. Videt quippe ut annunciet, qui in eo quod in se proficeret et iam praedicando de profectu proximi curam gerit. Unde et alibi scriptum est: Qui audit dicat: Veni. Cui enim iam vox vocantis dei efficitur in corde, necesse est ut proximo praedicationis officium erumpat in voce, et id circo alium vocet quia iam ipse vocatus est. Unde sponsa quoque in canticis canticorum loquitur dicens: Quae habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. In hortis enim sancta ecclesia. In hortis virgineque anima habitat quae iam viriditate spei est et bonorum operum caritate repleta. Sicca quippe spes est huius seculi, quia omnia quae hic habentur cum festinatione marcescunt. Et petrus nos apostolus festinanter admonet dicens: Filii hereditatem incorruptibilem et incontaminatam

Nota bene pulchre

et in incorruptibile. Ecce ergo iam
in hortis habitat. Sed ut sponsus
suam vocem suam audire faciat, id est
tantum bone predicationis emittat
In qua ille delectetur que residerat
rat quia amici auscultant, videlicet
omnes electi. Item ut ad celestem
patriam terminaverunt verba inte au-
dire desideraverunt. Sed iam propheta
ea nobis que vidit aperuit. Sequitur
Et ecce murus forinsecus in circuitu
domus undique. Plerumque in sacro
eloquio expectationis sue immi-
nere murus ipse dicitur incarnatus
dominus solet. Sic de sancta ecclesia per
prophetam dicitur: Ponetur in ea murus
et antemurale. Ipse enim nobis
murus est qui nos undique custo-
diendo circuit. et antemurale
ante murum meum prophete omnes fue-
runt qui priusquam dominus appa-
ret in carne ad construendum fidem
prophetando missi sunt. In sancta
ergo ecclesia dominus murus nobis
et prophete eius antemurale sunt
positi, quia ad nos quos ipse pro-
fecerat protegit, etiam prophetarum verba
in fidei constructione venerunt.
Unde et bene prius murus et postea
antemurale ponitur, quia notati
exigentibus nisi prius dominum cogno-
sceremus, prophetarum illius minime dicta
suscepissemus. Et nondum consiste
murus spiritualis edificii ex forin-
secus dicitur. Murus qui admini-
tione quippe edificii construitur
non intus sed extus poni solet.
Quid ergo necessarium fuit ut dice-
tur forinsecus, cum numquam po-
ni murus intrinsecus solet, quia
necesse est ut extus positus ea que
intus sunt defendat. Sed in hoc
verbo quod aperte si diuina incarnatio

designatur. Murus enim nobis
intus est deus, murus vero foris est deus
homo. Unde et per quendam prophetam
dicitur: Existi in salute populi tui
ut salvos facias christos tuos.
Iste etenim murus incarnatus videli-
cet dominus murus nobis non esset
si forinsecus non fuisset, quia intus
nos non protegeret, qui exterius non ap-
paruit. Sed neque hoc negligenter
pretereundum est quod iste murus
positus dicitur in circuitu domus undi-
que. Dominus quippe non solum de
angelis de quibus psalmista ait
Domine dilexi decorem domus
tue et locum habitationis glorie tue,
Sed etiam nos sumus quorum men-
tes inhabitare dignatur. Et murus
iste undique in circuitu domus est
quia unigenitus patris qui summa
est firmitas angelorum ipse deus ho-
factus est redemptor hominum. Illius
fortitudo ne cadant nobis adiu-
torium ut surgamus post casum
fuit. Vero per donum dei hoc loco sola
redemptorem hominum in latitudo si-
gnatur undique nobis dominus et
per circuitum murus est, quia et nos
perfecte custodiet omnia que docuit
ondit. Scriptum sic est: Ecce rept
ihus facte et videte. Denia ei
votat nos ad celestem patriam vent-
rimur, despicere nos bona tran-
sitoria docuit et mala tempo-
ralia non timere. Unde et ob probra
non despexit, iniurias pertulit,
mortem non timuit, crucis pati-
bulum non refugit. Sed cum ipsum
voluissent rapere et regem constitue-
re statim fugit. Quid nobis de
hiis exemplis innuens nisi ut demus

[a]gnus mundi et adversa non metuere
et prospera vitare Activa plus plerumque
eius bona occupant dum quam mala
perturbant Ante passionem vero suarum
contumelias audivit nec tamen contume-
lias reddit traditorem suum dum in tactu
pertulit quia ficte salutanti dare oscu-
lum non recusavit Suscepit mortem
ne mori timeremus Ostendit resurrectionem
ut nos resurgere posse crederemus
post passionem quoque suam de hiis qui
se crucifixerant ad fidei gratiam vocatis
donum pinguedine reddidit Activam ergo
nos exemplo suo de omnibus instruxit
Viriusque nobis prebuit et undique sanctus
est. Sequitur Et in manu viri cala-
mus mensure sex cubitorum et palmo
Prima lectione iam diximus quod per cala-
mum scriptura sacra signatur qui calamus
mensure esse dicitur quia in ipsa omnem
vite nostre actionem metimur scilicet videamus
vel quantum profecimus vel quantum longe a
profectu distamus Nam sepe ad gentes
iam quosdam viti esse nos credimus
Sed cum ad verba dei recurrimus precepta
sublimia audimus ibi cognoscimus
quantum a perfectione minus sumus Cala-
mus ergo mensure est quod per manus scriptum
vita mensuratur auditorum Recte calamus
in manu viri esse dicitur sine quod sacrum
eloquium in potestate est mediatoris dei et
hominis Christi Ihesu seu certe quod hoc quod scribi
voluit operando complevit Ipse vero cala-
mus sex cubitorum esse describitur ~~Due~~
~~enim~~ Due etenim vite sunt in quibus
nos omnipotens deus per sacrum eloquium erudit
activa videlicet et contemplativa Et per sex
cubitos quid aliud quam activa exprimitur
Quia sexto die perfecit deus omnia opera
sua. Calamus vero qui super sex cubitos
esse dicitur iam de septimo est Sed tamen
cubitus non est Activa igitur vita signatur
per sex cubitos et contemplativa per pal-
mum Quia illam opere perficimus Istam vero
et cum contendimus vix parum aliquid at-
tingere valemus Activa enim vita est pa-
nem esurienti tribuere verbo sapientie nescientem
docere errantem corrigere ad humilitatem
superbientem proximum revocare

infirmitatis curam gerere que singulis
quibusque expediant dispensare et com-
missis nobis qualiter subsistere valeant
providere Contemplativa vero vita est caritatem
quidem dei et proximi tota mente retinere
et ab exteriore actione quiescere soli desi-
derio conditoris inherere ut nil iam agere
libeat Sed calcatis curis omnibus ad vi-
dendam faciem sui creatoris animus inarde-
scat ita ut iam noverit carnis corrup-
tibilis pondus cum merore portare
totisque desideriis appetere illis hym-
nidicis angelorum choris interesse admi-
sceri celestibus civibus de eterna in conspectu
dei incorruptione gaudere In palmo
itaque manus et digiti tenduntur
Sed pars quidem mensura cubiti per
palmum contingitur quia quando liberta[te]
animus ardeat quanta libet virtute se in
deum et cogitatione tenderit Non iam
quod amat perfecte videt sed adhuc in-
choat videre quod amatur Unde ipse for-
tissimus predicator dicit Videmus nunc
per speculum in enigmate tunc autem facie
ad faciem Et nunc cognosco ex parte
tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum
De septimo ergo cubito palmum tangimus
qui in hac vita positi contemplationis
nunc sola initia degustamus Activa
enim vita quia perfecte teneri potest et sex
sexto die homini est conditus quia bona
debet operari Sex cubitos calamus habet
Bene has utrasque vitas ~~due~~ ille due
mulieres signavit Martha videlicet et Ma-
ria Quarum una satagebat circa fre-
quens ministerium alia vero sedebat ad pe-
des domini et audiebat verba de ore eius
Cumque contra sororem Martha quereretur
quod se adiuvare negligeret respondit dominus
dicens Martha Martha occupata es et satagis
circa multa Porro unum est necessarium Ma-
ria autem optimam partem elegit que non
auferetur ab ea Ecce pars Marthe non
reprehenditur Sed Marie laudatur Neque
enim bonam partem elegisse dominus Mariam
dicit Sed optimam ut etiam pars Mar-
the indicaretur bona. Quare autem pars
Marie sit optima subinfertur cum dicit

Martha et Maria
duas vitas significant

Que non aufertur ab ea. Activa etenim vita cum corpore deficit. Quis enim in eterna patria panem esurienti porrigat ubi nemo esurit? Quis potum tribuat sitienti ubi nemo sitit? Quis mortuum sepeliat ubi nemo moritur? Cum presenti ergo seculo vita aufertur activa. Contemplativa autem hic incipit ut in celesti patria perficiatur, quia amoris ignis qui hic ardere inchoat cum ipsum quem amat viderit in amore ipsius amplius ignescit. Contemplativa ergo vita minime aufertur quia subtracta presentis seculi luce perficiatur. Has utrasque vitas sicut et antea nobis dictum est due beati iacob mulieres signaverunt, Lia videlicet et Rachel.

Lija et Rachel duas vitas figurant

Lia quippe interpretatur laboriosa, Rachel vero ovis vel visum principium. Activa autem vita laboriosa est quia desudat in opere. Contemplativa vero simplex ad solum videndum principium anhelat, videlicet ipsum qui ait: Ego sum principium propter quod et loquor vobis. Beatus autem iacob rachel quidem concupierat sed in nocte accepit liam, quia videlicet omnis qui ad dominum convertitur contemplativam vitam desiderat, quietem eterne patrie appetit. Sed prius necesse est ut in nocte vite presentis operetur bona que potest, desudet in labore, id est liam accipiat, ut postea ad videndum principium in rachelis amplexibus requiescat. Erat rachel videns et sterilis, lia autem lippa sed fecunda. Rachel pulchra et sterilis, quia contemplativa vita speciosa est in animo, sed dum quiescere in silentio appetit filios non generat ex predicatione. Videt et non parit, quia quietis sue studio minus se in aliorum collectione succendit, et quantum intrinsecus conspicit aperire aliis predicando non sufficit. Lia vero lippa et fecunda est, quia activa vita dum occupatur in opere minus videt, sed dum modo per verbum modo per exemplum ad imitationem suam proximos accendit multos in bono opere filios generat. Et si in contemplatione mentem tendere non valet, ex eo tamen quod agit exterius gignere sequaces valet. Recte ergo in mensura calami prius sex cubiti et postmodum palmus dicitur, quia enim activa vita agitur ut ad contemplativam postmodum veniatur. Sed sciendum est quod sicut bonus ordo vivendi est ut ab activa in contemplativam tendatur, ita plerumque utiliter animus a contemplativa ad activam reflectitur, ut per hoc quod per contemplativam mentem accenderit perfectius activa teneatur. Debet ergo nos et activa ad contemplativam transmittere, et aliquando ex eo quod introrsus mente conspeximus ad activam melius a contemplativa revocare. Unde et ysdem iacob et post rachelis amplexus ad liam redijt, quia et post visum principium laboriosa vita boni operis non est funditus deserenda. Est autem contemplativa vita mentis magna contentio cum se se ad celestia erigit, cum in rebus spiritualibus animum tendit, cum transgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cum sese angustat ut dilatet. Et aliquando quidem vincit et reluctantes tenebras sue cecitatis exsuperat, ut de incircumscripto lumine quiddam furtim et tenuiter attingat, sed tamen ad semetipsam protinus reverberata redit atque ab ea luce ad quam respirando transit ad sue cecitatis tenebras suspirando redit. Quod bene sacra historia designat que beatum iacob cum angelo luctatum narrat. Cum enim ad parentes proprios rediret in via angelum invenit, cum quo in luctamine magnum certamen habuit. Is enim qui stat in luctamine aliquando superiorem se, aliquando vero eo cum quo contenderit inferiorem invenit. Designet ergo angelus dominum et iacob qui cum angelo contendit unumquemque perfectum virum et in contemplatione positum animum exprimat, quia videlicet cum contemplari deum nititur

velut in quodam stamine posita. nil
sibi exsuperat. quia intelligendo et sen-
tiendo de incircumscripto lumine aliquid degustat
Modo vero factum sibi. quia et degusta-
do istum deficit. Quasi ergo vincit an-
gelus quando intellectu intimo apprehen-
ditur deus. sed notandum est quod isdem
victus angelus nervum femoris iacob
tetigit eumque marcescere statim fecit.
atque ab eo iacob tempore uno claudicat
pede. quia scilicet omnipotens deus cum iam per
desiderium et intellectum cognoscitur
omnem in nobis voluptatem carnis
arefacit. Et qui prius quasi duobus pedi-
bus innitentes et deum videbamur
querere et seculum tenere. post agnitionem
suavitatis intime unus in nobis pes
sanus remanet atque alius claudicat
quia necesse est ut debilitato amore
seculi solus in nobis amor convalescat
dei. Si ergo tenemus angelum. uno cla-
udicamus pede. quia dum crescit in
nobis fortitudo amoris vel dei interni
infirmatur procul dubio fortitudo car-
nis. Omnis quippe qui uno pede clau-
dicat. soli illi pedi innititur quem sanum
habet. quia et cui desiderium terrenum
iam arefactum fuit in solo pede amoris
dei tota virtute se sustinet et in ipso
stat quia pedem amoris seculi quem po-
nere in terra consueverat iam a terra
suspensum portat. Et nos ergo si ad pa-
rentes nostros idem ad spirituales patres
redimus teneamus in via angelum
ut suavitate intima apprehendamus
deum. Contemplative etenim vite ama-
bilis valde dulcedo est. que super semet
ipsam animam rapit celestia aperit. terre-
na autem debere esse contempta ostendit
spiritalia mentis oculis patefacit corpo-
ralia abscondit. Unde bene ecclesia in
canticis canticorum dicit. Ego dormio
et cor meum vigilat. Vigilanti etenim
corde dormivit quia per hoc quod intus contem-
plando profecit. ab inquieto foris ope-
re quievit. sed intra hec sciendum est quod
quamdiu in hac mortali carne

vivitur. nullus ita in contemplationis
virtute proficit. ut in ipso iam incir-
cumscripto luminis radio mentis oculos
infigat. Neque enim omnipotens deus iam
in sua claritate conspicitur. Sed quiddam
sub illa speculatur anima. unde refecta resta
proficiat et post ad visionis eius gloriam
pertingat. Sic namque ysaias cum se dominum
fatetur vidisse dicens. anno quo
mortuus est rex ozias vidi dominum se-
dentem super solium excelsum et
elevatum protinus adiunxit. Et ea que
sub ipso erant implebant templum.
Cadendo ozias rex superbus ac pre-
sumptor moritur dominus videtur
quia cum in nobis elatio a desiderio
mentis occiditur. tunc ipsa mens
dei gloriam contemplatur. Et notandum
quod dominus super solium excelsum et
elevatum sedet. Quid namque est eius
solium nisi creatura angelica
vel humana. cui per intellectum quem
dedit presidet. Quod vero solium excel-
sum et elevatum dicitur. quia et natura
humana ad celestem gloriam elevata
profecit. et creatura angelica dum in
multis spiritibus cadentibus iam soli-
data est in celo ne cadat inde ele-
vata est. unde confirmata. Tem-
plum vero eius hoc est quod solium. quia
eternus rex ibi habitat ubi sedet. Nos
ergo templum illius sumus in quorum
mentibus habitare dignatur. Sed ea que
sub ipso erant implebant templum. quia
quicquid de illo nos conspicimus. Adhuc
non est ipse sed sub ipso est. Sic iacob
angelum vidit et vidisse dominum fatetur
quia et cum presentia eius conspicimus
iam multum est quod super nosmetipsos
levamur. Notandum vero quod dicitur imple-
bant quia si angelus apparet in sublimi-
tate menti satis desiderio facit ut si
adhuc maius non potest iam tamen minus
quod videt ammiretur. Ea ergo que sub
ipso sunt implent templum. quia
sic dictum est et tamen mens in contemplatione
proficit non iam quod ipse est. sed id quod
sub ipso est contemplatur. Tunc quoque

Celum

contemplatione iam quietis eterne
gustu contingitur. Cum ergo quieda qui
para est et perfecta esse nunc non potest, recte in
apokalipsi scriptum est: Factum est sile-
ncium in celo quasi media hora. Ce-
lum quippe est anima iusti, sicut per prophetam
dominus dicit: Celum michi sedes
est. Et: Celi enarrant gloriam dei. Cum er-
go quies contemplatiue vite agi-
tur in mente, silencium fit in celo, quia
a terrenorum actuum strepitu quiescit
a cogitatione, ut ad secretum inter-
ni auris animus apponat. Sed quia
hec quies mentis esse in hac vita per-
fecta non potest, nequaquam hora integra
factum in celo silencium dicitur, sed quasi
media, ut ~~neque~~ [nequaquam] ipsa media plena
sentiatur, cum premittitur quasi, quia mox
ut se animus sublevare ceperit et
quietis intime lumine perfundi, rede-
unte citius cogitationum strepitu
de semetipso confunditur et confusus
cecatur. Vita ergo contemplatiua
que illic hora quasi media dicitur
apud Ezechielem prophetam non cubitus
sed palmus appellatur. Ecce fra-
tres karissimi dum vim utriusque vite
causas exprimere nitimur, paulo
latius per excessum locuti sumus. Sed
bonis mentibus utraque eadem vita est
ad ~~amandum~~ auditum amabilis esse
non debet ad audiendum [tardans] gravis. Sequitur.
Et mensus est latitudinem edificii ca-
lamo uno, altitudinem quoque cala-
mo uno. Omnipotens deus qui nec in
magnis tenditur nec in minimis ~~an~~
angustatur, sic de tota simul ecclesia
loquitur ac si de una anima
loquatur. Et sepe quod a beo de una
anima dicitur, nichil obstat si de tota simul
ecclesia intelligatur. Latitudo itaque edifi-
cii ad caritatem pertinet, de qua psal-
mista ait: Latum mandatum tuum
nimis. Nil etenim latius quam omnes
in sinu amoris recipere, nullas odii
angustias sustinere. Sic quippe la-
ta est caritas, ut in amplitudine

dilectionis sue capere et inimicos possit.
Unde et preceptum est: Diligite inimicos vestros,
benefacite hiis qui oderunt vos. Con-
siderandum ergo nobis est quia latitu-
do in equalitate, altitudo vero in sub-
limitate tenditur. Latitudo ergo pertinet
ad caritatem proximi, altitudo ad intel-
ligentiam conditoris. Sed latitudo et al-
titudo edificii uno calamo mensuratur,
quia videlicet una queque anima quantum
lata fuerit in amore proximi, tantum
et alta erit in cognitione dei. Dum
enim se per amorem proximi dilatat,
per cognitionem superius exaltat. Et
tanto superius met ipsam excelsa fit
quanto inferius se in proximi amore tendit.
Et quia edificium quod inhabitat deus
ex angelica simul et humana natura
perficitur, per hoc quod angelica creatura
sursum est et humana adhuc de-
orsum, potest per latitudinem atque altitu-
dinem edificii utraque creatura signi-
, quia ista adhuc in imis degit,
illa vero in sublimibus permanet.
Sed uno calamo mensuratur utraque,
quia humilitas hominum quoque ad equa-
litatem perducitur angelorum. Unde scriptum
est: Neque nubent neque nubentur,
sed erunt sicut angeli dei in celo. Et
inde per Iohannem dicitur: Mensura
hominis que est angeli, quia usque ad alti-
tudinem illam homo gloriosus perducitur
in qua solidatos se angeli letantur.
Latitudo ergo edificii tanta est quanta
et altitudo, quia electi quique quan-
do in imis laborant, quicquid illis
beatissimis spiritibus non erunt inequa-
les. Sed nos inter hec redeamus in
mente ac totis medullis cordis deum
diligamus et proximum. Dilatemur in affectu
caritatis ut exultemus in gloria celsitu-
dinis. Compatiamur per amorem proximo,
ut inveniamur per cognitionem dei. Conde-
scendamus fratribus in minimis, ut tra-
nt quo equamur angelis in celo.

quia vir qui sua imagine redemptorem signat. mensus est latitudinem edificii calamo uno. altitudinem quoque calamo uno. Quia enim qui metitur mores pensat opera cogitationes considerat et sine fine postmodum retributionem reddat ihesus christus dominus noster unigenitus patris. qui cum patre vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen

xv Explicit omelia xiiii Incipit omelia xv

Vir cum calamo mensure in manu eius esse describitur quia venit ad portam que respiciebat ad viam orientalem. Cuius vero alius porte huius appellatione signatur nisi ipse dominus ac redemptor noster qui nobis ianua factus est regni celestis. sic ipse ait. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et tamen eundem virum lineis indutum figuram domini tenere diximus. querendum nobis est qua ratione conveniat. ut ipse dominus et portam designare valeat. qui per portam dum vir veniat ad portam. Neque nam ipse venit ad semetipsum. Sed ita est. Sicut in evangelio ipse testatur dicens. Qui non intrat per ostium in ovile ovium. sed ascendit aliunde ille fur est et latro. qui autem intrat per ostium pastor est ovium. Et paulo post dicit. Ego sum ostium. atque iterum subiungit. Ego sum pastor bonus. Si ergo pastor intrat per ostium et ipse ostium est ipse pastor. ipse procul dubio intrat per semetipsum. Ecce dum ezechiel sensum evangelice cupimus. de verbo quo nexu ligamus conspicimus itaque nobis est qualiter et ipse intret. et per semetipsum intret. Dominus etenim ac redemptor noster cum sancta ecclesia quam

redemit secundum carnem una persona est. paulo attestante qui ait. adimpleo ea que desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius. quod est ecclesia. illius capitis corpus ecclesia. et huius corporis caput christus. De quo suo capite exultat corpus. id est sancta ecclesia. cum per psalmistam dicit. Nunc autem exaltavit caput meum super inimicos meos. Anima enim quoque ipsa ~~in~~ exaltanda est. iam nunc caput suum super inimicos suos exultatum gaudet in celis. Unum ergo electi quique ad vitam perveniunt. quia membra eius per eum intrant ad eum. ipse per semetipsum intrat ad se. ipse enim suis membris est qui intrat. ipse caput ad quod intrant iam membra perveniunt. quod ezechiel propheta multiplicat insinuat. qui virum venisse dicit ad portam. et que eadem porta sit ostendit dicens. Que respiciebat ad viam orientalem. Ipse etenim nobis est via quod dixit. Ego sum via veritas et vita. Ipse etiam orientalis via de quo scriptum est. ecce vir oriens nomen eius. porta ergo viam orientalem respicit. quia illum signat qui nobis lux ad ortum lucis stetit. post etiam porte nomine unusquisque predicator intelligi. quia quisquis nobis ianuam regni celestis ore suo aperit porta est. Unde et duodecim porte vel in iohannis apocalipsi. vel in extrema huius prophete visione describuntur. Post etiam porte nomine scripture sacre scientia non ~~intelligentie~~ inconvenienter intelligitur. Que dum nobis intellectum aperit celestis regni ianuam pandit. Possumus porte nomine et fidem accipere quia prima consurgimus. ut ad virtutum edificia intremus. Unde hic apte

subingitur / Et ascendit per gradus
eius / Aliud gradus enim sunt huius
porte nisi incrementa virtutum Siue enim
in cognitione mediatoris dei et homi-
num hominis christi ihesu · seu in scientia diuini
eloquii Seu in ipsa fide · quam dei
accipimus quibusdam gradibus ad al-
tiora incrementa peruenimus Nemo
enim repente fit summus sed in bona
conuersatione animus quisque inchoat
ut ad magna perueniat De hiis
gradibus per psalmistam dicitur Deus
in gradibus eius dinoscitur cum
suscipiet eam / Deum enim scilicet ecclesiam
domus suscipit in gradibus eius di-
noscitur · quia eius gloria per illius
incrementa declaratur Quantum enim
sancta ecclesia ascendendo profecerit
tantum deus hominibus ex eius virtutibus
innotescit De hiis quoque gradibus
beatus iob loquitur dicens · per singulos
gradus meos pronunciabo eum / Omni-
potentem quippe deum per singulos
gradus suos pronunciat qui incre-
menta virtutum que accepit ei ipsi
laudem sue pietatis reddit / Et
quidem gradibus in cordis ascensione
non essent psalmista non diceret · am-
bulabunt de virtute in virtutem /
Nec mirum si de virtute in virtutem
gradus est · quia ipsa vna quoque virtus
quibusdam gradibus augetur
et sic per incrementa minorum ad
summa perducitur Alia namque sunt vir-
tutum exordia aliud profectus · aliud
perfectio · sicut enim et ipsa fides ad perfectionem
suam quibusdam gradibus du-
citur sancti apostoli minime dixissent
Auge nobis fidem / et quidam veniens
ad dominum · qui curari voluit filium
suum · sed requisitus an crederet re-
spondit Credo domine adiuua

incredulitatem meam Pensate
rogo quid dicitur · si credebat cur incre-
dulitatem dicebat Si vero incredu-
litatem habere se nouerat quomodo
credebat Sed quia per occultam inspira-
tionem gratie minorum suorum gradibus
fides crescit in vno eodemque tempore
hic qui necdum perfecte crediderat
simul et credebat et incredulus erat
Hos nimirum dominus gradus sub me-
taphora (?) describit dicens Sic est regnum
dei quemadmodum si iactet homo semen-
tem in terram et dormiat et exur-
gat nocte ac die et semen germinet
ac crescat dum nescit ille ultro enim
terra fructificat primum herbam
deinde spicam · deinde plenum fru-
mentum in spica Et cum se produxerit
fructus statim mittit falcem quoniam adest
tempus messis Semen homo iactat
in terram cum cordi suo bonam intentionem
inserit Et postquam semen iactauerit dor-
mit · qui iam in spe boni operis quiescit
Nocte vero exurgit ac die · quia inter
aduersa et prospera proficit Et semen
germinat et crescit dum ille nescit ·
quia dum adhuc metiri incrementa
sua non valet semel concepta virtus
ad profectum ducitur Et ultro terra
fructificat · quia preueniente se gratia
mens hominis spontanea ad fructum
boni operis assurgit Sed hec eadem
terra · primum herbam · deinde spicam
deinde plenum frumentum producit
spicam Herbam quippe producere est incho-
ationis bone adhuc teneritudinem
habere · ad spicam vero herba peruenit · cum
se virtus animo concepta ad profectum
boni operis pertrahit · plenum vero fru-
mentum in spica fructificat · cum
iam in tantum virtus proficit ut esse robusti
et perfecti operis possit Sed cum se produxerit
fructus statim mittit falcem · quoniam adest
tempus messis Quippe enim deus

pulcre

Luc. xvij

De sancto petro
xv

pucctum fructu saltem mittit et
messem suam destruit. qr vnusquisque quando
opa pfecta pducit eius temporalem
vitam pmissam suam mitidit ut
granum suum ad celestia horrea pdu
cat. Cum igitur desidia bona ecipim9
semine in terram mittim9. Cum enim opa
recta incipim9 herba sum9. Cum aut
ad puectu boni opis crescim9 ad spicam
puenim9. Cum in eiusdem opationis
pfectione solidamur iam plenum frumentum
in spica pfrim9. herba etenim petrus
fuerat. qui passionis tempore pariorem
dominum sequens. timuit confiteri ancil
lam vocem timebat. Fratem iam vi
ditas in mente. quia credebat omnium
redemptorem. Sed valde adhuc flexi
bilis pede cotultabat timoris iam in
spica surrexerat. qui enim quem mortuum
tristi timuerat. nunciante angelo in ga
lilea vinctem videbat. sed ad plenum
granum in spica pervenerat. qui veniente
te desuper spiritu et sua mentem illius
amore roborante ita solidatus est ut
vires psequentium tesurus despiceret
et redemptorem suum libere inter flagel
la pdicaret. Nullus itaque qui ad
bonum ppositum adhuc in mentis te
nuitudine esse conspicitur. despiciatur
quia frumentum dei ab herba incipit
ut granum fiat. Vir ergo vestitus
lineis venit ad portam. qr dominus ac
redemptor in membris suis initiatis
pductitur ad se. et ascendit p gradus
eius. quia nobis pficientibus eo nobis
amplius exaltatur quo altus et incom
phensibilis esse cognoscitur. In virtu
tum quippe maiorum gradibus ipse ascen
dit. quia tanto ipse sublimior nobis
ostenditur. quanto in amore eius arcubus in fi
mis separatur. Sequitur. Et mensus
est limen porte talamo vno latitudine
idem limen vnum talamo vno in latitudinem.
Cur post quam dictum est limine porte
statim subiungitur. limen vnum non
quia apte innuit quod adhuc inferius
limen aliud dicitur. porta ante
a limine surgit ut porta sit. Si ergo
porta dominus. quibus huius porte limen
est. nisi illi antiqui patres. ex quorum
pgenie dominus incarnari dignatus est.
Sicut p paulum dicitur. quorum patres et
ex quibus xpus secundum carnem. qui est
super omnia deus benedictus in secula
Nondum vero est in hac pauli sententia
quod dii et ceteri homines sunt vocati
sicut moysi dicitur. Pono te in deum
pharaonis. Et p psalmistam dominus dicit
Ego dixi dii estis et rursum. Deus
stetit in synagoga deorum. Sed aliud
est nuncupatione. aliud naturaliter dici deum
et [illegible] si moyses in deum faraonis est
positus. Sed deus inter omnia non deus
supra omnia dicitur. Cum vero est intra
uterum virginis incarnatus. deus super
omnia dicitur. Itaque limen porte est patres
ex quibus illeuatus est. qui nobis adi
tum regni celestis. apperuit. limen
aut porte vno talamo mensuratur.
quia ipsi antiqui patres. qui potuerunt
receptorem nostrum. et pphetando et vi
vendo pdicare. tamquam sex cubiti
in pfectione opis et palmum in incho
atione contemplationis habuerunt. Sancta
enim eorum vita in vnitate fidei et per
fecta operatione. et inchoata est contemplatione
sublimem reddidit in vno talamo
mensura liminis fuit. Sequitur. Et
thalamum vno talamo in longum. et
vno talamo in latum. Consideremus
quid agi in thalamo soleat. atque ex
inde hoc quod in sancta ecclesia agitur colli
gamus. In thalamo quippe sponsus
et sponsa secedantur. et eorum in amore
iunguntur. Quid ergo sunt in sancta ec
clesia thalami. nisi eorum corda in quibus
anima pamore sponso invisibili
iungitur. ut eius desiderio ardeat. Nulla
iam que in mundo sunt concupiscat

De talamo

presentis vite longitudinem penam deputet
exire festinet et amoris amplexu in cele-
stis sponsi visione requiescere. Mens igitur
que iam talis est nulla presentis vite
consolatione recipit. Sed ad illum quem
diligit medullitus suspirat fervet an-
helat anxiatur. Vilis ei fit ipsa salus
sui corporis quia cuspide fixa est vulnere amo-
ris. Unde et in canticis canticorum dicit
vulnerata caritate ego sum. Mala autem salus
est cordis que dolorem huius vulneris nescit.
Cum vero anhelare iam in celeste deside-
rium et sentire vulnus amoris ceperit
fit anima salubrior ex vulnere que prius
egrotabat ex salute. Merito autem spo-
sum suum fortiter amanti de amore vi-
te presentis una solet esse consolatio. si
per hoc quod ipsa ab eius visione differtur
aliorum anime eius verbo proficiant et ad
celestem sponsum amoris facibus
inardescant. Merito quia differri
se conspicit. Triste est ei omne quod aspicit
quia illum adhuc non videt quem
videre concupiscit. Sed ut dixi non
parva consolatio si cum fervens anima
differtur per eam multi colligantur
ut tarde tum multis videat quem sola
vide(re) cicius volebat. Unde rursum in can-
ticis sponsa dicit: fulcite me floribus
stipate me malis quia amore langueo.
Quid namque sunt flores nisi anime
bonum iam opus inchoantes et desi-
derium celeste redolentes. Quid mala
de floribus nisi perfecte iam bonorum men-
tes que ad fructum pervenerunt boni
operis. de initio sancte propositionis. Que
ergo amare languit fulcire querit flori-
bus et stipari malis quia si illum
quem desiderat videre adhuc non permit-
titur magna ei est consolatio. si
de aliorum profectibus letetur. Anima ergo
que sponsi amore languet floribus malis-
que fulcitur ut requiescat in bono opere
proximi quem adhuc non valet contem-
plari vultum dei. Pensemus ergo qualis
thalamus pauli mens fuerat qui di-
cebat michi vivere christus est et mori

lucrum. O impotenti deo in quantum se caritas
coniungat qui sibi christum vitam tum modo
et mori lucrum esse deputabat. Hinc
est quod item dicit: Desiderium habens dissol-
vi et cum christo esse multo magis melius.
Sed ecce qui dissolvi desiderat quo
amore langueat videamus. Ea quia iterum
differri se conspicit se fulciri quero floribus
non requiris. Sunt plane. Nam sequitur:
Permanere autem in carne necessarium
propter vos. Et proficientibus discipulis ait:
Que est enim nostra spes aut gaudium
aut corona glorie. nonne vos ante dominum
nostrum ihesum christum. Hinc est quod ipse thala-
mus uno calamo in longum et uno
calamo in latum dicitur mensus. Lon-
gitudo quippe ad longanimitatem expecta-
tionis pertinet. latitudo ad amplitudinem
caritatis. Tantum ergo unusquisque tha-
lamus habet in longitudine quantum etiam in
latitudine habere potuit. quia mens
celesti desiderio succensa quantum amo-
rem habuerit ad colligendum proximum tantum
et longanimitatem exhibet ad expectan-
dum deum et patienter portat moras lon-
gitudinis quod se in profectu proximi
dilatat amplitudo caritatis. Potest etiam
ipsa longitudo longanimitatem patientie
que exhibetur proximo designare
Et quia latitudo caritatem designat
que sinum mentis aperit et amicos simul
atque inimicos in amore rapit. tanta
est longitudo thalami quanta latitudo
quia quanta lata mens fuerit per amorem
tanta erit et patiens per longanimitatem.
Nam tantum quisque portat proximum quantum
amat. Si enim portas amas. Sin desistis
amare desistis tollerare. Quem enim
minus diligimus minus etiam tolleramus
quia irruente fastidio citius fra(ter) proximi
adducitur in gravitudine ponderis
quem nobis non levigat penna cari-
tatis. Sequitur. Et inter thalamos
quinque cubitos. Unum propria thalamum
dixerat. et post modum esse quinque cubitos
inter thalamos narrat. Ea videlicet

unum sunt, quia multi thalami unum sunt, sicut et multae ecclesiae una ecclesia. Unde et in Iohannis Apocalipsi septem ecclesiis scribitur, per quas una catholica designatur. Hi itaque qui in sancta ecclesia, sicut diximus, ferventi amore Dei vivere sitiunt, et qui iam per desiderium cognitionis thalami vocantur. Sed tamen sunt in ea quidam qui penetrare subtilia non valentes, et quique adhuc corporeis sensibus depressi, tanto minus amant eum qui fecit omnia, quanto amplius in his que facta sunt colligantur. Et tamen quidam exterere se in timore Dei et amore proximi tendere student, bona opera corporaliter agere, elemosinis peccata redimere. Sed quia in amoris intimi ardere ad celeste desiderium nesciunt, quia adhuc devincti corporeis sensibus tenentur, isti itaque thalamus non sunt, sed tamen inter thalamos computantur. Quia per eorum ducatum qui visionem Dei perfecte diligunt et ipsi ad perfectum mentis ducuntur. Inter thalamos autem quinque sunt cubiti, quia hi qui ab exterioribus quinque sensibus adhuc ad intellectum misticum non assurgunt, dum inter eos sunt qui spiritu amoris fervent, velut manentes inter thalamos in fidei constructione persistunt, et a mensura celestis edificii distincti non sunt. Nam et paulum per se ab appetitu corporalium sensuum subtrahunt, et dilatato mentis spatio imitantes caritatem quam conspiciunt, sicut inde ad thalamos extenduntur. Sed ergo non per sex cubitos, sed per quinque despecti sunt, ipsi adhuc imperfectio eorum designatur. Sed tamen per bonum desiderium in mensura spiritalis edificii esse meruerunt, quia et voce sancte ecclesie per psalmistam dicitur: Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur. Hinc iterum psalmista ait: Benedixit omnes timentes se dominus, pusillos cum maioribus. Hi itaque imperfecti sunt et pusilli, in quantum tamen cognoscere prevalent, et Deum et proximum diligunt, atque ideo bona que possunt non negligunt operari. Et nisi et si nec Deum ad spiritalia dona proficiunt ut vel ad perfectionem operationum vel ad sublimem contemplationis vel animam exerceant, tamen ab amore Dei et proximi in quantum animo capere prevalent non recedunt. Unde fit ut etiam ipsi, quamquam et si minori loco, in sancte tamen ecclesie edificatione sunt positi, quoniam si ad doctrinam, si ad prophetiam, si ad miraculorum gratiam, si ad contemptum mundi plenius exsequendum fortasse minores sunt, tamen in timoris et amoris fundamento sunt, in quo solidantur. Et nisi et si igne celestis desiderii non ardent, in ipsis tamen exterioribus que exterere sufficiunt, vapore caritatis animantur, et inter proximorum precellentium edificia computantur. Unde recte sponsa in Canticis canticorum loquitur dicens: Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani; columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media caritate constravit propter filias Ierusalem. Neque enim credendus est Salomon tante magnitudinis rex, qui sic in mensis divitiis affluebat ut pondus auri eius estimari non posset, et argentum in diebus illius pretium non haberet, quia ferculum ligneum fecit. Sed est verus Salomon et pacificus noster, qui sibi de lignis Libani ferculum fecit. Libani quippe ligna cedrina valde sunt imputribilia. Ferculum itaque regis nostri sancta ecclesia est, que de fortibus patribus, id est de imputribilibus mentibus

est constructa. Que recte ferculum dicitur
quia ipsa fert cotidie animas ad eternum
convivium conditoris sui. Cuius ferculo
columne argentee facte sunt, quia predi-
catores ecclesie sacri eloquii luce re-
splendent. Est autem cum columnis ar-
genteis reclinatorium aureum, quia
per hos quos a sanctis predicatoribus lucide
verba nitentes audierint fulgorem
claritatis intime in qua reclinentur
inveniunt. Per hoc enim quod est occulta
libenter et apte audiunt in illud
quod claruerit in corde requiescunt.
Columne ergo argentee et reclinatorium
aureum factum est, quia per lucem
sermonis invenitur apud animum
claritas quietis. Ille iam quippe
fulgor intus mentem irradiat, ut per
intentionem ibi requiescat ubi predica-
tionis gratias non queratur. De eadem
quippe sancta ecclesia scriptum est: Penne
columbe deargentate et posteriora
dorsi eius in specie auri. Que enim
hic spiritu mansuetudinis impleta
quasi columba pennas deargen-
tatas habet in posteriora dorsi eius spe-
cie auri continet, quia hic predicatores
suos sermonis luce induit. In po-
steriori autem seculo fulgore in se clari-
tatis ostendit. Sed in hoc quod clarum
intus ostenditur qualis sit ascensus
adiungit tamen de eodem ferculo pro-
tinus subdit ascensum purpureum.
Recta quippe purpura, quia de san-
guine tingitur, non in nitori colore
sanguinis videtur. Et quia maxima
multitudo fidelium in exordio na-
scentis ecclesie per martirii sanguinem
pervenit ad regnum, Rex noster ascen-
sum purpureum fecit in ferculo
quia ad claritatem quod intus aspicitur
per tribulationum sanguinis pervenitur.
Quid ergo nos inferius atque ab

De martiribus

omni fortitudine destituti quod actu
sumus. Ecce in hoc ferculo columne esse
non possumus quia in nobis nec for-
titudo operis nec lumen emicat predi-
cationis. Reclinatorium aureum non
habemus quia nec donum sit nec et
intellectum spiritualem requie in pectore
claritatis aspirimus. Ascensus pur-
pureus non sumus, quia pro redemptore
sanguinem fundere non valemus.
Quid ergo de nobis agendum est, que
spes erit, si nullus ad regnum pervenit
nisi qui summis preditus virtutibus
fuit? Sed adest quoque nostra consolatio:
Amemus in quantum possumus Deum,
diligamus proximum, et simul quoque
nos ad Dei ferculum pertinemus, quia
sic illic scriptum est: media caritate
constravit. Habe quippe caritatem et
ibi sine dubio pervenies, nisi et co-
lumna argentea erigitur et ascensus
purpureus tenetur. Nam quia hoc
propter nostram infirmitatem dicitur apte sub-
stituitur cum illic protinus subditur: Propter
filias Ierusalem. Sermo etenim divinus quia
non filios sed filias dicit, quid aliud
per sexum femineum quam mentium
infirma signavit? Ergo illic et
columnas argenteas reclinatorium
aureum et ascensum purpureum in-
esse media caritas dicit propter filias
Ierusalem. Hoc hic intra thalamos per
quinque cubitos designatur, quod etiam
in virtutibus infirmantur, si ipsi bo-
na que prout facere tamen caritate non ne-
gligant, ad Dei edificio alieni non
sunt. Sequitur: Et limen porte iuxta
vestibulum porte intrinsecus cala-
mo uno. Dum limen quod iuxta describi-
tur vestibulum porte intrinsecus
esse memoratur apte ostenditur quia
liquere quod prius descriptum est extrin-
secus fuit. Sed si porta est dominus
quid sit limen porte intrinsecus exteriu-

xiii

fectus requiramus. per limen etenim por-
tam unam simulque ingreditur. et que sunt
duo hic limina. nisi patres testamenti
veteris et patres testamenti novi. Non
solum quippe hi. de quibus dominus
incarnari dignatus est. sed omnes
testamenti veteris patres porte hu-
ius limen fuerunt. quia hi qui eum
predicare et in eo sperare meruerunt
venturo adeuntibus gentibus aperu-
erunt aditum fidei et omnes qui e-
dederunt (?) dominum quia iam porta hu-
ius liminis inierunt (?). Sed cur ante
limen exterius et post limen interius
dicitur. nisi primis testamenti veteris pa-
tres et postmodum novi testamenti
doctores fuerunt. Recte autem limen
exterius testamenti veteris patres desi-
gnat quia per eorum predicationem opera
prava punita sunt. Perdita vero
novorum premia (?) manifestantur (?) quia animus
et ab illecebris cogitationum coercen-
dum reatus esse perfectus et in de-
libatione cordis ostenditur. Illi
quippe a flagitiis a crudelitatibus
a rapinis auditorum animas prohibe-
re curaverunt. Isti vero dominum non
solum prava opera. sed etiam illicita
cogitationum resecari (?). Sed nobis
aliud nisi limen interius facti
sunt. Unde et ipsa veritas loquitur
dicens. audistis quia dictum est anti-
quis non occides. Qui autem occi-
derit reus erit iudicio. Ego autem
dico vobis quia omnis qui irascitur
fratri suo sine causa reus erit iudicio.
Recte quoque et exterius limen patres
illos designat qui ab ipsa incar-
natione redemptoris nostri per interval-
la temporum longinquis (?) extiterunt.
Et quidem ab Abel sanguine pas-

sio iam cepit electorum. et una est ecclesia
electorum precedentium atque sequentium. Sed
tamen quia discipulis dicitur. Multi
reges et prophete voluerunt videre que
videtis et non viderunt. antiquis
patribus qui foris stetisse et redemptoris
nostri presentiam corporalem non vidisse
exterius infertur (?). sed tamen non dimissi
a sancta ecclesia fuerunt quia ante (?)
ope (?) predicatione. Ista iam fidei
sacramenta tenuerunt. Ista sancte
ecclesie celsitudinem conspexerunt quam
nos non adhuc postulando sed iam
videndo conspicimus. Sic enim nobis per-
acta passione redemptoris nostri ita
illi per fidem in eadem ventura salva-
ti sunt. Illi ergo foris non extra
mysterium sed extra tempus. Unde
et in constructione thabernaculi. ut co-
lumne argentee intus starent pax-
illi erei figi per circuitum extrinsecus ius-
si sunt. In quibus religatum tha-
bernaculum tenetur. Columne itaque
argentee intus. Paxilli vero erei
exterius inveniuntur figuntur atque in ipsis
funes ligati sunt ut thabernacu-
lum fixum maneret. quia videlicet ut sancti
apostoli in luce sermonis sui solidi
starent. ut totum thabernaculum
id est sancta ecclesia in fidei integri-
tate consisteret. tamquam paxilli erei
patres testamenti veteris. ac prophete
exterius fixi sunt. qui verborum suorum
funibus predicatorum mentes in solidi-
tate stringerent. atque hoc dei taber-
naculum in statu fidei ligaret. Ex-
tra ergo paxilli sunt. quia ante tempus
huius sancte ecclesie fuerunt. Sed
tamen eos ligant qui in ipsa sunt
quia dum celestia mysteria ventura
predicant. hec postquam conversa

ab Abel ecclesie passio incepit

paxillis [illegible]
[illegible] firmati
[illegible]

t̄ terribilia omnibus fuerunt. Ut ergo
mundi columne immobiles stent, foris pax
illi funes continent, quia ut sancti apostoli
per fidem incarnationis dominice misterium
crederet, illorum predicatio optinuit qui
hoc prius quam fieret et viderunt et predica
re potuerunt. Unde recte quoque ipse
primus apostolus, scilicet magna columna veri
thabernaculi loquitur dicens: Habemus
firmiorem propheticum sermonem, cui
bene facitis intendentes quasi lucerne
lucenti in caliginoso loco. In quibus
verbis indicat, quia quamvis ad alta
surrexerit excelsitudine, ubi religata per
sistat in fide, crevit tamen lucerna
prophetici sermonis, ita quando intellige
tibus lucet. Sed ad hunc non intelli
gentibus cooperta allegoriarum obscurita
tibus permanet. Unde etiam per psal
mistam de eisdem dictis prophetarum
dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus
aeris, quia valde occulta est sententia in
prophetis. Nec in nunc columne argen
tee, paxilli vero enei facti sunt, eo
quod clare iam apostoli predicaverunt, hoc prophete
sub intellectu mistico obscure locuti
sunt. Recte ergo per eris metallum signati
sunt, qui clari in suis predicationibus
non fuerunt. Sancti vero apostoli, quia
de redemptoris nostri misterio lucem
predicationis habuerunt, argenteis
columnis expressi sunt. Et nondum
quod argentum sonat et lucet, es vero
sonat et non lucet, quia predicato
res novi testamenti aperte locuti
sunt, que etiam nunc monstrare potuerunt,
predicatores vero testamenti veteris, quia
per allegoriarum umbras de celesti
misterio obscura dicta protulerunt, quasi
sine luce sonitum dederunt. Er

go per paxillos et columnas hoc
loco per litteram exterius et litteram interius desi
gnatur. Sed nunc vero portam septentrio
nalem hoc loco accipimus, ipsa quod
duo limina habet exterius et interius,
quia in litteram dividitur et allegoriam,
limen quippe septentrionalis porte exterius
littera, limen vero eius interius allegoria,
quia cum per litteram ad allegoriam
tendimus, quasi limine quod est exterius
ad hoc quod est interius venimus. Et
sunt in ea per multa que in exteriori
limine mentem edificant, ut per
hoc quod exterius auditur, audientis
mens interius trahatur. Ibi quippe
invenimus predicamenta operis et exempla
virtutis. Ibi quippe iubetur quod agere
et corporaliter debeamus. Ibi hoc quod
ad operandum precipitur in sanctorum actionibus
fortium actione monstratur, ut postquam
nos pacatiora precepta atque exempla
iustorum ad bona operationum instructi
sunt, sumimus ad limen interius, id est ad
intellectum misticum intime contem
plationis tendamus. Si possimus pe
de mentis studere, queso, fratres, karissimi,
dei verba vel meditari, nolite despicere
scripta nostri redemptoris que ad nos
missa sunt. Multum valde est quod per ea
animus recreatur ad calorem, ne iniqui
tatis sue frigore torpescat. Cum
in illa precedentes iustos fortiter egisse
cognoscimus, et ipsi si ad fortitudinem
bone operationis attingit. Sanctorum
exemplorum flamma animus legentis in
ceditur. Videt que fortia aliorum
facta sunt, et valde confunditur sibi
quia talia non imitatur. Unde recte
sponsi voce ad sponsam in canticis
iiij° canticorum dicitur: Sicut turris David
collum tuum que edificata est cum propu
gnaculis suis. Mille clipei pendent

de decem preceptis

circa omnis armatura fortium. In collo
etenim guttur, in gutture vox est. Quid
ergo per collum sancte ecclesie nisi sacra eius
eloquia designantur? In quibus dum
mille clipei dependere memorantur, per-
hibetur perfectum numerum munimibus universis osten-
ditur, quia universa nostra municio
in sacro eloquio continetur. Ibi quippe
sunt precepta dei, ibi exempla multorum.
Si enim torpet animus accenditorius sui de-
siderio, audiat quod dicitur: Diliges
dominum deum tuum ex tota mente tua et ex
tota virtute tua. In odio fortasse labi-
tur proximi, audiat quod dicitur: Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum. Res aliena concupi-
scitur, audiat quod illic scriptum est: Non
concupisces rem proximi tui. De iniuria
que a proximo ore vel facto illata est
ad iram mens incenditur, audiat quod dicitur:
Non queras ultionem, nec memor eris
iniurie civium tuorum. In carnis concu-
piscentiam male sauciata mens attenditur,
ne sequatur oculus incentem, audiat
quod paulo superius dictum est: Qui viderit
mulierem ad concupiscendum eam, iam
mechatus est eam in corde suo. Qui ini-
micum forsitan conspicit animum suum rela-
xare disponit, modum audiat quod illic
scriptum est: Diligite inimicos vestros, bene-
facite his qui oderunt vos. Sed iste
qui aliena iam non rapit, adhuc
forsitan sua inordinate retinet, au-
diat quod illic dicitur: Vendite que possi-
detis et date elemosinam. Infirma tamen
animus perfecti desiderat deo simul et
seculo, audiat quod illic scriptum est: Nemo
potest duobus dominis servire. Alius non
ad necessitatem stipendii sed ad voluntatem
desiderii possessa retinet, audiat quod
illic dicitur: Qui non renunciavit omnibus
que possidet non potest esse meus discipulus.
Secunda enim relinquere omnia multi
autem etiam possidendo renunciant, quod sic
ad usum possessa retinent ut eis ex de-
siderio non succumbant. Torpere

quisque appetit et laborem subire pro
domino etiam cum prevalet refugit, au-
diat quod illic scriptum est: Qui mecum
non colligit spargit. In collo ergo ecclesie,
id est in sancti eloquii predicatione, que
pro sua munitione et altitudine turris
David simul dicitur, mille clipei depen-
dent, quia illic precepta sunt tot etiam
pectoris nostri munimina ad servandam
itaque innocentiam etiam lesi a proximo
perdurare in humilitate festinamus.
Abel ante oculos veniat qui occisus
a fratre scribitur, quia non legitur reluc-
tatus. Vincat immunditiam et in coniugali
copula eligat Enoch debet imitari
qui et in coniugio positus ambulavit
cum deo et non inveniebatur, quia
transtulit illum deus. Precepta dei festi-
namus preferre nostre utilitati proponere,
Noe ante oculos veniat qui cura
domestica postposita ex iussione om-
nipotentis dei per centum annos ad ar-
che fabricam insistit occupatus. Subire
obedientie virtutem nitimur aspicere
Abraham debemus, qui relicta domo
cognatione patria obedivit exire in
locum quem accepturus erat in heredi-
tatem, et exiit nesciens quo iret. Qui
paratus extitit ut pro eterna hereditate
dilectum quem acceperat occideret heredem.
Et quia unicum deo offerre non distu-
lit, universam multitudinem gentium et
in semine accepit. Mox simplicitas
placet, Ysaac ad mentem veniat, qui
in omnipotentis dei oculis vite sue
tranquillitas ornavit. Laboriosa forti-
tudo ut optinenda queritur, Jacob
ad memoriam reducatur, qui postquam
servivit fortiter servire homini, ad eam
quoque virtute perductus est ut non potuisset
luctantem angelo superare. Continentiam
carnis illecebris vincere, Joseph ad
memoriam redeat, qui temptatione se domina
studuit carnis continentiam etiam cum
vite periculo custodire. Unde scriptum est
ut quia mentem propria bene noverat

De antiquorum patrum imitatione et virtutibus

et captura mentem non habuit verum nec fuit captivus

regere regendo quoque omni Egipto preesset.
Mansuetudinem atque patientiam optinere
querimus, Moysen ante oculos redu-
camus qui exceptis parvulis et mulieribus
sexcenta milia armatorum virorum regens
mitis fuisse describitur super omnes homines
qui habitabant super faciem orbis terre.
Rectitudinis zelo contra vitia accendi-
mur, Fineés ante oculos reducatur qui coeun-
tes gladio transfigens castitati premium red-
didit et iram dei iratus placavit. De
spe omnipotentis dei presumere in dubiis
querimus, Josue ad memoriam revocamus
qui dubia certamina certa mentis firmi-
tate subiit, adiutorium sine dubietate
percepit. Iram mentis militias compone-
re cupimus, in benignitate animum dilatare,
Samuel in cognitionem deducatur qui prin-
cipatu deiectus a populo cum ipse populus
peteret ut pro domino preces effunderet re-
spondit dicens: Absit autem hoc peccatum
in domino ut cessem orare pro vobis. Culpam
quippe vir sanctus perpetrare se credidit
si eis quos adversos pertulerat usque ad
orationem benignitatis gratie non reddidisset
in prece. Qui rursum cum iubente
domino mittitur ut David ungeret
in regem, respondit: Quo modo vadam? Inve-
niet me enim Saul et occidet me. Et
tamen quia natum deum cede Sauli
cognoverat, in tanto sese luctu af-
flixerat ut ei per se dominus diceret: Quo
usque tu luges Saulem cum ego abiece-
rim illum. Pensemus ergo eius animum
quanto ardor caritatis incenderat qui
et illum flebat a quo timebat occidi.
Lacere autem nolumus quem timemus,
sollicita nobis mente pensandum est ne
si locum fortasse reperimus malum pro ma-
lo reddamus ipsi quem fugimus. Et
David ergo ad memoriam redeat qui
persequentem se regem et invenit ut po-
tuisset occidere et tamen in ipsa felicitatis
prosperitate positus elegit bonum quod ipse de-
beret facere non autem malum quod

ille merebatur pati dicens: Absit a
me ut mittam manum in christum domini.
Et cum Saul idem post ab hostibus
fuisset interemptus, cum qui persecutorem
suum vincet pertulit flevit occisum. Si
errantibus huius mundi potentibus libere
loqui discernimus, Iohannis auctori-
tas ad animum reducatur qui Herodis nequi-
tiam reprehendens pro verbi rectitudine
occidi non timuit. Et quia Christus est ve-
ritas ipse deo pro Christo quia pro veritate animam
posuit. Carnem iam nostram pro deo ponere
in morte festinamus, Petrus ad mentem
veniat qui inter flagella gaudet, qui
celsius principibus resistit, qui vitam suam
pro vita despicit. Cum mortis appetitu
disponimus adversa contempnere, Paulum
ante oculos reducamus qui non solum
alligari sed et mori paratus pro Christo
non fecit preciosiorem animam suam quam se.
Succendi cor nostrum igne caritatis querimus,
Iohannis verba pensemus cuius omne quod
loquitur caritatis igne vaporatur. Ecce
ergo in voce sacri eloquii cuiuslibet querimus
munimen virtutis invenimus. Mille cli-
pei pendent ex ea omnis armatura for-
tium. Sic enim pugnare contra spiritualia
nequicie volumus in collo ecclesie que
nobis sicut David turris erecta est
et in divino eloquio propugnationis arma
requiramus, ut ex dispositione precepti
contra vitia firmat virtus adiutorium.
Ecce enim contra acies preliaturos festinavit
fortes existere. In hac turri armatura-
m mentis invenimus ut inde precep-
ta conditoris inde sumamus exempla
precedentium, per que contra adversarios
nostros inexpugnabiliter armemur. Dum
enim quilibet virtute subire appetit
et hanc illic operibus iam impletam
videt, ibi armaturam tuam invenis per
quam contra spiritualia bella muniaris. De-
pendent in ea quippe mille clipei. Si
quis pugnare appetit ad sumat et cernat
virtute pectus muniat et verborum iacula
contempnat. Et nondum quia edificata

xv

enim propugnaculis finis dicitur. Hoc quippe agimus propugnacula que clipei que utraque pugnatorem muniunt. Sed inter utraque distat quia clipeos pro nostro munimine ubicunque volumus movemus propugnaculo autem defendere possumus. Sed hoc movere non possumus. Clipeus in manu est. Nam propugnaculum non tenet sed ... Ergo inter propugnacula et clipeos distat inquam que in sacro eloquio prius precedentium et miracula legimus et virtutes bonorum operum audimus. Ubi namque cognoscimus quod alius potuit mare dividere, alius sole figere, alius mortuum suscitare, alius paraliticos verbo erigere, umbra egrotos sanare, alius per sua sententia infirmantium febres obviare, quum tamen omnes et patientie longanimitate mites et zelo rectitudinis fervientes fuerunt. Ubi predicatione omnibus simul et mire largitate. Hii itaque quum vel de deo dicunt testatur miracula. Quia talia per illum non fecerunt nisi de illo ita narrarent. Et quum pii quum humiles quum benigni extiterunt eorum testantur operationes. Hii quidem de fide temptamur quum ex illorum predicatione compertimus cognoscimus miracula conspicimus et in fide quum ab eis accepimus confirmamur. Ergo illorum miracula nostra munimina sunt propugnacula. Que tamen et nunquam ... per illa possumus. Et tamen hii in manu nostra ... non tenemus, nam talia facere non valemus. Clipeus vero in manu est et defendit quia virtus patientie virtus nostra. Precedente nos gratia et in potestate est arbitrii et capitulo ... adversitatis turris itaque nostra enim propugnaculis finis edificata est in qua mille clipei pendent. Quia in scriptura sacra et sub miraculis priorum ... adversitatis abscondimus et ... sancte munimina etiam in manu operis tenemus. Nondum vero quod limen porte uno calamo mensuratur. Calamus autem in sex cubitis et palmo tenditur. Quia nudi licet in scriptura sacra et doctrina perfecte operationis et initium sancte contemplationis invenitur. Hii vero porta hoc loco unus ... predicator accipitur limen extremus in porta est limen vita activa. Limen vero intimus vita contemplativa. Per illa quippe ambulatur in fide per hanc vero festinatur ad speciem. Illa ex tunc ducit ut unusquisque bene vivere debeat. Ista intimus perducit ut ex bona vita ad gaudia eterna pervenire tingatur. Hec nos hodie tractasse sufficiat. Ut enim transeuntes ad alia dicenda ... locuti sumus ea que subiecta sunt lectoris altius reficiemus reparandi per silentium sperantes in verbo quum vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen. Explicit omelia xv. Incipit omelia xvi.

Erit enim erat spes quod spes aeris mensus est vestibulum porte octo cubitorum et frontem eius duobus cubitis. At ne hoc vestibulum extra porta esse credemus subditur: Vestibulum autem porte erat intrinsecus. Quid ergo primus vestibulum ... nisi eterne vite latitudo signatur que modo intra angustias vite presentis iam per spem et mentem concupitur. Unde per psalmista dicitur: Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confessionum. Cum enim peccata nostra plangimus confitemur angustie vite portam ingredimur. Sed enim post hec ad eternam vitam perducimur porte mox atria in confessionum laudibus intramus quia ibi iam angustia non est. Tunc nos letitia eterne ... permutatis adimpsit ... confessionis mox angustia vitas ... intrante per angustiam porta. Et tunc sic psalmista recipi in latitudinem gaudii eterni presumens dicebat: statuisti in loco spatioso pedes meos. Ad atrium ergo post porta

De vestibulo

Omel(ia)

tenditur quia in latitudine sollemp-
nitatis pertingitur ab angustia confessionis
Illa itaque gaudia que apud David atria
apud ezechielem vestibulum intrinsecus
vocantur. Unde et hoc ipsum vestibulum
octo cubitis dicitur mensuratum. Ubi enim omnes
recipiendi sunt qui nunc et in exercicio
operis laborant. et ad eterna gaudia contem-
plationis gratiam suspirant. Recte igitur ista
mensura vestibuli in octo cubitis po-
nitur. quia septem diebus universum tempus
evolvitur. Eterna etenim dies que exple-
ta septem dierum vicissitudine sequitur
scilicet octava est. Unde etiam psalmista re-
surrectionis diem considerans quo de eter-
ni iudicii causa districtione locuturus
premisit titulum dicens. In finem pro
psalmus pro octava. Ut enim quod octavam
diceret demonstraret. diem illam tremen-
di iudicii in psalmi inchoatione secutus
dicens. Domine ne in ira tua argu-
as me. neque in furore tuo corripias
me. Modo quippe enim per flagella cor-
ripitur et correptionibus emendatur
In mansuetudine corripitur. non in ira
In districto autem illo examine omnibus argu-
tio atque correptio in furore et in ira
est quia venia post correptionem non est
huius octonarii numeri causa est quod post sab-
batum dominicum volunt a morte resur-
gere. Dies quippe dominicus qui tertius
est a morte domini ab additione dierum nu-
meratur octavus quod septimum sequitur
Unde et ipsa vera redemptoris nostri pas-
sio et vera resurrectio signant aliquid
de suo corpore in diebus passionis sue
Sexta enim feria passus est sabbato
quievit in sepulchro. dominico autem die
resurrexit a morte. Prius etenim vita
ad huc nobis sexta est feria. quod in dolo-
ribus ducitur et in angustiis cruciatur
Sed sabbato quasi in sepulcro quiescimus
quia requiem anime post corpus invenimus
Dominico vero die verum a passione tertio
ab additione ut diximus. octavo iam
tempore a morte resurgimus et in gloria
anime etiam cum carne gaudemus

de octo pulsis

Quod ergo hic salvator noster fecit in se
hoc vatet signavit in nobis ut nos
et dolor in sexta et requies in septima
et gloria excipiat in octava. Hinc per
salomonem dicitur. Da partes septem nec
non et octo. quia ignoras quid mali fu-
turum sit super terram. Partem etenim
simul septem et octo damus qui sit ea
que septem diebus evolvuntur disponimus
ut per hec ad bona eterna veniamus. ut
dum nos caute agit, postmodum veniente
tremendi iudicii ira demittet. Octo
itaque cubitis mensuratur vestibulum
intrinsecus quia plenum que post septem
dies sequitur latitudo nobis eternitatis
aperitur. Sed nemo ad illam venit
nisi qui habet dilectionem dei ac proxi-
mi devota mente tenuerit. Unde et scribitur
Et frontem eius duobus cubitis frons
et cum porte est bonum initium inter partis
sit cum vestibulum intrinsecus eterna
requies debet intelligi. ita per frontem
porte necesse est qualitatem visibilis
vite signari. frons ergo porte duobus
cubitis mensuratur. quia quisquis
habet dilectionem dei et proximi firmatur
ipse ad eternitatis atrium pertingit. Vi-
ta igitur nostra ut duobus sit cubitis
mensurata tendi cotidie per caritatem
debet in amore dei simul et proximi
Non est enim caritas nostra si non unus a duobus
cubitis habet. Unde moyses cum ptolo-
ros vestium electorum virtutes exprimeret
in ornamentum pontificis. bis tinctum
coccum iubet adhiberi. Cocco namque
coccinum nisi caritas designatur que
semper per flammam amoris accendit
Sed coccus bis tingitur qui non solum
ex amore dei. sed etiam proximi cari-
tatis inflammatur. Nam quis-
quis sic amat deum. ut omnino pro-
ximi curam relinquat. ad huc in
eo coccus semel tinctus est. Et quis-
quis sic amat proximum. ut minuat
desiderium a quo flagrare debet ad domi-
num est adhuc in eo color tincture ge-
minatus. Debemus ergo et amare

Coccus d(icitu)r coccus color

eos cum quibus vivimus et ad illum
totis desideriis anhelare in quo vocati
vivamus. Ecce enim ad fidem atque ad au-
diendum verbum omnipotentis domini
nos qui religioso monti habitu vide-
mur ex omni seculi mundi qualitate conve-
nimus. atque ex dissimilibus iniquita-
tibus in sancte ecclesie concordia congrega-
ti sumus. ita ut iam patenter factum
esse videatur quod de promissione ecclesie
per ysaiam dicitur. Habitabit lupus cum
agno et pardus cum edo accubabit.
Nam per sancte caritatis viscera lupus
cum agno habitat. quia hi qui in
seculo raptores fuerunt cum mansuetis
ac mitibus in pace conquiescunt. Et
pardus cum edo accubuit quia his qui
peccatorum suorum maculis varius fuit
cum eo qui se despicit et peccatorem
fatetur humiliare consentit. Ubi
et subditur. Vitulus et leo et ovis
simul morabuntur. quia et is qui per con-
tritum cor ad cotidianum se deo sacrifi-
cium parat. et alius qui tamquam leo ex cru-
delitate seviebat. et alius qui velut
ovis in innocentie sue simplicitate
perdurat in caulis sancte ecclesie conve-
nerunt. Ecce qualis est caritas
que per diversitatis meritum accedit
concordiam conflat. et que si in unam
animam speciem reformat. Sed in eo quod
electi sic amant ad illum nitendum est ut
festinent quem eterno gaudio in celis
videre mereantur. Unde etiam non dormiat
redemptor noster qui et hec electorum
suorum corda ad unanimitatem ligat
et ad supernum amorem per intima desi-
deria semper stimulat. Unde et illic
subditur. Et puer parvulus minabit
eos. Quis iste est puer parvulus nisi
is de quo scriptum est. Puer natus
est nobis et filius datus est nobis. Qui
simul habitantes minat. quia ne
inferioribus rebus corda nostra inhere-
ant. hec per intimum desiderium cotidie

inflammat. Et hoc ipsum minare
eius est. Ad suum nos amorem inces-
santer attendere. Ne cum nos invi-
cem diligimus mentem in hoc exilio
remaneamus. Ne requies huius vite
sic placeat ut ad oblivionem patrie
perducat. ne delectata mens prosperis
torpeat. Unde et dominus suis fla-
gella permiscet. ut nobis omne quod nos
in seculo delectabat amarescat. Et
illud incendium surgat in animo quod nos
semper ad celeste desiderium incitet
et excitet. atque ut ita dicam delec-
tabiliter mordeat suaviter cruciat hi-
lariter contristet. Puer ergo nos par-
vulus minat quia is qui paulo
minus quam angeli minoratus est per
caritatem quam nobis exhibuit in hoc
nos mundo mentem figere non permitt-
bis trinitas itaque in nobis tota
est. si et habet proximos in quos sic nos
diligimus et ad auctorem omnium cum
ipsis quos diligimus festinamus.
Sic ergo vita nostra de perfecta caritate
bis tingitur. frons in nobis porte
duobus cubitis mensuratur. Hinc
ergo doctor seu sacrum eloquium vel certe
fides porte nomine signetur in mensura
utrumque cubiti caritas nos in quem et
accipitur quia et ille recte perducat qui
dei ac proximi amore docet. et ipsa
est certa scientia quam caritas edificat
et fides robusta est. Que se in di-
lectione dei ac proximi exercet. Sequitur.
Porro thalami porte ad viam orien-
talem tres hinc et tres inde et men-
sura una trium. Cuius thalami quod
viam orientalis designet iam superius
diximus. Nec replicare ea latius
iam necessarium putamus. Sed que-
rendum nobis est quod dicitur. tres hinc et
tres inde. Thalami quippe iuxta
viam orientalem sunt corda fervencium
in amore dei et sunt hii qui electi
et in testamento veteri fuerunt. sunt
hii qui in testamento novo servierunt re-
s nunc constat quod omnis examine

caritatis attensi sunt Neque enim
nec diu diligerent si eiusdem caritatis
que deus est gratiam non accepissent Iuxta
viam ergo orientalem tres hinc et tres
inde sunt thalami quia deus inter
veteres et novos patres dominus mediator
nari dignatus est Quasi in medio
thalamorum via orientalis apparuit
qui thalami ad eandem virtutum spem
ex caritatis sunt cognitione decorati
Si in vero ad virtutes electorum eiusdem
numeri referamus tres sunt virtutes
sine quibus is qui aliquid operari
iam potest salvari non potest videlicet
fides spes caritas Et quia eadem
spes fides caritas in antiquis patribus
que in novis doctoribus sunt iuxta
orientalem viam tres hinc et tres
inde thalami describuntur vel certe
quia tres priorum veterum distinctiones
fuerunt tres quoque quod novorum sub
sequitur Sequuntur Vetus quippe
populus habuit patres ante legem ac de
inde in lege et post modum prophetas
In novo autem populo primus hebreorum
primitie crediderunt postmodum
multitudo gentium in fide secuta est
ac deinde in fine seculi hebreorum
reliquie salvabuntur Via ergo incarnatio
domini et ex superiori parte patres ante legem
patres in lege atque ad extremum prophetas
habuit et ex posteriori fideles ex hebreis
fideles ex gentibus ac postmodum hebre
orum omnes reliquias colliget orientalis
via tres hinc et tres inde thala
mos habere memoratur Sed hoc quoque
non inconveniens accipimus si tres de
ordines fidelium dicamus Sive namque
in veteri sive in novo testamento
alius est ordo predicantium alius con
tinentium atque alius bonorum coniugum
Unde et isdem propheta in superiori parte
tres viros liberatos vidit Noe
Daniel et Iob In quibus videlicet
tribus predicatores continentes atque
coniugati signati sunt Nam Noe
arcam in undis rexit atque ideo figu
ram rectorum tenuit Daniel et in
aula regia abstinentie deditus fuit
et idcirco vitam continentium signat
Iob vero in coniugio positus et curam
domus proprie exercens placuit deo
per quem digne bonorum coniugum
ordo figuratur Via ergo etiam
ante mediatoris adventum et pre
dicatores et continentes ac boni con
iugati fuerunt qui eiusdem eius ad
ventum prestolarentur et magna
ad hunc siti desiderii videre cu
pierunt Et postmodum predicato
res continentes ac boni coniugati
sic cernimus existunt qui rede
mptorem nostrum non iam deside
rant in carne videri sed in ma
iestatis sua gloria contemplandum
si via orientalis tres hinc et tres inde
thalamos habet iuxta psalmi
ste vocem qui de eadem via vi
vit redemptore dicit In circui
tu eius tabernacula eius Sed
pensandum nobis est sollicita
intentione quod dicitur quia mensura
una trium Unum cum longe sit
a continentibus et coniugatis excellen
tia predicatorum et valde a conium
gatis distet eminentia continen
tium quid est quod una mensura di
citur Coniugati quippe quamvis
quod bene agant et omnipotentem
deum videre desiderent Dome
sticis tamen curis occupantur
et necessitate cogente in utroque
mentem dividunt Continentes
autem abhinc mundi actione remo
ti sunt et voluptate carnis
etiam a licito coniugio restringunt
Nulla coniugis mala filiorum
cura multis noxiis ac...

talibus rei familiaris cogitationibus
implicantur. predicatores vero non solum
a mentis se cohercent Sed etiam peccantes
alios perhibent ad fidem ducunt et
in studio bone conversationis instruunt
Quomodo ergo una trium est mensura quorum
inter equalitas una non est Sed men-
sura una trium est quia et si in eis
meritorum magna est diversitas tamen
distantia in fide in qua tenduntur
non est Nam eadem fides que istos so-
lidat in maximis illorum infirmita-
tem continet in parvis. vel certe trium
una mensura est quia in retribu-
tione ultima quamvis eadem dignitas
omnibus non sit una tamen erit omnibus
vita beatitudinis Unde et per semet
ipsum dominus dicit In domo patris
mei mansiones multe sunt Sed tamen
tamen qui in vinea ducti sunt quibus-
libet diversis horis venerint unum de-
narium percipiunt Quia itaque non
conveniunt mansiones multe cum
uno denario nisi quia diverse quidem
beatorum erunt dignitates erunt
Sed tamen una requies eterne retribu-
tionis Nam si et dispar erit multa
singulorum Non tamen erit diversi-
tas gaudiorum quia et si alter minus
atque alius amplius exultat omnes
tamen unum gaudium de conditoris
sui visione letificat Hoc quoque
est sive de vectibus seu de nonis
presbyteris sentiendum Quia orientalis
via cum tribus hinc et tribus inde
thalamos habeat mensura una
trium est quia ipsa fides atque ipsum
meritum tenuit corda precedentium
que replevit corda sequentium sub
testamento novo positorum sicut et per
paulum dicitur habentes autem eundem
spiritum fidei sicut scriptum est Credidi

propter quod locutus sum Et nos credi-
mus propter quod loquimur Spiritales quippe
patres illi patrem omnipotentem deum
trinitatem ita esse crediderunt sicut
eandem trinitatem novi patres aperte
locuti sunt Ysaias namque audivit
angelica agmina in celo clamantia
Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth
Ut enim personarum trinitas monstraretur
tertio sanctus dicitur Sed una esse substan-
tiam trinitatis appareat non dominos saba-
oth Sed dominus sabaoth esse perhi-
betur Quod David quoque similiter
sentiens ait Benedicat nos deus
deus noster et benedicat nos deus
Qui cum tertio dixisset ut unum
hunc esse ostenderet subdidit Et me-
tuant eum omnes fines terre Pau-
lus quoque loquitur dicens quoniam ex ipso
et per ipsum et in ipso sunt omnia
Ex ipso videlicet ex patre per ipsum per filium
In ipso autem in spiritu sancto Qui ergo
tertio dixisset ipsum adiunxit
Ipsi gloria in secula seculorum Amen
Qui enim non dixit ipsis sed ipsi
dicendo et ipsum distinxit personas
et subiungendo ipsi gloria non divisit
substantiam Quia itaque una est veterum
ac novorum patrum fides recte thala-
morum describitur mensura una
trium Quorum verbis alius replicatur
Quum subditur Et mensura una
frontium ex utraque parte Ex utraque
etenim parte est mensura frontium
quia patres veteris vel patres novi
vel nunc a novo testamento veni-
entes in una mediatoris fide con-
veniunt Qui pro eo qui caritate ple-
ni sunt caritate abstinentia edomant
corda audientium predicationis lu-
mine illustrant Signa faciunt vir-
tutes operantur et per hoc quod eorum
bona nobis foris innotescunt

non in imo frontes sed in summo celestis edi-
ficii vocantur. Omne enim quod primum in capite
conditur frons est, ut illud sit edi-
ficii vestibulum quod nobis nitentius
reseruato. Unde et sancte ecclesie in
canticis canticorum dicitur: Sicut cortex ma-
li punici gene tue absque occultis tuis.
Gene quippe sunt sancte ecclesie spirituales
patres qui nunc in ea miraculis choru-
scant et velut in eius facie venera-
biles apparent. Cum enim videmus multos
mira agere ventura prescire mundum
perfecte relinquere celestibus desideriis
ardere, sic cortex mali punici sancte ecclesie
gene rubent. Sed quod istud est omne
quod miramur in illius rei comparacione
de qua scriptum est quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit que preparavit deus diligentibus
se. Bene ergo cum miratur genas ecclesie
subdit absque occultis tuis. Ac si aperte
dicatur: Ea quidem que intra non la-
tent magna sunt, sed illa valde
ineffabilia que latent. Sequitur: Et men-
sus est latitudinem liminis porte decem
cubitorum et longitudinem porte trede-
cim cubitorum. Multa superius de porte
significacione iam diximus. Sed nunc
tenere aliquid debemus quod possit
et tecta lectoris prudencia penetrare.
Dictum quippe est per portam scripturam
sacram posse figurari. Sed hoc nobis
modo laboriose distinguendum est. Cum
latitudo liminis porte decem cubitis
et longitudo porte tredecim mensuratur,
hoc autem longitudo loco porte altitudo
dicitur, sicut nos longe stantes dicimus quod
altum videmus. Nam longitudo porte
dici intransitu non potest, cum latitudo
per decem cubitos demonstratur. Quid
ergo latitudo liminis porte nisi lex ve-
teris testamenti fuit? Et longitudo porte
nisi gracia testamenti novi? Scriptura videlicet
sacra dum per testamentum vetus
terrena operum compescuit, dari decimas
precepit quod per mandata similia

in liminis latitudine iacuit. Sed
dum per testamentum novum cogitaciones
pravas cohercuit, velut quoddam animam et
per hoc vitam corporis iussit cum prius solum
despiciens qui porta nostra in longitudinis
altitudine surrexit. Minora quippe
precepta israhelitico populo per legem data
sunt. Unde et eidem populo Moyses
in campo locutus est. Altiora dominus
sanctis discipulis dedit. Unde et
eosdem mandatis vite in monte docuit.
Unde nos redemptor noster per evangelium dicit:
Nolite putare quoniam veni solvere legem
aut prophetas. Non veni solvere legem sed
adimplere. Adimplere enim venerat
legem, cum legis iusticie graciam addi-
dit, ut quod illa iubebat in minimis ipse
perfici adiuvaret in summis. Et quod illa
cohercebat ab opere ipse resecaret a cor-
de intellectuum. Ergo lex que in la-
titudine iacuit in altitudine surre-
xit. Ipsa enim dei cognicio que apud
illam in spiritualibus patribus fuit nota
cum hebreorum populo non fuit. Nam
omnipotentem deum sciam vero trinita-
tem cum prophete predicarent populus is-
rahelitis solum decalogum tenebat in lege
fidem trinitatis nesciens. Quod mensuratur
ergo latitudo liminis porte decem cubitis
quia dum ille populus subtilitate
dei ignorantis mandatis serviebat de-
calogi. Mensuratur vero longitudo porte
tredecim cubitis quia per testamentum novum
in corde fidelis populi per mandato
decalogi que vetus custodit cognicio
trinitatis crevit. Et eo mandata legis
perfecte, quo trinitatem et omnipotentem
deum credidit. Ubi et querendum
potest cur isti latitudini liminis porte
quam superius dixerat uno calamo men-
surari inferius subiungit quod decem
cubitis mensuratur, ac deinde subdit
quod longitudo porte tredecim cubitis men-
suratur. Videlicet calamus, ut
sic sepe dictum est, sex cubitos habet.

intrans usque

et palmum. Decem vero cubiti iam me-
suram suam sicut calamum tenent. Tredecim
vero amplius quam decem. Quid est ergo
quod prius uno calamo limen porte, post-
modum latitudo eius decem cubitis, ad
extremum quoque longitudo porte tredecim me-
suratur, nisi quod sancti patres quos pre-
ceptum scriptura ante legem fuisse cogno-
scimus, unum quidem omnipotentem deum
sciam, nec tamen trinitatem esse noverunt, sed eandem
trinitatem quam cognoverat aperte nunc
predicaverunt. Qui eius iussionibus obedi-
entes et vite munditiam conservantes,
quasi in sex cubitis calami habuerunt
perfectionem operis, et sepe angelos videntes
habuerunt palmum contemplationis. Data
autem lege rudis ille hebreorum populus
mandata decalogi servare conatus est.
Sed tamen de cognitione sancte trinitatis
eruditus non est, et quibus hac spiri-
tales patres perfecte cognosceret multi-
tudo tamen magna synagoge nec in veritate
misterium trinitatis potuit. Nec quie-
scunt supervenientes autem gratia per testa-
mentum novum omnis fidelis populus
unum deum trinitatem esse cognovit
et virtutem decalogi in eius agnitione
complevit. Prius ergo limen porte mensuratur
calamo uno, postmodum latitudo eius
cubitis decem, atque ad extremum longi-
tudo porte cubitis tredecim, quia
et sanctis patribus ante legem activa
et contemplativa vita non defuit, et
sub lege decalogo populus dominice sube-
misterium nesciens in mandatorum
latitudine serviuit. Et nunc sub gra-
tia custodiens verius decalogi preceptis
omnis qui ad fidem venit sancte
trinitatis sacramenta cognoscit. Quia
in re nobis hoc quoque sciendum est,
quia per incrementa temporum crevit scientia
spiritalium patrum. Plus namque Moyses
quam Abraham, plus prophete quam
Moyses, plus apostoli quam prophete in
omnipotentis dei scientia eruditi sunt.
Si fallor si hec scriptura ipsa non loquitur:
pertransibunt plurimi et multiplex

erit scientia. Sed hec eadem que de Abra-
ham, Moyse, prophetis et apostolis diximus,
exempla dem vobis scriptura si possimus
ostendamus. Quis enim nesciat quod Abraha-
mum deo locutus est? Et tamen ad
Moysen dominus dicit: Ego sum deus
Abraham et deus Iacob, et nomen
meum Adonai non indicavi eis. Ecce
plus Moysi quam Abraham innotuerat
qui illud de se Moysi indicabat quod
se Abrahe non indicasse narrabat.
Sed videamus si prophete plus quam
Moyses divinam scientiam apprehendere
potuerunt. Certe psalmista dicit:
Quomodo dilexi legem tuam domine,
tota die meditatio mea est. Atque sub-
iungit: Super omnes docentes me
intellexi, quia testimonia tua me-
ditatio mea est. Atque subiungit:
Super seniores intellexi. Cum ergo
legem meditari se memorat, et super
omnes docentes se ac seniores intel-
lexisse testatur, quod divinam scientiam
plus quam Moyses acceperat manifestat.
Quod vero autem de ipsis sumus
quia plus sancti apostoli edocti sunt
quam prophete. Certe veritas dicit: Mul-
ti reges et prophete voluerunt videre
que vos videtis et non viderunt, et
audire que auditis et non audierunt.
Plus ergo quam prophete de divina scientia no-
verunt, quia quod illi solo spiritu vide-
rant, ipsi etiam corporaliter videbant.
Impleta itaque est ea quam superius diximus
Danielis sententia, quia pertransibunt plu-
rimi et multiplex erit scientia. Men-
sura ergo calami, qui ex sex cubitorum
ad extremum surgat in tredecim, quia
quanto mundus ad extremitatem ducitur,
tanto nobis eterne scientie aditus
largius aperitur. Sequitur: Et mar-
ginem ante thalamos cubiti unius.
Sic sepe diximus thalami corda
electorum sunt omnipotentis dei adore
ferventia. Quid ergo per marginem
ante thalamos nisi fides exprimitur,
quia nisi prius ipsa teneatur

Nullo modo ad spiritalem amorem per-
tingitur. Non enim caritas fidem, fides cari-
tatem perdit. Nemo enim potest amare
quod non crediderit. Margo itaque est ante
thalamos fides. quando ardore caritatis
nondum succensa est. Nisi ea que audi-
tur crederetur ad amorem corda que audierit
minime plateren inflammaret. Sed margo
ante thalamos cubitus unius est. quia
cum fides corda audientium deo in
amorem copulat quamquam peccatores et stig-
mata divisa non est. Sed in unitate
perducit, ut videlicet margo unius cubiti
audientes animum ad thalamum perducat.
quod celestis sponsi speciem quam habet predi-
cat pro modulo intelectibus demonstrat
Ubi quoque bene subditur. Et cubitus unius
finis utriusque. Utriusque autem dicitur
ac si dicat utriusque scilicet liminis et porte.
Per latitudinem quippe liminis et lon-
gitudinis porte veteris ac novum testa-
mentum diximus designari. Ad extre-
mum vero additur quod cubitus unius sit
finis utriusque. quia videlicet et testamentum
vetus unum nobis mediatorem dei et
hominum nunciavit et testamentum novum
eundem nobis nunciat in eterna claritate
venturum. quem iam per nobis cognovimus
incarnatum. Cubitus ergo unius
finis utriusque est. quia et quem lex
predixit in carne apparuit. et ipse quem
nunc testamentum novum loquitur in gloria
maiestatis apparebit et tunc utriusque
finis erit. cum missus in divinitatis
sue potentiam omnia que sunt predicta
compleverit. Septimum namque est finis
legis Christus ad iusticiam omni credenti.
Finis videlicet non qui consumit, sed qui
perficit. Tunc etenim legem perficit cum
sicut lex predixerat incarnatus apparuit.
Sed adhuc de eius iudicio multa
novum testamentum loquitur. adhuc de
regno illius multa narrat que nec-
dum videmus impleta. Ecce totidie
ewangelium legitur beata vita predi-
catur. Tunc ergo erit et novi testamen-
ti finis cum ea que de se dominus
pollicitus est impleverit. Finietur vero
testamentum novum quia perficietur.
Non enim ipse de quo loquitur in se
finit eiusdem testamenti verba cessabunt.
Unde et sancte ecclesie veri luminis diem
quasi tempus vernale prestolanti per
sponsi vocem dicitur. Surge propera amica
mea. columba mea. formosa mea
et veni. Iam enim hyems transiit
ymber abiit et recessit. flores appa-
ruerunt in terra. Tunc enim sancta ecclesia
seu unaqueque electa anima celesti spon-
so est amica per amorem. columba per
spiritum. formosa per morum pulcritudinem.
que cum iam de corruptione carnis
educitur. tunc procul dubio hyems transiit
quia presentis vite torpor abscedat.
Imber abiit et recessit. quia
cum ad contemplandum in sua substantia
omnipotentem deum educitur. iam
verborum gutte necessarie non erunt ut
pluvia de celo predicationis infundi.
Nam que minus audire potuit
amplius videbit. Tunc apparent
flores in terra. quia cum de eterne
beatitudinis vita quedam suavitatis
primordia pregustare anima ceperit.
quasi iam in floribus odoratur exiens
quod postquam egressa fuerit in fructu
uberius habebit. Unde et illic sub-
ditur. tempus putationis advenit
in putatione quippe sarmenta
sterilia reciduntur. ut ea que prevalent
uberius fructum ferant. Nostre
itaque putationis tempus advenit
quando infructuosam corruptionem. ac
noxiam corruptionem carnis deseri-
mus. ut ad fructum animi pervenire
valeamus. Cuius fructus nobis erit
ubertas nostra. visio unius. Cubitus ergo
unus est finis utriusque. quia unus
ille qui dixit Singulariter sum ego
donec transeam. Cum solus cum patre
et spiritu sancto presidet in celo sicut
passer unicus in edificio. Qui eadem
modum implevit legem per misterium
incarnationis et perfecte humilitatis
sue ita testamenti novi promissa
impleturus est per ostensam gloriam

claritatis sue. N(on) nisi nobis unum
cubitum. mensura quoque arche locuta
est. Archa enim que trecentis cubitis
fieri in longitudine iussa est sexagi-
ta vero in latitudine. triginta vero in
altitudine in uno e(st) cubito consummata.
Quod enim per archam nisi s(anc)ta ecclesia
figuratur. Que nimis ampla e(st). superius
angusta. Que a tercentis et sexa-
ginta et triginta cubitis ad unum
cubitum colligitur. quia ab ea latitu-
dine qua s(anc)ta ecclesia in membris suis
adhuc infirmantibus h(abe)t. paulisper
angustata et in altum proficiens ad
unum tendit. Ipsa enim racio exigit
ut credamus q(uod) in illa arche latitudine
omnes bestie cuncta quadrupedia atque
reptilia mansionibus sunt. homo
vero atque volatilia manerent in superioribus.
Iuxta superiorem etenim partem fenestra
sunt in latere. de qua corvum et columbam
dimisit homo. ut si iam diluvium cessisset
aque cognosceret. Et quia archa eius
in uno sunt cubito consummata. homo et
volatilia iuxta cubitum sunt. Recte
itaque per archam universa ecclesia designatur
que adhuc in multis suis carna-
libus lata est. in paucis spiritualibus
angusta. Et quia ad unum hominem
qui e(st) sine peccato colligitur qui in uno
cubito e(st) consummatur. Videmus etenim
multos in terra cunctos sancte ecclesie sinu
in superbia erigi in carnis voluptate
dissolui. adquirendis terrenis rebus
inhiare. Impetrare avaricia ma-
tra cupire. deservire iracundie nu-
giis vacare proximos quos prevalent
ledere. Sed quia adhuc eos s(anc)ta
ecclesia tolerat ut cunctant qui in archa
latitudine deorsum bestie morantur.
Videmus alios qui iam aliena
non querere illatam iniuriam equanimiter
portare rebus propriis esse contentos humili-
vincere. Sed isti iam pauci sunt
angustatur archa. Alios autem hospi-
tiumque etiam possessa relinquere. Nullum
terrenis rebus studium dare
iniunctos diligere carnem a cunctis volup-
tatibus domare. motus omnes sub racionis
iudicio premere pro celestis desiderium con-
templacionis penna sublevare. Sed quod
tales quoque valde rari sunt. iam archa
iuxta cubitum ducitur. ubi homines et vo-
latilia continentur. Restitutur tamen signis
in eis esse valeat sine peccato et nullus
invenitur. Nemo itaque homo sine peccato
est. nisi ille qui in peccatis conceptus
non est. In uno ergo cubito consummata
archa. Quia unus est auctor et rede-
mptor sancte ecclesie sine peccato. ad quem
et per quem omnes proficiunt. qui se esse pec-
catores noverunt. Dicatur itaque de
limine et porta et cubitus unus fronis
utriusque quia cum unus mediator dei
et hominum. homo Christus Ihesus in maiesta-
te sua apparuit. omnia utriusque testa-
menti que predicta et promissa sunt comple-
bit. Si vero nunc quod hoc loco maiusque
ad thalamos incoravit. neque hoc ab
hac sentencia abhorreat. quia cum iam
maiestas redemptoris nostri nobis omnia
fuit facta. fides cum iam cepit videre
homo quod credidit. Et ad finem suum
pervenit thalami quia corda fideli-
um in comparabiliter longe qui nos sunt
in amore illius proficiunt. Cubitus
ergo unus fronis utriusque e(st). quia unus
dei et salvatoris missio in electis su-
is fidem sunt et caritatem proficit.
Considerare libet quid nos simus qui
ista tractamus. Certe ex gentibus
venimus. terre parentes nostri lignorum
ac lapidum cultores fuerunt. Unde
ergo hoc nobis. ut ea que nunc usque
hebrei nesciunt hezechielis prophe-
tam profunda misteria cognoscere. Agamus
ergo gracias uni qui cuncta que
de eo in sacro eloquio scripta sunt.
opere implevit. ut que audita intelli-
gi non poterant nisi panderentur. Ibi
quippe incarnacio. Ibi passio. ibi
mors. ibi resurrectio. ibi ascensio in-
continetur. Sed quis nostrum hec audita
crederet. nisi facta cognovisset. Si-
gnatum ergo liber. sicut Iohannis

Quia nemo sine peccato est

De gentile racione

Dnil

De pietate dei magni qui nobis peccatoribus indulget

apocalipsi legitur quem aperire
et legere nullus poterat. Leo de tribu iuda
aperuit quia omnia eius nobis mi-
steria in sua passione ac resurrectione
patefecit. Et per hoc quod infirmitates
nostre mala pertulit sic nobis pote-
ncie ac claritatis bona monstravit.
Caro enim factus ut nos spirituales
faceret benigne inclinatus est ut ele-
varet ut introduceret visibilis
apparuit ut invisibilia monstraret
flagella pertulit ut salvaret obprobria
et irrisiones sustinuit ut ab obprobrio
eterno liberaret. Mortuus est ut vivi-
ficaret. Agamus ergo gracias vivificanti
et mortuo, videamus bene salutem
nostram et passionem illius. Ysaias
contemplatus ait ut faciat opus suum
alienum opus eius ut operetur opus
suum peregrinum est opus eius ab eo. Opus
certum dei est animas quas creavit
colligere ad eterne lucis gaudia et re-
ducere. Flagellari autem atque sputis
illini crucifigi mori ac sepeliri
non hoc in sua substancia opus dei est
sed opus hominis peccatoris qui hec
omnia meruit propter peccatum. Sed peccata nostra
ipse pertulit in corpore suo super lignum.
Et quoniam in natura sua manet semper incom-
prehensibilis in natura nostra comprehendi di-
gnatus est ac flagellari quia infirmi-
ca que erant infirmitatis nostre suscepit,
per ... nos ad sue fortitudinis
potenciam sublevaret. Ut ergo faciat
opus suum alienum opus eius et ut
operetur opus suum peregrinum est opus
eius ab eo. Verbum incarnatus deus
ut nos ad suam iusticiam colligeret di-
gnatus pro nobis est tanquam peccator
homo vapulare et alienum opus
fecit ut faceret proprium. Quia per hoc quod in-
firmitates mala nostra sustinuit nos
quos creatura illius sumus ad forti-
tudinis sue gloriam perduxit in qua
vivit et regnat cum patre in uni-
tate spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum Amen

compleat

Explicit sermo xvi Incipit xvii

Memoratis superioribus thalamis propheta
subiungit quod thalami sex cubitorum
erant hinc et inde. Verum in re magna
nobis questio generatur. Cur superius
thalamum uno calamo mensuratum
dixit quem vero calamum sex cubitos
et palmum habere perhibuit atque infimos
thalamos sex solum modo dicit cu-
bitis mensurari. Si enim non calamo
sed ex cubitis mensuratur. Palmus
deest qui superius in mensura cala-
mi dicebatur adesse. Sed si thala-
mi sunt sensus atque cogitationes fide-
lium in quibus caste anime conditori
suo in amore iunguntur, ut per sex cubi-
tos perfecta operatio per palmum vero incho-
atio contemplationis exprimitur. Sed
universalis ecclesia. Venimus membra
conspicere et atque invenimus quod sunt
in ea thalami uno calamo et sunt
alii sex tantummodo cubitis mensurati. Nam
fideles quidam in illa omnipotentem dominum
ita amant ut in opere perfecti sint et in
contemplatione suspensi. Hi perfecto cala-
mum in mensura habent quia et sex cubi-
tos operationis et palmum contemplationis
possident. Quidam vero omnipotentem quidem
deum diligunt et perfecte in bonis
operibus exercentur sed tamen contempla-
tionis eius magnitudine subtiliori intel-
lectu nesciunt. Amant autem sed investi-
gare gaudia eius claritatis ignorant.
Hii itaque sex cubitos habent et palmum
non habent quia ei iam pariter uniti
sunt sed ex contemplatione disiuncti.
Verum tamen thalami post quingentos
cubitos unius habent et inde ecce referuntur
qui vero in amore auctoris ac redemp-
toris nostri fideles anime et ex iudaico
populo et ex gentilitate convenerunt
unde et idem redemptor noster cum
asellum sedens urbem tenderet sic evan-
gelista testatur. Multi vestimenta
sua straverunt in via alii autem frondes
cedebant de arboribus et sternebant in
via. Et qui preibant et qui sequebantur clamabant

Talamus fidelium

Seu

de bonis fidelibus

de asello christi

De christi processione in iherusalem — xvij

dicentes Osanna benedictus qui ve-
nit in nomine domini. Salvator etenim
super asellum sedens iherusalem tetendit
quando unusquisque fidelis etiam reges
vel inclitum suum ad pacis intime vi-
sionem ducit mentem suam sedet et cum
sancte ecclesie vincula perducit eamque
in superne pacis desiderium attendit
Multi autem vestimenta sua in via ster-
nunt quia corpora sua per abstinentiam
edomant ut et iter adventui preparent
et exempla bona sequentibus prebeant
Alii autem frondes vel ramos de arbo-
ribus cedunt et sternunt in via quia
in doctrina veritatis verba atque sententias priorum
patrum eloquia decerpunt ut hec in
via dei ad auditoris animum venientis
humili predicatione submittant quod mo-
do quoque et nos modo facimus Nam
cum priorum sententias in sermone exhorta-
tionis assumimus frondes de arboribus
cedimus et has in via omnipotentis
domini sternimus Hos qui precebant et
qui sequebantur clamabant osanna
Precessit quippe iudaicus populus secutus
est gentilis. Et quia omnes electi
sive qui in iudea esse potuerunt sive
qui nunc in ecclesia existunt in medi-
atorem dei et hominum crediderunt et credunt
precesserunt et qui sequuntur osanna cla-
mabant Osanna autem latina lingua
salva nos dicitur. ab ipso enim salutem et prio-
res eius quesierunt et presentes querunt
et benedictum qui venit in nomine
domini confitentur quia una spes una
fides est precedentium atque sequentium populorum
Nam sicut illi expectata passione ac
resurrectione eius sanati sunt ita
nos preterita passione illius ac permanenti
in sola visione salvamur Ecce enim
priores nostri ex iudaico populo crediderunt
atque amaverunt venturum. hunc nos et
venisse credimus et amamus. cunctique
desideriis accendimur ut eum facie ad
faciem contemplemur. Thalami ergo eius
sunt et inde sunt quod corda amantium

fidem que in illo est et amore perficitur
et ab ultima completur. Sequitur
Et mensus est portam a tecto thalami
usque ad tectum eius latitudinem viginti
et quinque cubitorum. Sepe iam diximus
portam nonnumquam fidem ipsum creatorem
ac redemptorem nostrum mediatorem
dei et hominum ihesum christum posse signi-
ficari quia per fidem que in eo est introi-
tus ad vitam patet Sed etiam scripturam — De sacra scriptura
sacram que nobis causam fidei in
redemptoris nostri intellectu aperit
non immerito portam accipimus quia
ea velut ostio cognita ad intelligenda
invisibilia intramus Si igitur hoc in loco
ut prediximus porta scriptura sacra
accipitur querendum nobis est quid
per tectum thalami quid per tectum porte
signetur. Sed hic thalamus tectum
quia operta est mens amantium
et ad hunc fervor amoris in occulto
est. hic et porta tectum quia scriptura
sacra tota quidem propter nos scripta est
Sed non tota intelligitur a nobis
Multa quippe in illa ita aperte scripta
sunt ut pascant parvulos Quedam
vero ita obscurioribus sententiis ut ex-
erceant fortes quatenus cum labore in-
tellecta plus grata sint. Non illa autem
~~que ita~~ in ea clausa sunt ut dum
in ea intelligimus agnoscentes in signa
nostre cecitatis ad humilitatem magis
quam ad intelligentiam proficiamus
Sunt enim quedam que ita de cele-
stibus loquuntur ut solis illis supernis
civibus in patria sua persistentibus pateat
nec dum quod nobis peregrinantibus rese-
rentur. Nam si quis ad urbem inco-
gnitam pergens multa de illa in via
audiat quedam quidem ex ratione
colligit quedam non quia necdum
vidit nullo modo cognoscit Ipsi vero cives
qui in ea sunt et que de illa tacentur
et que de illa dicuntur intelligunt
Nos igitur adhuc in via sumus et multa
de illa celesti patria audimus Alia iam

per spiritum et rationem intelligimus, que adhuc vero non intellecta veneramur. Unde et de eodem sacro eloquio scriptum est: Extendens celum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Celum quippe sicut pellis extenditur, quia per ora mortalium scriptura sacra nobis in expositionibus explicatur. Quid sunt aque in celo superiores vel multitudines, nisi angelorum agmina, in quibus eius celi teguntur superiora, quia ea que in sacro eloquio altiora et obscuriora sunt, angelicis solum mentibus spiritibus patent et nobis adhuc incognita permanent. Sic ergo thalamus tegitur, quia nescit adhuc per omnia quantum amatur a proximo. Porta quoque, id est sacrum eloquium, hic tegitur, quia nec dum omnia penetrare ad intellectum possumus que de celestibus audimus. Restat ergo ut in hiis que intelligimus in profectu cotidie caritatis ambulemus. Et quamvis in nobis proximi nec dum non videant quantum diligantur a nobis, atque in sacro eloquio ea que nec dum intelligimus humiliter veneramur, Amplitatem ad que intelligendo pervenimus dilatari per bonam operationem debemus. Unde et dicitur: Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius latitudine viginti quinque cubitorum.

De quinque corporis sensibus

Quinque namque carnis sensibus preditis sumus, videlicet visu, gustu, olfactu, auditu atque tactu. Isdem vero quinque variis motibus per semet ipsum multiplicatis ad vicesimum et quintum numerum surgit. Operari autem exterius quedam de mandatis celestibus sine istis corporis quinque sensibus non valemus. Hiis quippe officiis suis iudex animus intus presidet, et quid exterius agere iuste vel misericorditer possit, quasi ipsis officiis renuntiantibus ac deservientibus agnoscit. Cum ergo timore omnipotentis domini animus impletur, necesse est ut quinque nostri sensus nobis velut subiecta officia in bona operatione deserviant, per quos cum aliquid agere misericorditer ceperimus, plus se cotidie ipsa mens aperit et quasi quendam sinus boni operis expandit. Quinque igitur sensus multiplicat in se, dum hoc quod in ipsis agitur in bono cotidie operis profectu multiplicat. Unde et latitudo esse viginti et quinque cubitorum dicitur, quia timor tenuitatis et fortitudo angustie est. Avarus enim ideo indigenti dare panem metuit ne sibi desit; adhuc in angustia timoris est. Avarus ideo vestimentum algenti non porrigit, quia hoc solus habere concupiscit; adhuc tenacie sic angustia coartatur. Remissus ideo bonum non agit, quia torpore animi pigrescit; ipse ei suus torpor angustia est. Respicere autem in ope gaudere, preterea largiri stipendia, prebere defensionem atque pro misericordie defensione pauperis adversantes crudelibus inimicitias non timere, magna mentis latitudo est. Metiuntur ergo inter thalamum et portam ea que inter iacet latitudo cubitis viginti et quinque, quia in exteriori sensuum operatione probatur et cognoscitur quanta interius latitudinis bonitas habeatur. Nam quod dicitur iam de scriptura sacra (?) ... dilectis et quantum proximorum caritatis amor in latitudine boni operis ostendis. Patet itaque viginti et quinque cubitis inter thalamum et portam latitudo, quia inter caritatem et scientiam testis est bona operatio. Que si fortasse desunt, profecto certum est nec cognovisse te dominum nec diligere proximum, id est nec portam sacri eloquii nec amorem thalami habere. Et mensus est a tecto thalami usque ad tectum porte dicitur esse mensuratum, per ea enim que nobis in sacra scriptura cooperta sunt nostra humilitas approbatur, quia quantumlibet illa non intelligimus, non superbe reprehendere sed venerari humiliter debemus. Unde et de domino scriptum est: Palpebre eius interrogant filios hominum. Palpebre quippe eius mandata sunt. Que aliquando nobis claudunt, aliquid aperiunt. Que aperiendo nos instruant, si intelligendo non extollimur; claudendo

prim

nos interrogant. Si non despicimus que
intelligere non valemus. Per caritatem autem que
de caritate mutua proximis iuncti non loqui-
mur in conspectu dei verius probamur.
In quorundam enim ore caritas sita est,
in quorundam vero cordibus. Et sepe
de caritate auditur quod non est, et non de-
monstratur quod est. Amore itaque nostro erga
proximum plus bona operatio loquatur quam
lingua, ut in nobis bona opera proximus
noster amari se videat. Et cum tamen non
possumus quantum volumus operari, omni-
potenti deo occulta amoris nostri suffi-
ciant. A fronte ergo thalami usque ad frontem
porte sit magna latitudo, et ab occultis
nostre caritatis propter proximi usque ad humi-
litatem suam propter dominum inquantum intelli-
gimus et valemus bona semper operemur.
pt. Post etiam porta ipse iam aditus regni
celestis intelligi potest, et sic ut thalamus
tectum habet porta tectum. Quia in quanta
sit nostra caritas in deo et proximo non
cognoscitur, et qui cognoscit et qui
de hoc seculo ad eterne vite requiem intro-
ducantur ignoratur. Esse enim redemp-
tor noster nobis diem mortis nostre incogni-
tum voluit, ut dum semper ignoratur
semper esse proximus credatur, quanto quisque
ferventior sit in operatione, quanto et incertus
est de vocatione. Unde et latitudo viginti
et quinque cubitorum thalamo ad por-
tam tenditur, quia per caritatem quam semel
in deo et proximo concipimus usque ad
ingressum regni. Decimus omne quod pos-
simus multiplicatur atque cessant operari.
A fronte itaque thalami usque ad frontem
porte magna latitudo est, quod et quam
quia inchoamus dominum diligere usque ad
ipsam dilectionem que nobis aditum
regni celestis aperit. Debemus nosmet
ipsos in magna bonorum operum actione
dilatare adversa patienter, proximis bona
libenter impendere. Ipsos etiam quos
patimur amare, vita tribuere, non
vita non ambire proximos, sic nos-
metipsos diligere, eorum bona nostra

credere, eorum mala quam propria deflere.
In tali ergo mente magna est latitudo,
in qua angustia odiorum non est. Certum
profecto latitudinem et dei et proximi
amore concipimus, perfectam mandata
cognovimus. Nam et ipsos latitudi-
quod egerunt. Unde et per quendam nube
dicitur: In carne autem ambulantes
non secundum carnem militamus. Patres et
eorum proximi coniugiis utebantur, filios
procreabant, substantias possidebant,
curas rei familiaris intendebant.
Istos autem per prophetiam iam spiritu providens
nubes describere, coniugia non appetere appete
filios non procreare, vel iusta querere
vel possidere non eos preterivit velut
homines ambulantes ut nubes vo-
lantes vocavit. Volant enim qui terra
quamvis non tangunt, quia in ipsa nil ap-
petunt. Qui vero et ad fenestras suas
quasi columbe sunt, quia per mansuetu-
dinis sue spiritum in hoc mundo per oculos
nil concupiscunt. Consideremus ergo
quante altitudinis iste spiritualis edi-
ficii porte sunt, quas et spirituales pa-
tres mirantur. Quanto itaque nos in earum

admiratione humiliari necesse est qui
pavimentum sumus. Sed quia sub longi-
tudinis appellatione altitudinem por-
tarum audivimus, Nunc autem ali-
quid earum latitudinem cognoscamus. Sequitur:
Et mensus est latitudinem a facie porte
inferioris usque ad frontem atrii interioris
extrinsecus centum cubitos ad orientem
et aquilonem. In quibus verbis si per ta-
ditum accipimus quod ad cognitionem
dei intramus, porta inferior fides est,
atrium vero interius contemplatio. Sit autem
porta inferior latitudinem in facie. Cra-
vere et fides per caritatis sue amplitudinem
sit eam que videtur a proximis operatori.
Cuius dum fortis a perfectionibus agi
conspicimus. Nos qui in bonis actibus
augustani exempla priorum magne
operationis accipimus, et unaquaque sanc-
tatio quasi quedam nobis sit latitudo
itineris, que prius erat angustia dif-
ficultatis. Sit quoque atrium interius fron-
tem contemplativa vita per quendam
signa desideriorum et gemitum ondit.
Centum vero numerus videlicet quantum amat.
Denarius autem numerus perfectus ipsum
multiplicatus in centenarium surgit.
Unde recte per centenarium magna perfec-
tio designatur. Sic de electis ipsa
veritas ait: Omnis qui reliquerit
domum vel fratres aut sorores aut pa-
trem aut matrem aut uxorem aut
filios aut agros propter nomen meum
centuplum accipiet et vitam eternam
possidebit. Neque enim sanctus quisque
idcirco hic terrena deserit ut hec possi-
deat in hoc mundo multiplicata possit.
Terrena quamquam terreno studio terram re-
linquit, terram non relinquit sed ap-
petit. Nec qui unam uxorem deserit
centum recepturus est. Sed per centena-
rium numerum perfectio designatur. Post
quem etiam vita eterna promittitur. Terra
quisquis pro dei nomine temporalia
atque terrena contempnit et hic perfectionem
mentis recipit ut iam ea non appetat

De spūali paupte. *xviii*

que ꝯtempnit Et in sequenti seculo
ad eternam vite glam̄ puenit Recte
itaqꝫ recipit qꝫ reddit qui pfectionis
spm̄ accipiens exterius non indiget
et si hᵃt nō hᵗ Ille enī pauper est
qui eget eo qꝫ nō hᵗ Nam qui et
non hn̄s hr̄e nō appetit ~~diues~~ diues est
Paupertas quippe in inopia metis ē
nō in q̄ntitate ~~possidens~~ possessionis
Nam tm̄ cū paupertate bene ꝯuenit
nō est pauper Mensus ē ergo vir
latitudinē a facie porte interioris usqꝫ
ad fronte atrii interioris extrinsecus
centum cubitos Quia redemptor
cotidie p magistros atqꝫ doctores
in mensura perfectionis metitur
vitam fidelium vel in exhibitione
boni operis p fidem vel in sanctis
desideriis p contemplationem Multi
enī videntur in fide positi magis
opari Sed in centum cubitis nō
mensurant͛ Quia p ipa que fa-
ciunt t͛renam Nam glam̄ querut
Et quedam videntᵘʳ pabstinentiā
cruciatā ꝯtitibꝫ insistere Sꝫ eorū
mensura ad centum cubitos nūme-
rat͛ Quia in hiis que agunt
ab humano iudicio fauores requirunt
Centus ergo ē qui p centū cubitos m̄-
suratur nisi ille cuius bona opa co-
rā intencione utitur ut in eo qꝫ agit
nō ad terrena lucra appetenda aut
ad laudes transitorias reflectatᵘʳ Cum
enī iniquam p ximus exhibere pos-
sessa largiri tunc celestialē indi-
gentibꝫ tribuere latitudo in facie
porte interioris est sed si tua dans
aliena nō apetas si terrenā glam̄
de ipō bono apere nō requiras rec-
te in centenarium num͛i idem in pfec-
tione mensuraris Nam qui vi-
detur dare misericordie opa et rapit
forsan violenter aliena iste adhuc
hunc que sit via pfectionis ignorat

Nec cognouit Unde ad pfectionem tendit
Quia nec ipm̄ eius initium inuenit
Prius enī appetitum auellere animi
debuit et postea que iure possidet
largire Unde scriptum est Declina
a malo et fac bonū Nondum enī pot
eē bonū qꝫ facit qui nec dum a malo
declinauit Et sunt quidā qui iā deo dedi
est ab alienis abstinet carne crucia-
uit Sed tamen si pulsati fuerint
cognoscunt͛ quia ad mundi glam̄
anhelat Isti fronte atrii interioris
ꝯudunt Sed pcentum cubitos nō
mensurantur Hii ergo in modo pfectionis
sunt De quibꝫ per paulū dr̄ Quia
carne suam crucifixerit cū viciis et co-
cupiscentiis Et nondum quia nō dr̄
quod intrinsecus Sed extrinsecus ista
mensurantur Quia vero et redemptor
noster cum p nos facta hominum vel approbat
vel iudicat nō intrinsecus Sed
extrinsecus metitur Unde et p ewan-
gelium dicit Ex fructibꝫ eorū cognosce-
tis eos Quia enī p hoc qꝫ videmus
agnoscimus opantis animū que nō vi-
demus sine latitudine que ē in facie
porte interioris sine atrii fronte interioris
extrinsecus metimur Cum enī alios
ꝯspicimus largiri elemosinā afflicto
ꝯcurrere nichil eos in hoc mundo
glīe querere in illius ꝯpendio iniuriare
atqꝫ alios videmus carnē domare lac-
rimis insiste vbis celestibus occupari
nil transitorii honoris appetere Quid
aliud debemus nisi eos pfectos credere
sctōs estimare Quia ergo hocqꝫ aspi-
cimus eē eos pfectos videmus eorū vitam
pcentum cubitos extrinsecus metimur Et
quia multi in iudea plerique in gen-
tilitate positi ad hanc pfectionis summā
venerunt recte subiungit͛ ad orientē et aquilonem
Iudaicus etenim populus oriens
iure dictus est De cuius carne ille natus
est qui sol iusticie uocatur De quo p
pphain dr̄ Vobis aut qui timetis dnm̄
orietur sol iusticie p aquilone vero genti-
litas figuratur que diu in pfidie sue frigo-
re torpuit Et in cuius corde ille regnat
qui attestā pphā apud semetipm̄ dixit

De piis opibꝫ

De gentilitate

Ponam sedem meam ad aquilonem. Nobis itaque
incarnatus dominus omnipotens alios perfec-
tos ex iudea, alios perfectos ex gentilitate
intra sanctam ecclesiam fecit. Centum cubitos non
solum ad orientem mensus est sed etiam
ad aquilonem. Sed quia per aquilonis
nomen de gentilitate sermo se intulit
considerare libet quantum fratres nos effusa
sunt viscera creatoris nostri. Omnes enim nos
ex gentilitate venimus. Antiquos parentes
nostros lignis et lapidibus serviebat et deli-
quentes deum a quo facti fuerant deos venerati sunt
sunt quos fecerunt. Nos autem per omnipo-
tentis dei gratiam ad lucem de tenebris
reducti sumus. Recolamus ergo de quibus
tenebris venimus ut de luce quam acce-
pimus gratias agamus. Neque enim dona
minima intelligit qui sue miserie me-
mor non est. Unde et per psalmistam
dicitur: Mirifica misericordias tuas qui sal-
vos facis sperantes in te. Tunc enim nobis
dei misericordie mire fiunt cum nobis ad me-
moriam miserie nostre revocantur. Nostra re-
colentes quod fuimus intelligimus cui de-
bemus quod sumus. Cantemus itaque cum
gaudio creatori nostro quia confracta [?]
captivitatis colla mentis excussimus. Gau-
deamus in nobis impletum esse quod per ysa-
iam dictum est: Et frenum erroris quod erat
in maxillis populorum canticum erit nobis
sicut vox sanctificate sollempnitatis. Fre-
num quippe erroris maxillas populorum
constrinxerat quia per dolorem erroris obligata
gentilitas deo non confessionis laudem
dare nesciebat. Sed hoc ipsum erroris fre-
num iam nobis in canticum versum est cum
gaudendo psallimus atque cantamus:
Omnes dii gentium demonia, dominus autem
celos fecit. Et rursum: Simulacra
gentium argentum et aurum, opera manuum
hominum. Os habent et non loquentur, oculos
habent et non videbunt. Aures habent et
non audient, nares habent et non odora-
bunt. Manus habent et non palpabunt,
pedes habent et non ambulabunt. Cum
itaque omnipotenti deo hec psallendo
dicimus, ipsum erroris frenum ad quod
a laude dei ora nostra ligaverat vocis in

canticum fecimus. Bene autem dicitur
sicut vox sanctificate sollempnitatis, quia
dum confessionis laudem deo reddimus
in sanctificata sollempnitate gaudemus.
Respondeamus ergo moribus tante miseri-
cordie redemptoris nostri, et qui lucem cogno-
vimus priorum operum tenebras declinemus.
Sed est iam rogo quid in hoc
mundo libeat. Ubique luctus aspicimus, un-
dique gemitus audimus. Destructe
urbes, eversa sunt castra, depopulati
agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus
in agris incola, pene nullus in urbibus
habitator remansit. Et tamen ipse parve ge-
neris humani reliquie adhuc cotidie
et sine cessatione feriuntur, et finem
non habent flagella celestis iustitie, quia
nec inter flagella correcte sunt acti-
ones culpe. Alios in captivitatem duci,
alios detruncari, alios interfici. Quid
ergo quod in hac vita libeat fratres mei?
Si et talem mundum adhuc diligamus
non iam gaudia sed vulnera amamus.
Ipsa autem que aliquando mundi domina
esse videbatur qualis remanserit ro-
mam conspicitis. Immensis doloribus
multipliciter attrita, desolatione
civium, impressione hostium, frequentia rui-
narum. Ita ut in ea completum esse vide-
amus quod contra ~~urbem~~ urbem samariam
per hunc eundem prophetam longe superius
dicitur: Pone ollam, pone inquam et mitte
in ea aquam, et congere vel frusta eius
in ea. Et paulo post: Et efferbuit coc-
tio eius, et discocta sunt ossa illius
in medio eius. Atque iterum: Congere ossa
que igni succendam. Consumentur
carnes, et coquetur universa compositio,
et ossa tabescent. Pone quoque eam
super prunas vacuam, ut incalescat
et liquefiat es eius. Tunc enim nobis
olla posita est cum hec est civitas constru-
cta. Tunc in eam aqua missa est et fru-
sta eius congesta sunt, cum ad eam undi-
que populi defluebant, qui velut aqua ca-
lens actionibus mundi fervescerent, et
quasi frusta carnium in ipso suo fervore
liquarentur. De qua bene dicitur: Et ef-
ferbuit coctio eius, et discocta sunt ossa

xviii

illius in medio eius. Roma prius
quidem in ea vehementer incaluit actio
glorie secularis. sed postmodum ipsa gloria
cum suis sectatoribus defecit. Possunt etiam
potentes seculi per carnes vero populi design-
antur. Quia sicut carnes portantur
ossibus ita per potentes seculi infirmitas
regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes
huius seculi potentes ablati sunt. Ossa
ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt
carnes eius liquefacte sunt. Dicatur
itaque congere ossa que igni succendam
consumentur carnes et coquetur universa
compositio eius ossa tabescent. ubi enim
senatus. ubi iam populus. contabuerunt ossa
consumpte sunt carnes. omnis in ea
secularium dignitatum fastus extinctus
est. excocta est universa compositio eius.
et tamen ipsos nos paucos qui rema-
simus adhuc cotidie gladii. adhuc co-
tidie innumere tribulationes premunt. Di-
catur ergo pone quoque eam super prunas
vacuam. Quia enim senatus deest
populus interiit. et tamen in paucis qui sunt
dolores et gemitus cotidie multipli-
cantur. iam vacua ardet Roma. Sed
quid ista de hominibus dicimus. cum rui-
nis crebrescentibus ipsa quoque edifi-
cia destrui videmus. Unde et
apte de civitate iam vacua subditur.
Incalescat et liquefiat es eius. Iam
enim et ipsa olla consumitur. In qua prius
carnes et ossa consumebantur. quia postquam
defecerunt homines etiam parie-
tes cadunt. Ubi iam sunt qui in eius
aliquando gloria letabantur. ubi eorum pompa
ubi superbia. ubi frequens et immoderatum
gaudium. Impletum est in ea
quod contra destructam Niniven per prophetam
dicitur. Ubi est habitaculum leonum et pascua
catulorum leonum. Nonne eius duces et
principes leones erant. qui per
diversas mundi provincias discurrentes
predam seviendo et interficiendo rapiebant.
Hic leonum catuli inveniebant pascua
quia pueri adolescentes iuvenes
seculares et secularium filii huc undique
concurrebant cum proficere in hoc mundo
voluissent. Sed ecce iam dissoluta
vel desolata contrita ecce gemitibus op-
pressa est. Iam nemo ad eam currit ut
in hoc mundo proficiat. Iam nullus
potens et violentus remansit qui op-
primendo predam diripiat. Dicamus ergo
Ubi est habitaculum leonum et pascua ca-
tulorum leonum. Contingit ei quod de Iudea
nomine per prophetam dictum. Dilata
calvitium tuum sicut aquila. Calvitium
quippe hominis in solo capite fieri solet.
Calvitium vero aquile in toto corpore
quia cum valde senuerit penne
eius ac penne ex omnibus illius membris
cadunt. Calvitium ergo suum sicut aquila
dilatat. quia plumas perdidit quia populum
amisit. alarum quoque penne ceciderunt
cum quibus volare ad predam consue-
verat. Quia omnes eius potentes
extincti sunt per quos aliena rapie-
bat. Hec autem que de Romane urbis
contritione dicimus in cunctis mundi civi- mundi
tatibus scimus. Alia etenim loca clade
depopulata sunt. Alia gladio consumpta
Alia fame cruciata. alia terre hiati-
bus absorta. Despiciamus ergo ex toto
animo hoc presens seculum vel extinctum
Finiamus mundi desideria saltem cum
mundi fine. Imitemur bonorum facta quantum
possumus. Sunt enim orientem et
aquilonem multi sunt qui per perfectionem
inter terrenum cubitus mensurantur. Ex
Iudea enim et gentilitate sic enim est
ad sanctitatis culmine exarserunt. Orientis
intelligi possunt et aquilonis etiam
iusti et peccatores possunt. Oriens quippe Oriens
non immerito iusti nominantur qui
in luce fidei nati sunt in innocentia
perstiterunt. Per aquilonem vero peccatores perstiterunt
accipimus qui in mentis frigore de-
lapsi sub peccati sunt umbra torpuerunt
Sed quia omnipotens Deus iniquos et tales ad
penitentiam revocat compunctione et lacrimis
lavat virtutibus ditat et usque ad perfectionem
gloriam sublevat non ab oriente tantum
cubiti sed etiam ab aquilone ducuntur
quum tam iustis et peccatoribus per dona et
penitentiam ad perfectionem veniunt largiente
Deo domino nostro Ihesu Christo. [illegible]

et regnat cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum Amen
Explicit o(melia) xviii Incipit xix o(melia)

Magna legentium debet esse discretio
ut in sacro eloquio cum quilibet
(sermo) primo dicitur. non semper una ea-
demque significatione credatur. sic enim sol
in bono. aliquando vero accipit(ur) in malo Sol
is enim nomine aliquando signatur dominus
aliquando persecutio. Attestante enim libro
sapientie. Impii in inferno dicturi sunt
Erravimus a via veritatis et sol iusticie
non illuxit nobis Et de iactis seminibus
dominus dicit. Orto sole cum ardore
aruerunt Prima videlicet sententia persecutionem
in reproborum cordibus predicatoris de(cla)
ratione Sic leo dominum signat. unde
scriptum est vicit leo de tribu iuda Sic
leonis nomine dyaboli similitudo
exprimitur. sic ut per primum pastorem
dicitur. Adversarius vester dyabolus sic leo
rugiens circuit querens quem devoret Sic
bovis nomine sapiens designatur.
Unde scriptum est. Non iugabis bovem
et asinum idest sapientem cum stulto
in predicatione non sociabis Sic plerumque
fatuus significatur. sic de eo qui in tur-
pitudinis amore captus est dicitur statim
eam sequitur quasi bos ductus
ad victimam. i. sicut fatuus trahitur
ad mortem Hec igitur dixi. Ne quis
portam significare dominum vel predica-
tores vel scripturam sacram vel fidem
exposui. iudicet quia iam in hoc propheta
porta legitur. aliud non credatur.
Cum enim de una porta propheta diversis modis
loquitur recte fides intellecta est Que
una est electorum omnium fides Cum vero aliter
nominantur intelligi per ora loquentis sapi-
ens debet. ... est predicatorum sunt per quem
vera vita cognoscitur et per quem ascenditur
ad sacramentorum spiritalium cognitionem
Nam porta per quam signari fidem diximus
Nondum nobis est quia interior ap-
pellatur. In hac enim vita de-
sumus qui in vero positi. adhuc in fi-
tenemus. et recte interior porta fides est

Dum electorum una est fides

quia nobis in terra positis aperit co-
gnitionem dei. Itaque nunc dicitur. Porta
vero que respiciebat viam aquilonis
atrii exterioris mensus est tam in lon-
gitudine quam in latitudine. et thala-
mos eius tres hinc et tres inde et
frontes eius et vestibulum eius sum
mensura porte prioris quinquaginta
cubitorum longitudinem eius. et lati-
tudinem. xxv. cubitorum fenestre autem
eius et vestibulum et sculpture secundum
mensuram porte que respiciebat ad
orientem Et septem graduum erat ascen-
sus eius et vestibulum ante ea. De
porta que respiciebat viam aquilo-
nis atrii exterioris ea ipsa replicata
que iam de porta alia superius dicta
dicta sunt. atque alia subiunctum
que de predicta porta propheta tacue-
rat. ut ego de hiis latius dissera-
mus que vel dum discussa sunt
debemus ea que iam dicta sunt sub
brevitate replicare. Porta etenim
viam aquilonis respicit cum predi-
cator quisque vitam peccatoris cognoscit
et quia interiora vite per verbum predica-
tionis aperit Que porta atrii ex-
terioris dicitur. Exterius quippe est
atrium vita presens In qua omne
quod corporaliter agitur corporaliter etiam
videtur Que tam in longitudine
quam in latitudine mensuratur Quia
cum ad fidem peccator ducitur Necesse
est ut eius doctor consideret vel quanto
in longitudine spei. vel quanto
in latitudine caritatis ex eius animo
intentione proficiat Qui enim consulit ad dominum
si adhuc bona vite presentis sperat
longitudinem non habet quia brevis
est vita in qua spem posuit Si per
ternarum rerum concupiscentiam et adhuc
per proximi odium coangustatur lati-
tudinem non habet. et quia nescit vel
transitoria contempnere. vel se in pro-
ximi amore dilatare Cum vero
commissa quisque etiam nunc eterne vite gaudia
longanimiter sperat per proximorum

molestias cum caritate tolerat et ea
quae non habet concupiscere contempnit lon-
gitudinem et latitudinem porta habet. quia
gloria praedicatoris est profectus auditoris.
Unde quibusdam per magnum praedicato-
rem dicitur: Gaudium meum et corona
mea. Et rursum: Nunc vivimus si vos
statis in domino. Atque iterum: Quae est
enim nostra spes aut gaudium? nonne
vos ante dominum. Longitudo ergo et lati-
tudo portae est quae ad aquilonem respi-
cit. quia cum infidelem quempiam
in peccati sui frigore torpentem praedicator
ad fidem converterit, per hoc quod eum in
longitudinem spei tendit et in ampli-
tudinem caritatis dilatat, eius gloriam
suam facit. Et quia in cognitione sanctae
trinitatis ex verbo praedicationis auditores
quique in eiusdem trinitatis amore pro-
ficiunt, habet haec eadem porta thalamos
tres hinc et tres inde. Quia omne
quod per testamentum novum de trinitate
praedicator loquitur, hoc et de testamento veteri
ostendit. et cor audientium in amore
caelestis patriae perficit. ut anima iam heres
deo quasi sponsa cum sponso in quodam
iam thalamo sedeat. atque a terrenis
se desideriis funditus amputat. Vel certe
ut longe superius dictum est. Quia tres
sunt ordines bene viventium. bonorum
scilicet coniugatorum, continentium atque praedicatorum.
et quia alii etiam in coniugiis positi ad amorem
caelestis patriae anhelant. Alii autem spe-
ciem gaudii et carnem macerant.
Et mundi quoque actus terrenos refugiunt. et
in curis huius saeculi implicari contempnunt.
Alii vero et terrena bona despiciunt et
caelestia gaudia praedicant quae cogno-
verunt. Quia isti omnes in spiritali aedifi-
cio thalami sunt. In quorum cogita-
tione et meditatione anima caelesti sponso
sociatur. Quos tres bonorum ordines
quia non solum ecclesia ex gentibus
habet sed aliquando etiam synagoga habuit
dum magna multitudo spiritalium
patrum redemptoris gratiam ad eius expe-
ctavit. Porta caelestis aedificii tres habet

Tres sunt ordines bene viventium

et tres inde thalamos habet. quia prae-
dicator quisque cum ad superna praemia
auditorem provocat. et novos patres et veteres
anhelasse caelesti desiderio demonstrat.
Plus enim plerumque exempla quam ra-
tiocinationis verba compungunt. Et
cum praedicator dicit, quales alii in coniu-
gio vel in continentia vel in praedicatione
gratia omnipotentis dei amore in novo
testamento fuerint. vel alii quales
in veteri. porta quae loquitur ternos ex u-
troque latere habere se thalamos ostendit.
Quae porta habet etiam frontem. Quia
est in praedicatoris vita apta opera quae
videntur. Habet et ante frontem vestibu-
lum. quia prius quam bona opera insi-
nuet praedicat fidem per quam anima humi-
lis veniens ad bonorum actuum altitu-
dinem sublevatur. Quae cuncta secundum
mensuram portae prioris sunt. iuxta
hoc quod subditur. quia mensus est
quinquaginta cubitorum longitudinis
eius et viginti quinque cubitorum lati-
tudinis. Haec iam superius latius
me dixisse meministis. Per quinquage-
narium enim numerum requiem exprimi fi-
guravit. Quia et quinquagesimo anno
vetus populus in requie datus est qui ap- Annus quinquagesimus appellatur
pellatus est iubileus. quia septenarius Jubileus
numerus per quem hoc omne tempus evolvitur
septies multiplicatus ad quadraginta
~~quinquaginta~~ et novem ducitur. Cui monas
additur, quia in unius contemplatione
requies aeterna perficitur. Ipse ergo quinqua-
genarius numerus nobis in longitu-
dine est. quia pervenire ad illam requiem
non potest nisi qui ad eam spe gratiae nos
tendere longanimiter potest. Quia enim
per quinquagenarium numerum ad aeternam requi-
em pervenimus. quod hoc nos omnino instru-
it quod in tabernaculo decem cortinae
iussae sunt fieri. quae haberent ansulas quinqua-
ginta et circulos aureos quinquaginta
a latere et summitate cortinae taberna-
culi. Cortinae sancti omnes sunt. qui
ex diversis virtutum coloribus in sanctae ecclesiae
ornamento proficiunt. Qui et interiora velant

Omel

et exteriora omnium membra exornant. Quia ergo
vita in contemplatione videtur ornari, tamen
est et eorum intellectus interius absconditur
donum celestia que in mente sentiunt
et dicere non possunt vocis aliquo modo re-
velant. Recte autem dicte cortine sunt
quia per decalogi custodiam ipsi sanctorum
corda perficere. Quinquagenarie vero ansule
cortinarum sicut quinquaginta precepta per-
fectionis celi speciem habent. Ansule ergo
cortinarum sunt precepta celestia in quibus
ligantur anime ut ab inferioribus sublevate
supernis pendeant. Hinc vero ansule
habent et circulos aureos intellectum scilicet sa-
pientia fulgentem. Cuius intellectus qui
debet esse per omnia circumspectus et cautus
sollicitudinis vigilantia in circuitu
rote per circulos designatur. Et notandum
quod a latere et firmitate iubentur an-
sule vel circulum cortinis sociari quia precep-
ta celestia et intellectus spiritualis non
solum nos debet sursum in dei amore
suspendere sed etiam proximo in caritate
sociare. In eo enim quod conditorem nostrum
diligimus quasi per superiores ansulas a celo
pendemus. In eo vero quod proximos per
nos metipsos amamus ansulas et
circulos a latere habemus ut cortine taber-
naculi id est fidelium anime per caritatem
coniuncte sint, quia non per discordiam
divise. Unde et habet primo longi-
tudinem quinquaginta cubitorum, per quinque
latitudo habet subiungitur xxv et quinque
cubitorum. Que vero latitudo ad caritatem
proximi pertinet. Ipsa enim in sinu cordis
se dilatat atque ipsa eos omne quod potest
boni operis exercet. Cuncta autem
bona opera que corporaliter fiunt per quinque
corporis sensus exhibentur, videlicet
per visum auditum tactum gustum odo-
ratum. Quinarius vero numerus per semet-
ipsum ductus ad vicesimum et quintum
pervenit. Quia bona opera cum agi
ceperint per fervorem animi ad augmentum
excitantur et per semetipsa multipli-
cantur. Unde et latitudinem in mente
faciunt ut non sit angusta per torpo-
rem sed expansa in bonis actibus

Nota

per caritatem. Omnis enim torpor cordis
angustia est. Omnis vero benignitas
caritatis magna latitudo. Nam et si
res desunt que fortasse indigenti
proximo prebeantur ampla est substantia
voluntatis bone que sufficit ad re-
gni retributionem sicut scriptum est: In terra
pax hominibus bone voluntatis. Se-
quitur: Fenestre autem eius et vestibu-
lum et sculpture secundum mensuram
porte que respiciebat ad orientem.
Multa hec iam superius latius dicta
sunt et idcirco sermo nos debet morosa ex-
positione tardare. Hoc tamen magno-
pere est quod porta ad aquilonem ea omnia
~~omnia~~ habere perhibetur que porta ad
orientem, scilicet fenestras scilicet contemplationis,
vestibulum humilitatis, sculpturas
bone operationis. Omnes enim qui per hoc
quod deo in conversatione nati sunt in
innocentia persisterunt porta ad orien-
tem habent, quia eis celestis regni adi-
tus patet illuc quod acceperunt. Et
omnibus qui in peccatis postmodum
lapsi torporis sui frigore sunt de-
pressi. Sed dum ex penitentia redeunt ad
amorem celestis patrie recalescunt por-
tam ad aquilonem habent, quia eis etiam
post peccati sui frigora celestis regni
aditus per veniam patet. Ergo habere
dicitur porta ad aquilonem que habet et
porta ad orientem, quia et conversi
peccatores sic ditantur virtutibus sicut illi
sunt divites qui cadere in peccato me-
tuerunt. Unde et psalmiste voce
per dominum dicitur: Cinerem tanquam panem
manducabam. Quia sic penitentes recipit
ut iustos, scriptum quippe est de pec-
catoribus olim in cilicio et cinere pe-
nitentiam egissent. Cinis ergo sicut panis
comeditur, quia ad amicitias sue gratie
peccatorem per veniam sicut innocentes revo-
catur. Porta igitur ad aquilonem habet
fenestras, habet vestibulum, habet scul-
pturas, quia cum peccator ad vitam

post culpas redeuntibus saepe lumen con-
templationis accipit atque de ipsa me-
moria indignitatis suae gratiam magnae
humilitatis, bonae quoque operationis ef-
ficaciam sumit, ut omne quod fieri praecipit
in vita eius quasi sculptum esse videatur.
Septem vero graduum erat ascensus eius
et vestibulum ante eam. Septem gradi-
bus ad portam ascenditur, quia per sanctum
spiritum septiformem gratiam aditus nobis
vitae caelestis aperitur. Quam septi-
formem gratiam Ysaias in ipso nostro ca-
pite vel in eius corpore quod nos sumus
enumerat dicens: Requiescet super
eum spiritus sapientiae et intellectus, spiritus
consilii et fortitudinis, spiritus scientiae
et pietatis, et replebit eum spiritus ti-
moris domini. Quos gradus de cae-
lestibus loquens descendendo magis quam
ascendendo numeravit, videlicet sapientiam et
intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam,
pietatem, timorem. Et cum scriptum est
sit: Initium sapientiae timor domini,
constat procul dubio quod a timore ad
sapientiam ascenditur. Non autem a sapientia
ad timorem redditur, quia nimirum per-
fectam habet caritatem sapientia. Et scriptum
est: Perfecta caritas foras mittit timo-
rem. Propheta ergo quia de caelestibus
ad ima loquebatur, coepit magis
a sapientia et descendit ad timorem.
Sed nos quia terrenis ad caelestia
tendimus, eosdem gradus ascendendo
numeremus, ut a timore ad sapientiam
pervenire valeamus. In mente et-
enim nostra primus ascensionis gradus
est timor domini, Secundus pietas,
Tertius scientia, Quartus fortitudo,
Quintus consilium, Sextus intel-
lectus, Septimus sapientia. Est etenim
timor domini in mente. Sed qualis
iste timor est, si tamen ei pietas non
est? Qui enim nescit pro primo

ignorat. Qui enim cum pati eius
tribulatione dissimulat, huius timor
cui omnipotentis dei oculos nullus
est qui non sublevat ad pietatem.
Sed saepe pietas per inordinatam miseri-
cordiam errare solet, si forte pepercerit quae
parcenda non sunt. Peccata enim quae
ferire gehennae ignibus possunt
disciplinae sunt verbere corrigenda.
Sed inordinata pietas cum tempora-
liter parcit, ad aeternum supplicium pertrahit.
Ut ergo vera et ordinata sit pietas
ad gradum est alium sublevanda,
id est ad scientiam, ut sciat vel quid
ex iustitia puniat, vel quid ex
misericordia dimittat. Sed quid si sciat
quod agere quisque debeat, et virtutem vero
agendi non habeat? Scientia ergo nostra
crescat ad fortitudinem, ut cum
viderit quod agendum sit, hoc agere
per mentis fortitudinem possit, ne
timore trepidet et pavore col-
lapsa non valeat bona defendere
quae sentit. Sed saepe fortitudo
si improvida fuerit et minus contra
vitia circumspecta, ipsa sui praesump-
tione in casum ruit. Ascendat
ergo ad consilium, ut providendo
praemuniat omne quod agere fortiter
potest. Sed esse consilium non potest
si intellectus deest, quia qui non
intelligit malum quod agentem gravat,
quomodo potest bonum solidare
quod adiuvat? Itaque a consilio ascen-
damus ad intellectum. Sed quid si
intellectus magno quidem acu-
mine vigilet et moderari se nesci-
at per maturitatem? Ab intellectu
ergo ascendatur ad sapientiam, ut hoc
quod acute intellectus invenit sapientia
mature disponat. Quia igitur
per timorem surgimus ad pietatem

De ascensu ad deum per vii portas

per pietatem ad scientiam ducimur, per scientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad consilium tendimus, per consilium in intellectum proficimus, per intellectum ad maturitatem sapientie pervenimus. Septem gradibus ad portam ascendimus, per quam nobis aditus vite spiritualis aperitur. Bene autem dicitur quia vestibulum erat ante eam, quia nisi prius quis humilitatem habuit, ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit. Sicut scriptum est: Super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. De quo per psalmistam dicitur: Ascensus in corde suo disposuit in convalle lacrimarum. Convallis quippe humilis locus est, et peccator quisque dum se humiliat in lacrimis affligit, in corde pascensium virtutum perficit. Rursus ait: Emittis fontes in convallibus. Quia omnipotens deus dona spiritualia que humilibus prestat. Potest quoque per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradus et portam, quia prius ad fidem venimus et postmodum per spiritualium donorum gradus vite celestis aditum intramus. Non enim virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim centurio, cuius elemosine ante baptismum angelo teste laudate sunt, non operibus venit ad fidem sed fide venit ad opera. Nam ei per angelum dicitur: Orationes tue et elemosine ascenderunt in conspectu dei. Si enim deo vero et ante baptismum non crediderat, quem orabat? Vel quomodo illum omnipotens deus exaudierat si non ab ipso se in bonis perfici petebat? Sciebat igitur creatorem omnium deum, sed quia eius omnipotentis filius incarnatus esset ignorabat. Neque enim potuit bona agere nisi ante credidisset. Scriptum namque est:

De Cornelio centurione

Sine fide impossibile est placere deo. Si fidem ergo habuit, tamen eius orationes et elemosine placere deo potuerunt. Bonum autem actione promeruit ut deum per veritatem cognosceret et incarnationis eius misterium crederet, quatenus ad sacramenta baptismatis perveniret. Per fidem ergo venit ad operationem, sed per opera eius solidatus in fide. Vestibulum itaque ante gradus, quia qui prius credidit ipse post virtutum gradibus ad porte aditum ascendit. Sequitur: Et porta atrii interioris contra portam aquilonis et orientalem. Hoc loco contra non per adversitatem ponitur sed per rectitudinem. Ita enim porta interioris atrii posita monstrabatur ut porta aquilonis orientis recto aditu tenderet. Quid est ergo quod porta interior recto itinere posita contra portam orientis et aquilonis ostenditur, nisi hoc quod aperte datur intelligi, quia primum iudaico et gentili populo, seu iustis et peccatoribus, sed post peccata quisque reversis aditus regni celestis aperitur. Largitas enim misericordie creatoris nostri et porta interior non solum portam orientis respicit sed etiam aquilonis, quia non solum hiis qui in innocentia permanent, sed etiam peccatoribus peccata sua penitendo deplorantibus aperitur. Interioris atrii gaudia et ineffabilia misteria patrie celestis agnoscant, agnoscendo sitiant, sitiendo currant, currendo perveniant. Hoc interni gaudii secreta cognoverat qui dicebat: Sitivit anima mea ad deum vivum; quando veniam et apparebo ante faciem dei. Predicator gentium ad hunc aditum regni celestis anhelabat cum diceret: Cupio dissolvi et esse cum Christo. Hec exultationis occulta secreta cognoverat sponsa que dicebat: Dilectus meus misit manum

suam per foramen et venter meus intre-
muit ad tactum eius. Dilectus etenim
manum suam per foramen mittit quia virtu-
tum pulsat sua dominus nostram animam per
subtilem intellectum pulsat et venter
ad tactum illius contremiscit. Anima infir-
mitatis nostre per hoc quod celestis gaudii
intellectu tangitur ipsa sua exultatione
turbatur et fit in mente pavor ac le-
titia. Anima iam sentit quod de celesti ga-
udio diligat et adhuc metuit ne non plene
percipiat quod vix tenuiter sentit. Sed quid
restat nisi ut se ad perfectionis vite summum
dirigat omnis qui illa gaudia patrie celestis
agnoscunt. Unde et hic aperte subiungitur:
Et mensus est a porta usque ad portam
centum cubitos. Centenarium namque quia
decies per denarium ducitur iam superius
diximus esse perfectum. Quid vero quod addi-
tum atrium interioris indicat perfecto vite
ut per vitam perfectionis currat ut a por-
ta inchoationis usque ad consummationis
ingressum perveniat. Mensuret ergo
atrium interius quod apertis exterioribus usque
ad portam interiorem tendit centum cubitis (latitudo atrii)
ut qui intro amare cepit latitudinem
perfectionis habeat in mente quatenus in eum
quem diligit hunc nec adversa coangu-
stent. Sed transitoria cuncta despiciens
quo usque ad gaudia secreta perveniat
per atrium perfectionis currat. Sunt etenim multi
qui iam in septem gradibus aditum porte
exterioris intraverunt nisi quedam superne
dispensationis modum per timorem dei hu-
miles per pietatis studium misericordes per
scientiam discreti per virtutis fortitudinem liberi
per consilium cauti per intellectum provi-
di per sapientiam maturi. Sed adhuc quibusdam
necessitatibus obligati huius mundi curis
inserviunt. Et unde iam ex magna parte
excusserunt animum ibi adhuc tenent in viti
Cumque super imposita cure occupationis
portat onera minus in preceptis celestibus
exercent anhelare medullitus ad eterna premia
(vacat) non vacant ipsa in eis sua aliquo modo de-
sideria languescunt. Anima a multis
temporalibus prepedita vera gaudia que
cognovit amare sicut non licet quantum libet.

Hi plerumque a iugo mundi colla mentis
excutiunt omnia deserunt terrene cure pon-
dera deponunt atque ut ad celeste deside-
rium latius animum sinum laxent vitam
remotam petunt et in ea sanctis studiis
intenti sacris meditationibus dediti
quotidian cotidiano se fletu afficiunt et
vetustatem cordis igne amoris conflant
atque ad celeste gaudium ascendendo
se innovant. Hi plerumque in ipso suo de-
siderio accensi exire iam de carne con-
cupiscunt atque ad vitam presentem redire
post fletus nolunt. Sed tamen diffe-
runtur ut dilatatus amor ex ipsa sua
dilatatione proficiat et ardenti desiderio
quod negatur crescat. Sic in regione
Gerasenorum qui liberatus a legione de-
monum fuerat ire iam cum domino vo-
lebat. Sed tamen ei dicitur: Revertere
in domum tuam et narra quanta tibi
fecerit dominus. Sic sponsa in canticis
canticorum sanctis desideriis anxia lo-
quitur dicens: In lectulo meo per noctes
quesivi quem diligit anima mea, quesivi
illum et non inveni. In lectulo enim
dilectum querit qui in ipso suo otio et va-
catione quem appetit iam videre con-
tendit concupiscit iam ad eum exire
desiderat iam carcere presentis vite te-
nebris anhelat. Sed querit illum et
non invenit quia quem magno amore
desiderat adhuc tamen ei non conceditur
videre quem amat. Tales itaque secreto
viventes quid aliud in hoc desiderio faci-
unt nisi iam apertis exterioribus per
atrium interius ad portam tendunt. Quibus
sepe evenit ut cum se viderint ma-
gno celestis spei munere [illegible] ta-
se perfectos existiment et obedientes pu-
tent. Sed quia nullus est qui divina precipi-
at pacientes se esse credunt. Sed quia
nemo eos per contumelias et adversitates
pulsat quietos et humiles se existimant.
Anima et plerumque contingit ut spiritale
ministerium vel inviti suscipiant atque
ad gubernationem fidelium deducant. Qui
cum magnis tribulationibus fuerint hic
et inde pulsati turbati mente se ec-

Dñi

in profectus inveniunt. Qui non pulsati profectos se esse crediderunt. Tunc exercitantur ut se ad semetipsos colligant et apud tacitam opprobrium sue infirmitatis erubescant, atque ex ipsa sua confusione roborati contra adversa patientiam opponant et ex tribulatione proficiant qui prius in otio ex ipsa sua securitate torpebant. Et veraciter esse tales incipiunt quales se esse prius in animo putaverunt. Hinc itaque tum a portis exterioribus usque ad interiora portam per bonum studium atrium. Differunt hoc ipsum in eis atrium per centum cubitos mensuratur. Quia dilatatione et extensione in sancta cotidie perfectione proficiunt. Per cotidiana enim desideria in mentem perfecti quasi centum cubitis interius atrium mensurant. Ideo ergo a portis usque ad portam centum sunt cubiti, ut quasi quedam mora eundi sit ipsa dilatatio veniendi, per quam cotidie in virtutibus crescit ut ad interiorem aditum perfectus perveniat. Sequitur: Et duxit me ad viam australem, et ecce porta que respiciebat ad austrum. Et mensus est frontem eius et vestibulum eius iuxta mensuras superiores, et fenestras eius et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras, quinquaginta cubitorum longitudine, latitudine viginti quinque cubitorum. Et in gradibus septem ascendebatur ad eam, et vestibulum ante fores eius. Cuncta hec in orientis et aquilonis portis iam dicta sunt et congeminari non est, ut ea que semel ac secundo exponentes diximus sepius replicemus. Notandum tamen nobis est, quia in spiritali edificio alter aditus ad orientem, alius ad aquilonem, atque alius ad austrum patet. Sicut enim aquilonis frigore peccatores, ita per australem viam ferventes spiritu designantur. Quia calore sancti spiritus accensi, velut in meridiana luce virtutibus excrescunt. Patet itaque porta ad orientem ut hii qui sacramenta fidei bone inchoaverunt et in nulla postmodum vitiorum profunditate demersi sunt ad gaudia secreta perveniant. Patet porta ad aquilonem ut hii qui post inchoationem caloris et luminis peccatorum suorum frigore et obscuritate dilapsi sunt per penitentiam

prime ad veniam redeunt et que sit interne retributionis vera letitia cognoscunt. Pateat porta ad meridiem ut hii qui sanctis desideriis in virtutibus fervent spiritali intellectu cotidie intimi gaudii misteria penetrent. Ut hec autem que per tri- quatuor lineas mundi partes sunt. Cum in hoc edificio hee exteriores non iiij^or sed tres porte esse memorantur. Re requirendum fuerat si propheta non spiritale, sed corporale edificium vidisset. Sancta enim ecclesia in spiritale edificium ut ad secreta gaudia pertingat tres solummodo portas habet, scilicet fidem spem atque caritatem. Una ad orientem, alia ad aquilonem, tertia ad meridiem. Porta quippe in oriente est quia per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad aquilonem spes est, quia unusquisque in peccatis positus si de venia desperaverit funditus perit. Unde necesse est qui per sua iniquitate extinctus est per spem venie reviviscat. Porta ad meridiem caritatis, quia in igne ardoris ardet in meridiana et cum porta sol in altum ducitur, quia per caritatem lumine fidei inditi et proximi dilectione sublevatur. Tribus igitur portis ad interius atrium tenditur, quia per fidem spem atque caritatem ad gaudia secreta pervenitur. ~~tur porta atrii~~. Alia quoque que dicitur, cur porta atrii interioris posita contra portam orientis et aquilonis dicitur. Et an ad australem portam pateat tacetur. Sed quia per orientem inchoantes, per aquilonem lapsos diximus designari dignum fuit ut vel de inchoantibus quibus adhuc sol in tempore est vel etiam de lapsis per conversionem redeuntibus apte diceretur quod eis porta atrii interioris pateat. Quatenus ex ipsis nos ceteros faceret de quibus dubitari potuerat. Hoc autem de porta australi dicendum non erat. Quia eos ad gaudia interna pertingere qui fervore spiritus in virtutibus permanent nullus ignorat. Usus quippe sacri eloquii ea de quibus dubitari solet apte potuit dicere et ea que constant tacere. Sicut per psalmistam dicitur: Irritaverunt Moysen in castris et

et aaron sanctum domini. Aaron quippe exi-
gente populo ydolum fecerat et ideo poterat
de eius vita dubitari. Moyses ergo
sanctus non dicitur qui sanctus esse non dubitatur
vel ab omnibus scitur. et aaron sanctus nominatur
ut nobis de vita illius dubitationem
tollat. Sequitur. Et celate palme una
hinc et altera inde in fronte eius.
Sciendum est hoc quod prius in frontibus pictura
palmarum. nunc autem celate palme in fron-
tem esse memorantur. In celatura quippe
lapidum exteriora esse opera videntur.
Sed sicut iam superius diximus pictura pal-
marum est ostensio prophetarum. Nunc vero ce-
latura palmarum dicitur ut bonorum operum de-
monstratio designetur. Operibus enim omnis
predicatoribus dicitur ut videant opera vestra bo[na]
et glorificent patrem vestrum qui est in celis.
Sancti igitur in vita sua in prospera esse sua
opera demonstrant palmas in fronte
celatas habent. Quia quantum illos in po-
sterum victoria sequitur. iam nunc in
sanctis suis operibus ostendunt. Vel certe
quia fidem orientis spem aquilo-
nis caritatem vero australem portam
diximus designari. Notandum nobis
est quia orientis porta pictura
palmarum est in aquilone vero et meridie
celatura esse perhibetur. Quia contingit
sepe ut hi qui ad bonum inchoantes
sunt nec dum se operibus solidis ac
magnis exercitant. hii vero qui post
infirmitates ad virtutem redeunt. plerum-
que ut culpas suas ante omnipotentis
dei oculos tegere valeant in magnis
operibus exercentur. Et qui iam fervore
spei in virtutibus excreverunt quasi in meri-
die in sanctis actibus iam ardescunt. In
oriente ergo porta pictura est. in aqui-
lonis vero et in meridie celatura. Quia
signum victorie quod inchoantibus ostenditur
hoc in recurrentibus atque fervescentibus iam
solidius et robustius tenetur. Nota-
ndum quam magno opere est quod dicitur hinc
et inde. Omnes enim qui ad vite aditum
tendimus et ex dextro et ex sinistro
latere habere palmas debemus. Quot
enim hinc et inde dicitur latus utrumque

signatur. A dextro igitur palmam
habet is qui prospera non extollunt. a
sinistro palmam habet is quem adversa
non deiciunt. quasi ex utraque parte por-
tabat palmam. Paulus cum diceret
per arma iusticie a dextris et a sini-
stris per gloriam et ignobilitatem et per
infamiam et bonam famam. ut se-
ductores et veraces. Nec hunc adversa
frangebant nec prospera in mentis tumore
sublevabant. hinc et inde ergo gestabat
palmam. Quia et in adversitate fortis
et in prosperitate humilis permanebat.
Quisquis enim de prosperis extollitur
hic in parte dextra palmam nescit.
Quisquis in adversitatibus frangitur
portare palmam a sinistro latere igno-
rat. Ut ergo hinc et inde palma ge-
stetur in fronte adesse semper nostris
mentibus debet in adversis fiducia et
in prosperis timor. Ne aut adversa
in desperationem pertrahant aut prospera
animum in sui fiducia extollant. Hinc
est quod isdem egregius predicator dice-
bat. Scio et humiliari. scio et abun- & humilitate
dare ubique et in omnibus institutus
sum et saciari et esurire et habundare
et penuriam pati. omnia possum in eo
qui me confortat. Nunquam namque
fuit ars est aliqua humiliari et habun-
dare saciari et esurire. habundare
et penuriam pati. ut pro magno se
scire ista tantus predicator insinuet
ars omnino et magna disciplina scientia
que toto nobis cordis est animo di-
scenda. Quia enim penuriam suam non
frangit ad gratiarum actionem non vertat
in rerum temporalium desiderio non accen-
ditur scit humiliari. Hoc enim loco apostolus
humiliari dixit penuriam pati. Ne-
statim egregie subiunxit scio et habun-
dare. Quia enim acceptis rebus non ex- Audi pauper
tollitur qui eas ad usum vane glorie
non intorquet qui solus non possidet
quod accepit sed hoc cum indigentibus
misericorditer dividit scit habundare.
Qui acceptis alimentis non ad ingur-
gitationem ventris utitur sed ad reparatio[nem]

virtutis. nec plus carni tribuit quam necessitatis petit sed satiari. Quia alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat nec per iniquitatem victus agit aliquid unde anima peccati laqueum incurrat. Scit esurire. Quem ergo nec habundancia in superbiam elevat nec in necessitate cupiditas invitat. Novit habundare, novit penuriam pati. Quia tamen statim subdidit: Omnia possum, ne elationis esse videantur verba credemus adiungit: in eo qui me confortat. Ecce in altum ramus prodiit, sed quia in radice se tenet in viriditate permansit. In altum enim surgens arescerit si se a radice divisisset. Sibi enim nichil tribuitque omnia se posse non in se sed in eo qui se confortat fatetur. Habuit et inde ergo predicator egregius palmam hic quia nec habundancia in superbia nec inopia ad avariciam pertrahit. Discamus itaque fratres non solum in prosperis sed in adversis quoque gratias agere. Presertim cum nobis ex pietate sua factus est conditor noster. Nos quoque adoptivos filios ad hereditatem regni celestis nutrit et non solum donis reficit sed etiam flagellis erudit. Discamus habundare ut cuncta que ab eo accipimus cum indigentibus partiamur ut nos habundancia non elevet, ne fortasse gaudeat. Quia hec adest sibi quod deest alteri et non de communi bono letetur. Sic ipse a privato gaudio veritas ad commune discipulos revocat cum eos de predicatione redeuntes et de subiectione demonum letantes ammonet dicens: Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudete et exultate quia nomina vestra scripta sunt in celo. Non enim omnes electi demonia eiciunt sed tamen electorum omnium nomina tenentur in celo adscripta. Ammonentur ergo discipuli privatam leticiam deponere cum communi et perpetua felicitate gaudere. Quem sequimur in eo itaque gaudet quod alter non habet extra sua habundancia dictior factus gaudium privatum habet. Contra huius nos appetitum habundancie Iohannes ammonet dicens: Nolite diligere mundum neque ea que

in mundo sunt. Quia iuxta rationem subdidit dicens: Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. Nemo enim potest duobus dominis servire. Quia non valet simul transitoria et eterna diligere. Si enim eternitatem diligimus, cuncta temporalia in usu non in affectu possidemus. Quia causam vero protinus subdit dicens: Quia omne quod est in mundo concupiscencia carnis est et concupiscencia oculorum et superbia vite. Ideo cum hec aliquid homines cuilibet quam necesse est concupiscunt ut habendo superbiant et quia hoc alius non habet se in cogitationibus extollant. Cuius quis itaque talis est, id huic ad portandam habundanciam doctus non est. Sepe autem quod avaricia sed ex appetitu suggerit necessitatem putat et tamen ignorat sufficiat. Dolet maiora desse. Atque inanitas animus quidam quasi necessitatem patitur quia patitur et tamen minima sunt. Qui desiderat sua sibi aliquo non avariciam excusat. Habundancia itaque superbie vicina est. Quia si quando etiam cupiditas incipit haurire, ut ita dixerim, quasi pregnans captivitas incipit. Sic igitur habundancie arte scire nolumus. Necesse est ut non solum ea que vicia sunt sed ea etiam que de longinquo veniunt vicia fugiamus. Discamus penuriam pati. Ne ea que non habemus lucre et tamen culpa retrahamus. Ne felices putemus quos rebus omnistos cernimus. Nimia valde sunt ea que sibi quasi in prospectus vite presentis preparant quam multa portant, sed in via brevi. Magna est nobis in hoc itinere sarcina paupertas que animum non angustiat. Tamen de terrena substancia de qua eterno iudici rationes ponamus liberius ad ~~porta~~ patriam tendimus quia qui minima pondere tacimus. Discamus satiari nec in sumendis alimentis corporis gule magis quam necessitati serviamus. Plus enim concupiscencia quam necessitas petit

Et sepe dum carnis inopie satis-
facere curamus voluptas subrepit
modum refectionis excedit. Unde fit
ut culpa succedat ad culpam. Et ple-
rumque inde alia carnis temptatio
nascitur. Dum carni immoderatius refectio
seruitur. Ex peccato etenim primi hominis infir-
mante natura in hoc mundo cum innatis
temptationibus nascimur. Et caro nobis
aliquando adiutrix est in bono opere,
aliquando seductrix in malum. Si igitur
ei plusquam debemus tribuimus hoste
nutrimus. Et si necessitati eius quod debemus
non reddimus, ciuem necamus.
Castiganda itaque est caro. Sed ad hoc usque
ut in bono nobis opere famulari
sufficiat. Nam quisquis ei tantum tribuit
ut superbiat satiari penitus ignorat.
Ars itaque magna est satiari ne unus-
quisque per satietatem carnis ad iniquitatem
prorumpat turpitudinis. Discamus
esurire ut nobis propter habundantiam
sequentem nimia huius inopia placeat.
Ne nos uentris necessitas ad culpam tra-
hat, ne peccatum mentis ipsa indigentia
suggerat. Et dum caro fame affli-
gitur ad cupiditatem animus inuitetur
et querat quod cum culpa prouideat. Unde
carne ualeat in necessitate satisfacere.
Ne cor in indignationem prosiliat et in
linguam in murmurationis amari-
tudine accendat. Cum igitur in carnis
sue inopia se hinc inde circumspicit atque
a peccati laqueo custodit. Nam ut conuiue
Nos itaque fratres karissimi iram atque auari-
tiam in aduersitate fugientes, elationem
et immoderata gaudia in prosperitate decli-
nantes. Summa perfectione superemus atque cari-
tatem interioris intercessionibus portus
intrare concupiscimus ~~plumas~~ palmas hinc et
inde teneamus. Libet adhuc ad altum
quiddam nunc celestis patrie ad mentem re-
ducere et qualiter hinc et inde pal-
ma teneatur demonstrare. Beatus
etenim Iob cum esset uir orientalibus
ditior et ei prospera cuncta subpeterent,
filii pollerent, familie cresceret,
greges exuberarent, in tanto omnipo-
tentis dei timore persistit ut intra
custodiam discipline uitam arta iustitie
int multa humilitatis obsequia huma-
nitatis operibus intentus sacrificiis offensiones
redditus holocausta domino pro singulis
filiis immolaret. Ne quis eorum
saltem in corde peccasset. Pensemus
ergo quanta ei erat custodia in bonis operi-
bus qui in filiis suis expiabat sa-
crificiis culpas cordis. Sed quoniam
iustus erat in prosperitate innotuerat.
Valde autem incognitum erat si perse-
uerare iustus et inter flagella po-
tuisset. Augendus ergo erat uerbere
ut iam ille sanctus in prosperis miti-
gatur aduersis. Et qui notus erat
omnipotenti domino notus per flagella
fieret nobis et sibimet ipsi. Dispone-
te itaque domino consumpti sunt gre-
ges, interfecti custodes, eversa domus,
extincti filii, percussa caro a planta
pedis usque ad uerticem. Remansit
uxor incolumis que uerborum iaculis
uulnera augeret. Sed hanc uir sanctus
in temptatione sanius mulierem
prudentius doceret et per ... dicens:
Si bona accepimus de manu domini
mala quare non suscipiamus. Amici
quoque ad consolandum uenerunt, ad con-
tumelias prorumpunt, ut in dolore
uulnera adderent. Ad hunc uulnera
uerborum inimicorum dicunt raptores
uorant uolentium, decimat oppressores
pauperum fatentur. Quid igitur miles
Christi faceret inter dolentia uulnera
et amara uerba deprehensus. Ecce fla-
gella dei et uerba hominum simul afflicti
animum ad desperationem premunt. Sed uirtute
spe plenius carnis uulneribus iacens
uictis robore stetit. Que desperationis
impulsum reduxit ad memoriam
bona que egerat, quia in tors fuerat:
dicit oculus fui ceco et pes claudo.
Et rursum pater eram pauperum. Cum
et ad discipline custos et benignus
dicit: Cumque sederem quasi rex circum-
stante me exercitu, eram tamen merentium

De s. Iob capitulum

consolator. Quia humilis fuerat dicit
Si contempsi subire iudicium cum servo
meo et ancilla mea cum disceptarent
adversum me. Quia hospitalis fuit
fatetur Si despexi pereuntem eo quod
non habuerit indumentum. Quia largus in omnes
dicit Si non benedixerunt mihi latera
eius et de vellribus ovium mearum
calefactus est. Quia violentus non
fuit testatur dicens Si levavi super
pupillum manum meam et cum viderem
me in porta superiorem. Quia de
inimici periculo nunquam exultavit dicit
Si gavisus sum ad ruinam eius qui
me oderat. Quia patiens fuit et
proximorum malitiam equanimiter pertulit dicit
Si non dixerunt viri tabernaculi mei
quis det de carnibus eius ut satu-
remur. Quid est ergo quod vir sanctus
tot suas virtutes inter flagella enumerat
quod est quod ore suo opera que fecerat laudat
nisi quia inter vulnera et verba que
hunc ad desperationem trahere poterant
ad spem animum reformat. Et qui in
prosperitate humilis fuit revocatus bo-
nis suis ad memoriam infractus in adver-
sitate permansit. Cum eum enim cum-
ulant tot flagella illa verba ad despera-
tionem non impellerent nisi sibi ad memo-
riam bona que egerat revocasset.
Vidit quod sanctus vir mentem suam
auditis tot malis ad desperationem
concuti minabantur studuit in spe certa
ex bonis prius actibus solidari. Sic
impletur quod scriptum est In die bo-
norum ne immemor sis malorum et in
die malorum ne immemor sis bonorum.
Si enim cum bona habemus malorum
reminiscimur que aut iam passi sumus
aut adhuc pati possimus accepta
bona mentem non elevant quia cum
gaudium timor memorie malorum
premit et si cum mala habemus bonorum
reminiscimur que aut iam accepimus
aut adhuc posse nos accipere spe-
ramus malorum pondus nostri animi
in desperationem non deprimit quia hunc
ad spem memoria bonorum levat.

Di itaque fratres karissimi et per precepta divina
et per sanctorum exempla gradiamur ut nos
nec prosperitas elevet nec adversitas fran-
gat. Habere nos autem omnipotentis dei
oculos palmas hinc et inde monstra-
mus. Letemur ergo in eius adiutorio qui
in pressuris nobis sequentibus omnia que
precepit audit redemptor noster qui vivit
et regnat cum patre in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula secu-
lorum. Amen. Explicit omelia
xix. Incipit omelia xx.

Prophete verba que largiente domino
hodie caritati vestre loquenda sunt
lectione magis indigent quam exposi-
tione. Ea enim in tribus portis interioribus
replicantur que scilicet iam ~~metris~~ dicta
sunt. Pauca nos in eorum descriptione
permittat. Unde necesse est ea nos
que iam dicta sunt legendo transcurrere
ut que nec dum dicta sunt licentius
possimus enodare. Itaque nunc di-
cit Et porta atrii interioris in via austra-
li et mensus est a porta usque ad portam
in via australi centum cubitos. Et intro-
duxit me in atrium interius ad portam
australem et mensus est portam iuxta
mensuras superiores. Thalamum eius
~~eius~~ et frontem eius vestibulum eius
eisdem mensuris. Et fenestras eius et
vestibulum eius in circuitu quinquaginta
cubitos longitudinis et latitudinis
viginti quinque cubitos. Et vestibulum
per gyrum. Cuncta hec superius dicta
atque exposita esse meministis. Nec dum
vero est dictum quod decem vestibulo sub-
ditur longitudine viginti quinque cu-
bitorum et latitudine quinque cubitorum
et vestibulum eius ad atrium exterius
atque iterum. Hoc quod iam superius dictum fue-
rat replicatur cum dicitur et palma eius
in fronte. Et statim quod adhuc dictum non
fuerat subditur Et octo gradus erant
quibus ascendebatur per eam. Hoc quoque

de australi porta dictum est. De orientali
quoque porta narratur in eodem ordine nam
protinus subinfertur. Et introduxit me
in atrium interius per portam orientalem
et mensus est portam secundum mensuras
superiores. thalamum eius et frontem eius
et vestibula eius sicut supra et fenestras
eius et vestibula eius in circuitu. lon-
gitudinem quinquaginta cubitorum latitudinem
tudinem xxv. cubitorum et vestibulum
eius id est atrii exterioris et palme cela-
te in fronte eius hinc et inde et in
octo gradus ascensus eius. Ea quoque
que de porta australi et orientali dicta
sunt in eisdem verbis etiam de porta
que ad aquilonem respicit replicatur.
Nam subditur. Et introduxit me
ad portam que respiciebat ad aquilo-
nem. et mensus est secundum mensuras
superiores. Thalamum et frontem eius
et vestibulum eius. et fenestras per
circuitum. longitudine quinquaginta
cubitorum. et latitudine xxv cubitorum
et vestibulum eius quod respiciebat
in atrium interius et celaturam palmarum
in fronte illius hinc et inde in octo
gradibus ascensus eius. Cum itaque inte-
riori atrio. quid thalamo quid frontibus
quid vestibulo. quid fenestris. quid
longitudine et latitudine quid palmarum
celatura signatur late iam superius
diximus. nec oportet ut in eisdem iterum
sed in hiis solummodo que nec dum
dicta sunt occupemur. Nunc ergo que-
rendum nobis est. que iste tres porte
interiores sint. vel quid est quod earum por-
tarum vestibula viginti quinque cubitis
longitudine et latitudine metiuntur
et iunguntur. vel cur ad eas non septem
sicut de portis exterioribus dictum fuerat
sed octo gradibus ascenditur. Porta
enim atrii interioris que superius dicta
est de hiis tribus portis interioribus
non est. Cum illa contra orientis et aqui-
lonis portam respicere dicatur. Iste autem
tantum singule interius ad austrum vel
orientem et aquilonem esse posite

memorantur. Unde recte per illa aditus
interior designatur. quia sicut precedenti
locutione iam dictum est. vel iudee
et gentilitati. vel inchoantibus
atque in bono opere perseverantibus
vel a bono cadentibus. sed post
culpas per penitentiam surgentibus patet.
Nunc autem patet quia singule in orien-
te et aquilone et austro porte de-
scripte sunt. tamen interioris atrii cur-
sum porte singule in austro et orien-
te atque aquilone describuntur aspiran-
te domino magna intentione opus est
simul tantum profunditatis indagare.
Si enim portarum nomine sanctos predica-
tores accipimus. Considerandum nobis
est. quod una est ecclesia in predica-
toribus testamenti veteris et novi. — vnica est ecclesia in predicatoribus novi et veteris testamenti
Porte enim septem vel octo gradus
habent. quia sancti spiritus septiformem
gratiam concorditer predicant. Octavum
vero gradum adnuntiant retributionis
eterne. Unde septimum est. Da partem
septem. nec non et octo. Quid itaque
dicere possumus exteriores portas nisi
antiquos patres fuisse. Qui per pre-
cepta legis non erat opera populi ma-
gis quam corda custodire. Interiores
portas predicatores sancte ecclesie debemus
accipere. qui spiritualibus monitis
discipulorum suorum corda custodiunt
ne mala que non faciunt. vel in
cogitationibus delectantur. Per
illas enim septem gradibus ascendi-
tur. Istarum vero octo gradum ascen-
sio perhibetur. Quia et in venera-
tione legis dies septimus fuit et
in novo testamento octavus dies
in sacramento est hiis videlicet
qui dominicus appellatur. Qui tercius
a passione sed octavus a conditione
est. quia et septimum sequitur.
Qui vero portarum nomine solos intel-
ligimus sanctos apostolos designari qui
vero primi nobis sunt sancte ecclesie
predicatores et fidem hoc spe atque

Qui nos per caritatis gradus ad interiora introducunt caelestis patriae perducunt ipsi portae quos

caritate summopere tenere docuerunt.
Ipsi itaque nobis in hiis virtutibus portae
sunt, quos accipimus interiores. Sic-
ut vero ipsi interiores sunt quos intelli-
gimus exteriores, quia in re intelligi
utiliter potest quia ipsi nobis exte-
riores simul et interiores portae sunt.
Cum enim adhuc inchoantibus
non alta et mistica sed quedam
que capere praevalent praedicant por-
tae exteriores sunt. Cum vero perfectis
profunda et mistica loquuntur portae
interiores. Videamus qualiter porta
exterior pateat. Non potui vobis
loqui quasi spiritalibus sed quasi carna-
libus tamquam parvulis in Christo lac
vobis potum dedi non escam. Vi-
deamus qualiter porta interior pateat.
Sapientiam loquimur inter perfectos. Sed
videamus utrum eadem ipsa sit porta
interior et exterior. Sapientibus et insi-
pientibus debitor sum. Item rur-
sum dicit: Sive mente excedimus
Deo, sive sobrii sumus vobis. In
hoc enim quod contemplando et loquen-
do sapientibus mente excedit porta in-
terior est. In hoc vero quod parvulis
sobrie in praedicatione se temperat
et quanta ebrietate spiritus usus fuerit
in mente cunctis praedicat non ostendit
exteriorem portam se esse manife-
stat. Ipsi itaque et exteriores portae
nobis sunt et interiores, qui nos
et in primo aditu fidei spei atque
caritatis instituunt. Et cum iam pro-
ficientibus caelestis regni mistica
praedicant per subtiliorem sensum nos ad
interiora perducunt. Unde et per
septem gradus prius ascensus caelestis
describitur et postmodum per octo, per
octavum enim gaudium illius interne
mistica significatur quod in secretis
suis perfecti intelligunt. Qui iam
cuncta temporalia mente transcendunt.

nomine quippe vitam quae septem
dierum curriculo evolvitur plene de-
spiciunt qui de intima contemplatione
pascuntur. Habent ergo portae spiritalis
edificii septem gradus quia timorem
Domini, pietatem et scientiam, fortitudinem
et consilium, intellectum et sapientiam su-
is auditoribus praedicant. Sed cum
iam omnia dimittere praecipiunt,
cum nihil in hoc mundo di-
ligi admonent, nil possideri, tan-
tum contemplationi caelestis patriae intendi,
atque in eius suadent mysteriis de-
lectari, gradum addunt et aditum octavum
aperiunt. Iste gradus deerat
cuidam diviti qui sciscitans est, cui cum
legis praecepta diceret respondit: Haec
omnia custodivi a iuventute mea.
Quasi enim in septem gradibus sta-
bat cum a iuventute sua omnia cu-
stodisse se diceret. Sed ei mox di-
citur: Unum tibi deest. Si vis perfectus
esse, vade et vende omnia quae
habes et da pauperibus, et habebis tha-
saurum in caelo, et veni sequere
me. In quibus verbis octavum
quidem gradum audivit. Sed ascen-
dere noluit quia tristis abscessit.
Quisquis itaque contemptis rebus
temporalibus aeternitatis contempla-
tione pascitur caelestis regni
gaudia ruminat. Post septem gradus
quos timendo et operando atque intel-
lectu sapientiae sufficienter tenuit
octavo gradu interioris portae aditum
intravit. Per octavum quippe numerum
et dies aeterni iudicii et carnis re-
surrectio designatur. Unde et psa-
lmus qui pro octava scribitur a pavo-
re iudicii est inchoatus cum dicit:
Domine ne in ira tua arguas
me, neque in furore tuo corri-
pias me. Nunc enim tempus
est. In illo autem iudicii dies

tur. In quo videlicet die omne hoc tempus
finitur quod septem diebus evolvitur.
Et quia post vii dies sequitur iste
octavus appellatur in quo et caro
nostra resurget ex pulvere et sive bona
sive mala que egit recipiat ani-
tate. Unde per legem quoque octavo
die fieri circumcisio iubetur. Nam per
membrum quod circumciditur mortalis
propagatio generatur decedentium et suc-
cedentium numerus augetur. Sed quia
in resurrectione mortuorum nec car-
nis iam propagatio agitur et decessio
atque successio nulla erit quia
neque nubent neque nubentur sed
erunt sicut angeli dei in celo. Octa-
vo die precipitur preputium incidi.
Ibi enim locum iam carnis propa-
gatio non habet ubi resurgens caro
perseverantiam eternitatis habet. Per hoc
membrum nec virgo descendit que
deum in utero sine vilis carnis ad-
mixtione concepit. Qui primus nobis
etiam premium gloriam in sua resurrec-
tione monstravit. Qui surgens
a mortuis iam non moritur et mors
ei ultra non dominabitur. Nobis quoque
exemplum dedit ut ea sibi in die
ultimo de nostra carne credamus
que facta in die resurrectionis de
carne illius agnovimus. Sed quia
sunt nonnulli de carnis resurrectione
dubitare cognoscimus. Hanc enim
antiqui patres veteris testamenti certissime
crediderunt etiam cum nullum ad-
huc eiusque resurrectionis exemplum
tenerent. Qua igitur desperatione
digni sunt qui et exemplum
iam dominice resurrectionis acce-
perunt et tamen adhuc de re-
surrectione diffidunt. Pertinax
tenet et fidem non habet et ecclesiam
respuit. Sed quia de resurrectione
sua dubitat iure vacua sunt
stant. De hac per beatum Iob dicitur: Scio
quod redemptor meus vivit et in novis-
simo de terra resurrecturus sum. Et rur-
sum circumdabor pelle mea et in carne
mea videbo deum. Quem visurus sum
ipse et oculi mei conspecturi sunt et non
alius. Hinc per psalmistam dicitur: In
conspectu eius procedent universi qui de-
scendunt in terram. In terram autem mor-
tui non spiritu sed corpore descendunt.
In conspectu ergo domini procedunt qui
in terram descendendo quia resurgendo
ad iudicium veniunt qui nunc in pulvere
putrescunt. Hinc item dicit: Sitivit
in te anima mea quam multipliciter tibi caro
mea. Sitit anima mea ut deum videat
caro quid sitit nisi ut resurgat. Hinc
rursus ait: Auferes spiritum eorum et
deficient et in pulverem suum revertentur.
Moxque de carnis resurrectione subiun-
git: Emitte spiritum tuum et creabuntur
et renovabis faciem terre. Hinc item dicit:
Exurge domine in requiem tuam tu et ar-
cha sanctificationis tue. Resurrexit enim
dominus in requiem suam cum carnem
suam de sepulchro suscitavit. Post
hunc quoque exsurget et archa quia
resurget ecclesia. Hinc per Ezechielem prophetam
de qua loquimur scriptum est: Ossa arida
audite verbum domini. Hec dicit dominus
ossibus his: Ecce ego intromittam in
vobis spiritum et vivetis et dabo super vos
nervos et succrescere faciam super vos
carnes et superextendam in vobis cu-
tem et dabo vobis spiritum et vivetis. Hinc
est quod propheta alius per resurrectionem
domini humanum genus vidit in fine
suscitari atque ait: Vivificabit nos
post duos dies in die tertia suscitabit
nos et vivemus in conspectu eius. Hinc
est quod cum de semetipso dominus loqueretur
adiunxit: Nolite mirari hoc quia
venit hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient vocem dei et procedent
qui bona egerunt in resurrectionem vite.

quem uos mala egere in resurrectione indi-
cium. Hinc paulus ait. Unde etiam saluato-
rem expectamus dominum nostrum ihesum christum
qui reformauit corpus humilitatis nostre con-
figuratum corpori claritatis sue. Hinc item
dicit. Roma. Si enim credimus quod ihesus
mortuus est et resurrexit. ita et deus
eos qui dormierunt per ihesum adducet cum
eo. Item rursus ait. Primitie dormi-
entium christus. Si enim nos a mortuis sompno
non surgimus quomodo resurrectionem dominicam
primitias habemus. Ecce ueteres atque noui
patres. uno quidem spiritu de carnis resurrectione
concordant. Ecce ipsa per se ueritas prius
uoce docuit quod de resurrectione carnis
postmodum opere demonstrauit. et tamen
adhuc quorundam infirmitas fidem non
habet et in domino fidei stans. Sed mirari
solent qualiter caro de cinere possit ex
puluere [illegible] itaque amplitudinem
celi molem terre abyssos aquarum omnia
que in mundo sunt. Possibile quoque an-
gelus creatos ex nichilo minus est uide-
re aliquid ex aliquo facere quam omnia ex ni-
chilo fecisse. Ipsa nobis elementa ipsa
rerum species resurrectionis gloriam ima-
ginem portant. Sol enim cotidie nostris
oculis moritur. cotidie resurgit. stelle
matutinis horis uobis nobis occidunt
uespere resurgunt. Arbusta estiuis
temporibus plena foliis floribus ac fruc-
tibus et quasi arida remanent. sed uernali
sole redeunte cum arescente humor sur-
rexit suo iterum decore uestiuntur. Cur er-
go de hominibus diffiditur quod fit in lignis
uidetur. Sed sepe puluerem putre-
scentis carnis aspiciunt et dicunt.
Unde ossa et medulle. unde caro
uel capilli poterunt in resurrectione
reparari. Hec itaque requirentes parua
semina ingentium arborum uideant atque
si possunt dicant. ubi in eis latet tanta
moles roboris. tanta diuersitas ramo-
rum. tanta multitudo et uiriditas fo-
liorum uel foliorum tanta species florum
tanta ubertas saporis atque odor fructuum.
Numquid uana semina arborum odorem uel sa-
porem habent quem ipse post arbores in
suis fructibus proferunt. Si ergo ex se-
arboris quod uideri non potest producitur potest
cur de puluere carnis. Hinc ac diffi-
ditur quia ex eo reparari forma ua-
leat que non uidetur. Sepe autem obiecte
inanem questiunculam solent qua dicunt.
Carnem hominis lupus comedit. lupum
leo deuorauit. leo moriens ad puluerem
redijt. Cum puluis ille suscitatur quo-
modo caro hominis a lupi et leonis carne
diuidetur. Quibus quid respondere aliud
debemus nisi ut prius cogitent qualiter
in hoc mundo uenerint. et tunc inueniant
qualiter resurgant. Certe tu homo
qui hec loqueris aliquando in matris utero
spume sanguinis fuisti. ibi quippe ex
patris semine et matris sanguine
parinus ac liquidus globus eras. Dic
rogo si nosti qualiter ille humor
seminis in ossibus durauit. qualiter
in medullis liquidus remansit. qualiter
in neruis solidatus est. qualiter in carnibus
creuit. qualiter in cute extensus est.
qualiter in capillis atque in unguibus
distinctus est. ita ut capilli molli-
ores carnibus. et ungues essent tene-
riores ossibus carnibus duriores. Si
igitur tot et tanta ex uno semine et
per speciem distincta sunt. et tamen in se non
remanent coniuncta. Quid mirum si pos-
sit omnipotens deus in illa carne mortuorum
carnem hominis distinguere carnibus
bestiarum. et unus idemque puluis non
resurgat in quantum puluis lupi
et leonis est. Et tamen resurgat in
quantum puluis est hominis. Uide itaque
homo qualiter ad uitam uenisti. neque
quam dubites ad uitam qualiter redeas.
Cum autem ratione uis comprehendere quo-
modo redeas qui ignoras quomodo
uenisti. Ita potentiam creatoris tui
quod comprehendere non uales. de temetipso
Certe enim quia tu extra factus es
tamen uero ex nichilo tu es creatus ex ni-
chilo. Ne ergo de carnis tue resur-
rectione desperes. perpende prudenter
quod minus est deo reparare quam creare quam
fecisse quod non erat. Sed si non potes

resurrectionis essentiam ratione comprehendere
perpende quoniam multa sunt que non intelli-
gis qualiter sunt et tamen non ex dubitas
Dic ergo si nosti gyros celi hec cardines
aquarum abyssus ubi firmiuntur quibus su-
spensi sunt. Scimus autem quia quod ex
nichilo factum est pendit in nichilo.
Sed si est aliquid quod dicitur nichilum iam nichi-
lum non est. Si autem nichil est nichi-
lum in quo moles mundi pendet
nec est ubi sit quod creatum est ut sit. Quo-
modo ergo incognitum est quod nouimus quia est.
Sed hec fortasse adhuc multa sunt ad
temetipsum homo reuertere. Certe ex spiritu
es creatus et limo. Uno visibili altero
invisibili. uno sensibili altero insensibili.
Quomodo ergo primum fieri potuit inter spiritum
et limum atque ex diuerso sibi res non diuer-
sa. ita ut in tanta conuenientia misceatur
spiritus et limus ut cum caro adtritu-
spiritus maneat. et cum spiritus affligitur
caro contristabescat. Sed forsitan nec
dum preualens distincte tenet ipsum. perpende
rogo si vales. Quomodo rubrum
mare virga diuisum est. Quomodo
petra dimicia percussione virge undas
emanauit. quomodo Aaron virga sicca
floruit. Quomodo ex eius genere vemens
virgo concepit. Quomodo ergo et virgo in partu virgo
permansit. Quomodo quadriduanus mor-
tuus visione suscitatus ligatis ma-
nibus et pedibus de sepulcro exiuit quem
postmodum solui dominus discipulos
iussit. Quomodo idem redemptor in
in vera carne atque ossibus resurgens cla-
usis ostiis ad discipulos intrauit. Ecce
hec inuestigare non vales et tamen cre-
dis. Cum ergo de resurrectionis gloria
discutiendo et disputando dubitas qui
tam multa mysteria sine discussione
credidisti. Cum tamen si resurrectionis
carnis non credis omnia sine causa credi-
disti. Quia et in hoc angelorum specta-
culo incertis quidem velociter currere.
Sed postquam cursum peregeris nec brauium
accipias aut satis. Unde et per
paulum dicitur. Sic currite ut comprehendatis. Cui rursus ait. Si in
hac vita in Christo tantum sperantes
sumus miserabiliores sumus omnibus
hominibus. Hinc autem misteria virtutis
que comprehendi non possunt non intellecta
discutienda non sunt. Sed fide vene-
randa. Sciendum itaque nobis est
quantum quamdiu ratione hominis comprehendi
potest. in nostre esse iam non potest. Sed sola
est in miraculis ratio potentia faci-
entis. Ecce dum de hac re carnis
loquimur ab expositionis ordine pau-
lulum digressi sumus. Ad ea ergo
que cepimus redeamus. Habent autem
interiores porte vestibulum quod xx
et quinque cubitis in longitudine me-
tiuntur. Si enim octo ducimus ad
quatuor et viginti peruenimus. Cui unus
additur ut xx et quinque teneamus.
Auditores enim et cum boni qui quasi quedam
vestibula sunt portarum ecclesie spei lon-
ganimitate tenent octauum diem eternitatis
fide sustinent. Que eternitas quia unus
deus est. octo quidem perducitur. Sed
in unius dei confessione solidantur.
Plana sunt vestibula quia humilia
sunt corda auditorum bonorum. Habent
longitudinem quia in spe et perseuerantie
longanimitate xx et v cubitis earum
longitudo mensuratur. Quia resurrec-
tionem carnis in octaua perennitatem
credunt. et eandem scilicet trinitatem
unum esse deum fatentur. Habent quoque
quinque cubitos latitudinem quia puritate
simplicitatem que quinque sensibus dilatatur
et amore proximi dilatatur. Et notandum
quia post quam portarum vestibula prius
alia dicta sunt. Postmodum vestibulum
quod quinque cubitis habet et latitudinem
exterius respicere dicitur. Quia minorum
sunt auditores aliquando qui intellectu
interioris mentis magis virtutibus profici-
do penetrant. Et sunt quidam sim-
plices qui bone quidem sed iuxta sensus
corporeos viuunt. Unde exterius respicere
dicitur. Quasi enim extra respiciunt quia
iuxta sensus corporeos viuunt. Sed tamen
exterius respicientes intus sunt

quia et si sensus corporeos intellige-
do transcendere nesciunt fidem tamen cha-
ritatis humiliter tenent et intus ergo sit
in spirituali edificio pavimentum et quasi
foris respicit per simplicitatem potest
vestibulum quod exterius respicit fides
inchoantium designari et per vestibulum
quod est interius fides perfectorum quia iam per-
cant in virtutibus et signis emicant
Possunt etiam per vestibulum interius precep-
ta altiora per vestibulum vero quod respi-
cit exterius precepta adhuc minima signari
Per vestibulum quippe non ad gradus
et portam quia per precepta predicationis
pertingitur ad virtutes ad quod aditum vite
celestis. Cum non iubetur auditoribus in cogi-
tatione sua eterna meditari celestia sa-
pere etc quod dicitur in psalmis hymnis
et canticis spiritalibus ~~in tere~~ quod interius
vestibulum ostenditur quod quinquaginta
cubitis longitudine mensuratur. De
quibus nunc minus tacemus quia ex his
multa iam superius diximus. Cum
vero auditoribus precipitur uxori vir debitum
reddat. Similiter autem et uxor viro quod
vestibulum quod exterius respicit designatur
quod quamvis extra respiciat tamen intus est
quia rudis auditor et adhuc agit quod
carnis est et tamen a bonorum numero alienus
non est. Potest autem et per orientis portam
domus et per australem iudea per aqui-
lonis vero non incongrua gentilitas designari.
Porta autem domini dicimus quod per ipsum
intramus ad ipsum. Portas vero iudeam
ac gentilitatem non incongrue nominamus
quia et patribus et hebreis et post modum
patribus ex gentilitate venientibus aditum
celestis edificii agnovimus. Sed in hac
re questio animum pulsat. Cur in priori
narratione propheta prius orientalis post-
modum aquilonis ac deinde austri
porta descripta est. Cumque easdem portas
interiori atrio narraret prius portam
austri deinde orientis et tertio loco
descripsit aquilonis. Cur autem non eundem
ordinem quem servat tenuit sed hunc
in portarum descriptione permutavit ut
et prius diceret orientis portam aqui-
lonis et austri et post modum austri

orientis et aquilonis. Sed si aquilonis
nomine gentilitas designatur cunctis stu-
dia sic legentibus liquet quia autem syna-
goga ex gentilitate fuit. Nam heber
ipse a quo hebrei appellati sunt ex genti-
bus electus est. Dicatur ergo porta ori-
entalis ante porta aquilonis et austri
quia in divinitate sua deus ante gentilitatem
et iudeam natus est quia et ante omnia
secula. Dicatur ergo narratione subscripti
porta austri orientis et aquilonis quia
redemptor noster in humana natura inter iudeam
et gentilitatem nasci dignatus est qui
et in fine synagoge venit et ante initium
ecclesie quam ex gentibus collegit. In prima
ergo descriptione sit orientalis porta ante
portam aquilonis et austri. In secunda
autem inter portam aquilonis et austri
orientis porta nominetur. Quia si ex
divinitate ante cessit omnia et ex huma-
nitate venit inter omnia. Venit et deci-
dentis iudee finis factus est et subse-
quentis gentilitatis initium. Igitur
quia ea que nec dum dicta sunt ut
domino largiente potuimus rimati
sumus et ea que superius sunt replica-
ta transcurrimus nunc ad ea veniamus
que sit iam per ordinem dicimus ut in eis
pene nichil de his que dicta sunt
replicetur. Sequitur: Et per singula gazo-
philatia ostium in frontibus portarum.
Gazophilatia superius diximus corda
doctorum que divitias scientie servant.
Frontes autem portarum sunt verba atque
opera predicatorum in quibus cum foris aspi-
cimus quales apud se intrinsecus in-
veniant. Est enim ostium per gazophila-
tia singula in frontibus portarum. Quia
unusquisque doctor in corda auditorum
intellectum aperit in dictis et operibus
primum. Cum enim petri apostoli predicatoris
discutimus cum pauli verba perscrutamur
cum iohannis evangelium investigamus
atque ex eorum verbis auditores nunc ad
interiorem intellectum trahimus quasi aliud
agimus nisi ostium portarum in frontibus
aperimus. Dicatur ergo et per singula
gazophilatia ostium in frontibus portarum

Quia si doctor hoc quod loquitur apostolorum
dictis minime confirmat in frontibus
portarum ostium non habet. quia si ostium
non habet dici iam gazophilacium spiritalis
edificii non potest. quia si intellectum
non aperit doctor non est. Cum vero
auditores boni per ora doctorum apostolorum
dicta et opera cognoscunt culpas suas
apud semetipsos taciti reprehendunt
et lacrimis insequuntur omne quod se egisse
inique meminerunt. Unde hic quoque
de ostio quod est in frontibus portarum subditur
Ubi lavant holocaustum. Cum enim
se perfidem in compunctione sua domino
devoverunt holocaustum deo facti
sunt. Sed quia adhuc multa in se
de corruptibili sua carne patiuntur
quia adhuc in eis cordis mundicia
sordidis cogitacionibus inquinatur
cotidie ad lacrimas redeunt assidu-
is fletibus affliguntur. Horum enim prior-
a dicta et facta considerant. et tunc se idoneos
pensant. In portarum ostio
holocaustum lavant. Ecce etenim
qui se pro timore omnipotentis dei
ex patiens devovit nulli contumeliam
pro contumelia reddere. omnia equanimiter
tollerare. et tamen cum sustinet contume-
liam ab ore proximi illatam subito per
turbatus forte aliquid lo-
quitur quod loqui non debuit. Certe
iste iam holocaustum est. sed adhuc
inquinatum fortasse contra illatas
contumelias paciam exhibuit tacitus
permansit. Sed tamen contra easdem
contumelias quas portat dolore ta-
gitur enim quod animus in tranquillitate san-
ciatur pacienciam eius vera est que
et ipsum amat quem portat. Nam
tollerare sed odisse non est virtus mansue-
tudinis sed velamentum furoris.
Iste itaque sepe in cogitacione sua
se iudicat. reprehendit semetipsum
qui adolet nec tamen apud se preva-
let obtinere ne doleat. Iam ergo
per bonam devocionem holocaustum

est. Sed tamen pro dolore quo tangitur
adhuc inquinatur. Alius ea que possi-
det apud semetipsum decrevit indi-
gentibus cuncta tribuere nichil sibi-
met reservare. vitam suam solli proprie
gubernacioni committere. Sed dum
prebet pauperibus que habet fortasse co-
gitacio mentis subrepit quia dicit
vir cunctis si cuncta dederis. Nec
tamen desistit tribuere. Sed quod letus
dare ceperat postmodum tristis
prebet. Cuius huius mens nisi iam
holocaustum. Sed tamen per tristiciam
cogitacionis inquinatum. aut deliberare
sumus non debuit aut post deliberacionem
nullo modo deliberare dubitare. Alius
contempta mundi superbia honores
atque dignitates huius seculi decrevit
intrare ultimum appetit inter omnes
locum tenere ut tanto excelsior inve-
niatur in permanente gloria. quanto
humilior aspicitur in transeunte
vita huius fortasse secum subito
se sic a proximo despecti agnoscit et
dignatur cur despicitur. vult
quidem esse in loco humili. sed tamen
attendi contemptibilis non vult. hunc
iam devocio elevat. Sed adhuc
infirmitas gravat. Iam ergo per
devocionem holocaustum est. Sed ad-
huc ex infirmitate inquinatur. Hii
itaque qui in eis que obtinere devo-
verunt. aliqua infirmitatis sue
culpa tanguntur. cum per verba doctorum
dicta priorum intelligunt. et in quanta
culpa iaceant agnoscunt seque ipsos
premere lamentis afficiunt holocaustum
in ostio portarum lavant. Sciendum
non est quod hoc inter sacrificium atque
holocaustum distat. quod omne holoca-
ustum sacrificium est. Sed non omne
holocaustum sacrificium. In sacri-
ficio etenim pars pecudis. In ho-
locausto vero totum pecus offerri
consueverat. Unde et holocaustum
latina lingua totum incensum dicitur

Differencia inter sacrificium et holocaustum

presidia

Pensemus ergo quid est sacrificium quid
holocaustum. Cum enim quis sum
aliquid Deo vovet et aliquid non vovet sa-
crificium est. Cum vero omne quod habet
omne quod vivit omne quod sapit omnipo-
tenti Deo voverit holocaustum est. Sunt na-
mque quidam qui adhuc mente in hoc
mundo retinentur. Sed tamen ex possessis
rebus presidia egentibus ministrant
oppressos defendere festinant. Isti
in bonis que faciunt sacrificium offe-
runt quia et aliquid de actione sua
Deo immolant et aliquid sibimetipsis
reservant. Et sunt quidam qui nichil
sibimetipsis reservant. Sed sensum lin-
guam vitam atque substantiam quam perceperunt
omnipotenti Domino immolant. Quid
isti nisi holocaustum offerunt immo
magis holocaustum fiunt. Israeliticus
enim populus primum sacrificium in egypto
obtulit. Secundum vero in heremo.
Cum itaque adhuc mentem habet in
seculo. Sed bona iam aliqua operatur
quasi sacrificium obtulit in egypto.
Cum vero presentis seculi desiderium deserit et agit bona
que valet quasi iam egypto derelicta
sacrificium prebet in heremo. Cum mentem repul-
so strepitu desideriorum carnalium in magne
sue quiete atque solitudine Deo immo-
lat quicquid operatur. Scimus ergo quia omne
Deum (?) est sacrificium sit etiam holocaustum
maius tamen holocaustum sacrificio
quia mente que huius mundi dilectione
non premitur totum in omnipotentis
Dei sacrificio incenditur quod habetur. Sci-
endum nobis est quia sunt quidam qui
seculum etiam relinquentes totum quod
habent offerunt. Sed tamen in bonis
que agunt minime compunguntur et bo-
na que agunt holocaustum est. Sed
quia flere ac semetipsos diiudicare ne-
sciunt seque ex amore ad lacrimas non
accendunt perfectum eorum holocaustum
non est. Sunt enim quibus psalmista dicit
Memor sit omnis sacrificii tui et ho-
locaustum tuum pingue fiat. Holo-
caustum quippe sicut tuum est bonum opus

quod orationis lacrime non infunderint. Ho-
locaustum vero pingue est quod hoc
quod bene agitur corde humili etiam per lacri-
mas irrigatur. Unde rursum dicit
Holocausta medullata offeram tibi.
Cum quisque enim bonum opus agit. Sed
ex omnipotentis Dei amore atque
desiderio flere nescit holocaustum
habet sed medullam in holocaustis
non habet. Cum vero bona operatur et vi-
sioni vultus creatoris sui inhiat atque
ad eterne contemplationis gaudia per-
venire festinat seque ipsum ex amore
quo accenditur in fletibus mactat
holocausta Domino medullata dedit.
Sciendum ergo nobis est et mala fu-
ditus relinquere et bona que suf-
ficimus operari atque ut in ipsis bonis
que agimus amore eterni luminis
compungamur. Ipse enim nobis cordis
tenebras distruit amor lucis ut
subtilius videre valeamus neque
bonis que agimus prava misceat.
Considerandum quippe nobis est opus
nostrum quale sit. Hinc cogitatio
in opere que intentio in cogitatione
et cum nos bono nostro opere admix-
tum aliquid malitie vel prave delec-
tationis agnoscimus reducamus ad la-
crimas laveremus holocaustum. Sunt
aut quidam qui semetipsos in
magnis actionibus Domino de-
voverunt atque ad tanta perfectorum
pervenerunt ut ab eis nulla magni
difficultate flectantur quatenus
in delibatione castitatis neque
caro in prave cogitationis delectatio-
nem sternat. Nam et si quis per sug-
gestionem pulsat surgere non permit-
titur quia vigore iudicii calcatur.
In delibatione quoque patientie nec
fervor inordinatus ardoris perdat nec
dolor tacitus animum premit ut in lar-
gitate elemosine nulla inopie suspi-
tio fatiget [illegible] ut in deliba-
tione humilitatis nulla despectus

cum mordeat. Sed cum iam in
his que recte deuouerunt se se fortiter
exhibent, ipsa tamen peccata que ab
ipsis ante bonam deliberationem perpetrata
sunt ad memoriam reducunt et plan-
gunt quod quedam illicite se egisse memine-
runt. Hi itaque primitiam quam tenent
holocaustum sunt. Sed primitiam quam
ante tenuere inquinatam lauant
ergo holocaustum in ostio porte,
quia intellectum quem perceperunt de cunctis
priorum lamentis se cotidianis affligunt
et inundant uitam lacrimis quam prius
aliquibus actibus inquinauere. Nos itaque
mentis hec ad intima perductam mentis oculos
reducamus remissam quam summa
tum mundi huius concupiscentias sequentem
et si iam domino toto corde deser-
uimus quia nos peccasse meminimus
defleamus, in fletibus lauemus holo-
caustum. Ecce omnipotenti deo
deuouimus castitatem uirium. Sed
si adhuc immunda cogitatio mentem
inquinat, redeamus ad lacrimas
lauemus holocaustum. Ecce pa-
tientiam nos seruare decreuimus. Sed si ad-
huc ira perturbat, si mentem tacitus
[illegible] dolor excruciat, redeamus ad lacrimas
lauemus holocaustum. Ecce iam nostra
possessa tribuere atque in hoc mundo
humilem locum tenere. Sed quia adhuc
cum inopie suspicio decipit, si de-
spectus proximi in aliqua nos indigna-
tione confundit, redeamus ad lacri-
mas lauemus holocaustum. Ma-
gnus est enim creatori nostro ad recipien-
dos fletus humilium mansionis. Ubi cum
innumerabilium hominum fletus suscep-
ti sunt, ibi locum sibi inuenerunt
et lacrime nostre. Pensemus quod per
alium prophetam dicitur: Et erit qui offende-
rit ex eis in die illa quasi Dauid, et domus
Dauid quasi dei sicut angelus domini in conspectu
eius. Hec est dies nostre qua nobis de
aduentu redemptoris nostri promissa
est. Qui itaque offendit erit quasi Dauid
quia peccator ad penitentiam redit. Domus

autem Dauid quasi dei, quia is qui sub conse-
ad iustitiam conuersatio efficitur creatoris
sui, ut sit sicut angelus in conspectu eius.
Anima enim uisitata, quia in se expertus
est ad nuntiandos et alios predicat.
Hinc etiam paulo post illic dicitur:
In die illa erit fons patens domus de [illegible]
Dauid habitantibus Ierusalem in ablutionem
peccatoris et menstruate. Fons quippe
occultus est unigenitus patris inuisibil-
deus. Fons uero patens est ipse deus
incarnatus. Qui fons patens recte
domus Dauid dicitur, quia ex eius genere
ad nos redemptor processit. Ierusalem
uero uisio pacis interpretatur. Hanc
Ierusalem habitant qui in uisione pacis
intime mentem figunt. Peccator uero
et menstruata est, uel ab his qui delin-
quunt in opere uel mentes que labitur
in praua cogitatione. Menstruata
namque est ista pollutio que et aliena a
carne non tangitur et praua carne inqui-
natur. Sit itaque sicut est omnis anima
que et si malum opus non agit
polluta tamen cogitationibus sordescit.
Unde etiam per prophetam alium sub inde
specie de anima immundis desideriis
occupata dicitur: Omnes qui querunt
eam non deficient, in menstruis
eius inuenient eam. Maligni quippe
spiritus querentes non deficiunt, cum in se ferre
pridacione ceperunt et nulla bona
cogitationis rectitudine repellunt.
Atque in menstruis suis animam
inueniunt quando in pollutis cogi-
tationibus positam facile ad prauam
operationem trahunt. Dicatur ergo in
die illa erit fons patens domus
Dauid habitantibus Ierusalem in ablutione
peccatoris et menstruate, quia apertus iam
est nobis fons misericordie Redemptoris
nostri qui in domo Dauid incarnari
dignatus est ut peccatorem lauet ab
peruerso opere et menstruatam mentem
diluat ab immunda cogitatione. Pateat
igitur fons cum nostris lacrimis la-
uemur in hoc fonte pietatis. In ...

fonte ipse quoque David lotus est cum in se rediit ad lamenta post suas peccatorum maculas gemens culpe. Ipsum quippe inveniri fontem querebat cum diceret. Redde mihi letitiam salutaris tui et spiritu principali confirma me. Ihesus enim hebraice latine salutaris dicitur. Et quid est quod sibi letitiam Ihesu reddi postulabat nisi quia hunc ante culpam contemplare consueverat et quod contemplationis gaudia in culpa perdiderat. Unde et post peccatum primam visionis eius letitiam sibi reddi querebat. In hoc fonte nunc lota est Maria Magdalena que prius famosa peccatrix postmodum lavit maculas suas dum detergit maculas corrigendo mores. In hoc fonte nunc omnibus apostolis lavit Petrus quod negavit quia flevit amare. In hoc fonte nunc in fine suo lotus est latro qui semetipsum in morte reprehendens a culpa sua ablutus est confessione veritatis. Cur ergo pigri sumus, cur torpentes et frigidi remanemus cum in hoc fonte pietatis tantos iam se lavisse cognovimus. Ergo ne de emundatione nostra desperemus qui tot exempla nunc in pignore tenemus. et cessamus veniam querere atque cum lacrimis fiduciam habere qui tantorum iam emundatione spei nostre pignus accepimus.

ctuere Nunc etenim nunc fontem debemus etiam si clausus esset et patet et negligimus. Aperiamus oculos fidei in conspectu omnipotentis quantum consideremus quanti peccatores diebus atque noctibus per plancta in hoc speciosum fonte nunc lavantur. quanti post tenebras ad lacrimas lucis quanti post maculas ad munditiam redeunt. Curramus post tenebras mortis cum talibus ad agnum intercedendo consideremus quantum peccavimus quantum cotidie peccamus atque ut appareamus mundi post nostras lacrimas laveremus holocaustum. Ad hec gaudia ad hec gratia redemptoris nostri. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen. Explicit omelia XX. Incipit omelia XXI

Quid primus de munstitis scripturis Ezechiel propheta locuturi quia iam eius historia verba vix capimus. Scriptum enim dicit Et in vestibulo porte due mense hinc et due mense inde ut immoletur super eas holocaustum et pro peccato et pro delicto. et ad latus exterius. quod ascendit ad ostium porte. que pergit ad aquilonem. Due mense et ad latus alterum ante vestibulum porte. Quatuor mense hinc et quatuor mense inde. per latera porte. octo mense erant super quas immolabant. In quibus videlicet verbis magna caligo dubietatis oboritur utrum hec de una porta qualibet an de duabus. an de singulis portis dicantur. Sed due quatuor mense per latera describuntur ac postmodum in summa conclusionis dicitur octo mense erant super quas immolabant. Patet quia hoc propheta non de singulis portis quas superius descripserat dicit. Una quippe porte sex superius enarrare quaternas mensis per latera habent similiter omnes non octo sed quadraginta et octo habent. Rursum si hac de omnia dicitur magno obstaculo nostra intelligentia reverberatur. quod post descriptionem porte vestibulum ubi due mense hinc

xxi

et due inde ec narratu Sunt ad
huc ad latus exti⁹ qd ascendit ad
ostiu porte que respicit ad aquilo
due mese ec mediant atq subiun
gitur Et ad latus altm ante vesti
bulum due porte mense. Si enim
intra vestibulum porte bine platea
mense eant tu subdit et ad latus exti⁹
due mese atq ad latus altm ante ve
stibuli due p mese Sunt qs ead
porta qua respicit viā aquilonis ee
memoratur. profecto patet aliud vestibu
lum intrinsecus atq aliud extrinsecus
fuisse Cuma hoc in loco interior aqlo
nis porta describit q qm ee porta
exterior nō dubitat Nam cū tres
sup⁹ descripsisset portas tres qz alias
interioris atrij ee memoravit Cuius
extremā aqlonis p̄tam narrauerat
Sed ut p̄dixi tu ē atrij interioris Nunc
go cum due mese hinc in porte ve
stibulo. et due mese inde describunt
adhuc de ead interiori porta sermo co
texitur Cum ppe cum p̄tm⁹ subinfert
qz ad latus exti⁹ qd ascendit ad latus ostiu
porte. que p̄git ad aquilonē due mse
et ad latus altm ante vestibulu porte
due mese. Porta go interiori binas
p altera i vestibulo mesas hre descripta
est et porta exterior similit binas
Quatuor enim hinc et quatuor inde
mese otto pariter sunt. dum plata p̄glet
bine in vestibulo porte interioris. et bine
hinc et inde exti⁹ in aquilonis porta
describunt. qm simul oib otto sunt quib
immolatur Huius itaq de exteriori nar
ratione discussis ad spiritalem intellectum
sermo redeat Cuma tanto iam nobis
interioris esse largiente domino facilior
det quanto nos exterioris descriptionis ig
norantia angustat Dum enim vna p̄ta
i. interior intus duo vestibula ee desc
bitur tacite etiā porta exterior ad mētez
reducitur intus qm vestibulū au porta
interiore esse phibetur Non iam go
nobis de vna sed de utraq tractandū
est Possunt enim portarū nomina dic
tum sic superius sc̄ptū ē sci p̄dicatores

intelligi ut vestibulum p̄te sit p̄plus
Cum dum mente humili vba p̄dicatoris
suscipit intus nūc ad sacrificium exe̅cuti
bus construit. rursū nichil obstat
si porta accipimus hoc qd nobis p̄ora
p̄dicatorū sacri eloquij intellectū apit
ut vestibulū porte eius nos p̄
dicatorius vba sunt qm p̄mo humilit
accipimus ut post ad sacri eloquij i
telligentiam veniamus Consideremus
itaq scām ecclīam atz synagogam
et sit itaqz nobis porta interior testa
mentum novum porta vo ~~interior~~ exterior
est testamentum vetus Cuma et hoc
spiritalem intellectum aperit et illud
rudibus adhuc mentibus in hystoria
sacri eloquij litterā custodivit Sz
au vestibulū porta interioris i magna
iam multitudine fidelium p̄plorū Duo
latera viz dilectionis dei et dilectionis
p̄ximi. bine au mense sunt hinc
et inde qz dilectoz dei necia tene
da est fides et vita mundicia i di
lectione au p̄ximi dz p̄mo pe pa
tia et benignitas custodiri Est enim
in dilectione dei necia fides et vita
qz viz sc̄ptum est. sine fide impo̅ le
est placere deo Et rursum sc̄ptū ē
fides sine opib mortua est Est aut
in dilectione p̄ximi nobis patia et
benignitas conservanda. qz de ead di
lectione sc̄ptum ē Caritas paciēs
ē benigna est Patiens scz ut i lata
mala equanimit portet. benigna
aut ut p̄ria bona p̄ximis desidera
bilit impendat Hec quoz vestibulū
qd ē exti⁹. viz lex duo latera spiritales
p̄res et carnalem p̄plum in quib
singule bine mese sunt Cuma ht
et in spiritalib p̄rib doctrinā et p̄phiaz
ht in carnali p̄plo circūcisionē et sa
crificium In his itaq otto mēsis
immolatur qz qt qs fidē credit qt. quod
vita exemplo boni opis ostēdit qt
patiā humilit tolerat Cum qs benig
tas largit ministrat. qt doctrina do
qt qs p̄phiā in posterū p̄monet. qt
circumcisio ad mandata exterius ligavit
qt sacrificium ex devotione offerretis
egit in omnipotentis dei oculis hoc

Duo v. mese ad holocaustum mactabantur

Lex dei praecipit dei mandata custodire

esse victima ostendit. In lege enim
etiam per carnalem sacrificium ad aliud
amplius nisi devotionem sui cordis im-
molabat. Notandum vero quod quatuor
mense solum modo ad holocaustum fuisse
memorantur, quas videlicet mensas
vestibuli porte interioris accipimus ut
de reliquis quatuor sentiamus quia ad
sacrificium constructe fuerunt non ad holocau-
stum. Holocaustum enim sit precedenti lo-
cutione professus sum totum incensum
dicitur. Et lex quidem deum ac proximum dili-
gere omnia mandata custodire precipit
ab alienarum rerum concupiscentia compescit
non tamen omnia dimitti iubet. Manife-
stante autem novo nobis nescimus unitas conte-
statur dicens. Nisi quis renunciaverit
omnibus que possidet non potest esse meus
discipulus. Atque iterum dicit. Qui
vult post me venire abneget semet
ipsum. Mense ergo interioris porte ho-
locaustum habent, quia in virtutibus testa-
menti novi quasi per holocaustum omnia
incendimus qui omnibus que habemus
mundi sunt renunciamus. Mense vero
vel vestibuli porte exterioris sacrificium
habent. Sed holocaustum non habent, quia
precepta legalia decimas offerri iu-
bent. Sed dimitti omnia non iubent.
Interioris autem vestibuli quatuor mensis
dicitur ut immoletur super eas holocaustum
et pro peccato et pro delicto. Hoc etiam inter
peccatum et delictum distat quod peccatum est
mala facere. Delictum vero mala bona
delinquere que summopere sunt tenenda vel
certe peccatum in opere est, delictum in cogi-
tatione. Recte ergo interioris porte quatuor
mensis immolatur holocaustum autem
et pro peccato et pro delicto, quia quicumque pote-
runt hoc precibus solum plene contempnere
et delinquentes omnia semetipsum deo
holocaustum dare. Ipse iam perfecte non
et peccata operis plangere et peccata cogita-
tionis vel quod malorum fecit vel quia debuit
facere bonum quod non fecit. Cum enim totum
dimisit culpas suas in fletibus iam libe-
rius conspicit. Cumque eius mentem terrena
cura non impedit pro opere simul et cogita-
tione plangendo mentem suam omnipo-
tenti domino quid aliud quam holocau-
stum

addit. Neque hoc de ratione videtur exiens
quod propheta cum latus exterius diceret et ostium
porte nominaret hoc dicens et ad latus exterius
quod ascendit ad ostium porte addit que pergit
ad aquilonem. Dum enim ascensionem
nominat porta aquilonis interiorem
designat per quam sanctam ac testamentum
novum per eximius signari. Bene habet
latus exterius synagogam ex qua in deo
domino nostro Ihesu Christo fides inchoavit.
Et vere intelligentie ostium in sancta
ecclesia fidelis populus invenit. Que ad aqui-
lonem pergere dicitur, quia multitudinem exce-
dentium de torpore frigoris et ini-
quitatis ex gentilitate colligit. Habet
ergo porta interior latus exterius, id est sancta
ecclesia synagogam habet ostium id est celestis
regni intelligentiam et pergit ad aquilonem
quia peccatores quos non despicit sed eos
recipiendo ad primam misericordie at-
tendit. Dicatur ergo quatuor mense
sunt et quatuor inde per latam porte
in exteriori enim custodia littere lex da-
ta tenebatur. Ostium vero porte est
ipse hystoricus intellectus legis qui
ad deum timore ducit. Bene porta
ad aquilonem pergere dicitur, quia lex eadem
sub timore minarum frigida inveniti
populi corda constrinxit. Quasi enim pro calore
ille populus caruit. Si precepta ex amore
servasset. Sed quia sub timore mortis
proposite litteram custodivit quasi in tempore
frigoris remansit. Unde novus populus
eterna premia amantibus. Non autem
temporalia tormenta timentibus atque
iam calcantibus dicitur. Non accepistis
spiritum servitutis in timore sed spiritum ad
optionis in quo ~~calamus~~ clamamus abba pater.
Dicatur ergo quatuor mense sunt et quatuor
inde per latera porte. Dum enim fides
et vita eterna et prophetia in bonorum
mentibus custoditur porta nostra id est intellectus
sacri eloquii quatuor ex latere mensas
habet. Cumque in perfectibus populis sancta predi-
catio paciam et benignitatem servat quam
prius in carnibus circumcisione et sac-
rificium custodivit, mense quatuor, quatuor ...

ex alio latere monstrantur. Que simul
omnes octo ad immolandum sunt quatuor
videlicet interiores ad holocaustum. quatuor
vero exteriores ad sacrificium. Quia et hi
qui in sancta ecclesia fidem vitam patientiam
atque benignitatem custodiunt. summis iam
procul dubio virtutibus pollent. et hii
qui in synagoga doctrinam et prophetiam
circumcisioni et sacrificium cognoverunt
aliam offerendo atque prius ipsis aliam
extimenda. devotionis pie victimam
omnipotenti domino dederunt. Sed quia
superius dictum est. Id est mensas quattuor
tunc interioris vestibuli esse constructas
ut immoletur super eas holocaustum
et pro peccato et pro delicto. Unde ipse mense
constructe sunt inferius aperitur cum
subditur. quatuor autem mense ad
holocaustum de lapidibus quadris
constructe. quos enim lapides hoc loco
quadros accipimus nisi quoslibet sanctos
quorum vita in prosperitate cadere atque adver-
sitate non fortiter stare. lapis enim
quadris equaliter stat. in quocumque
latere fuerit versus. Cuius quod ergo in prosperi-
tate non extollitur in adversitate non
frangitur suasionibus ad mala non
trahitur vituperationibus a bono opere
non revocatur. lapis quadrus est. qui
ex omni latere statum habet. qui casum
in qualibet permutatione non habet.
Certe cum iudeorum populum propheta a fide
perire cognosceret et sanctos apostolos sur-
gere in ecclesia previderet per quos multi
sunt ex gentibus in fide et vite forti-
tudine solidati in magna consolatione
locutus est dicens. lapides ceciderunt
Sed quadratis lapidibus edificabimus.
Videns quippe in sancta ecclesia apostolos
martyres atque doctores surgere
de lapidum casu id est de iudeorum perdi-
tione minus doluit. quia omnipotentis
dei [illegible] edificium id est sanctam ecclesiam
de quadris lapidibus edificare conspexit.
Mense ergo quatuor de quadris
lapidibus construuntur. quia fides
et vita patientia et benignitas de vita
sanctorum et exemplum date sunt sequen-
tibus populis. ut iam vestibulum

mensas habeat idem virtutes priorum populorum
teneat. in quibus omnipotenti deo
orationis sacrificio in ara sui cordis
incendat. Cumque etenim boni fideles
sancte ecclesie populi vel scire nescia-
tunt hoc in exemplo predicatorum
suorum vita susceperunt. Unde et men-
sas hoc vestibulum haberet nisi qua-
dros lapides invenisset. ut vivi
de quadris lapidibus fierent ad me-
dium deducamus. Vultis fratres bonum
fidem videre. mihi vivere christus
est et mori lucrum. Vultis vitam
cognoscere. mihi mundus crucifixus est
et ego mundo. Vultis patientiam
audire. usque in hanc horam et esu-
rimus et sitimus et colaphis cedi-
mur et instabiles sumus. et laboramus
operantes manibus nostris. Maledi-
cimur et benedicimus. persecutionem
patimur et sustinemus. blasphema-
mur et obsecramus. Vultis benigni-
tatem cognoscere. Ego autem libentis-
sime impendam et superimpendar
ipse pro animabus vestris. Sed ne forsi-
tan credamus quia eorum amore
pro quibus impendi desiderat debitor
fuit. Mox ad eosdem discipulos
subiunxit dicens. licet plus vos di-
ligens minus diligar. Sed cum ergo non
apostolo fideli ad imitandas virtutes
sanctorum predicatorum vita cognoscitur
perfecto in vestibulo de quadris lapi-
dibus mense construuntur. Habuit vero
et synagoga spirituales presbiteros [?] doctri-
na atque prophetia ex quorum exemplo plurimorum
vite in virtutibus traheret. Sed
rudis eius populus magis per timorem
serviens quam per amorem sequens vitam
priorum noluit imitari quam vidit.
atque ideo porta exterior que ad aqui-
lonem pertingit mensas non habet et ho-
locaustum. Sed quia hec moraliter
diximus. Restat adhuc ut easdem
mensas per intelligentiam typicam
perscrutemur. Porta etenim in-
teriori vestibulo iiii^or mensas habet
quia sancta ecclesia ad eruditionem fidelium
populorum iiii^or regentium ordines ac-
cepit. Quos paulus ex dono omnipotentis

Dnl

domum eius intrat dicens: Ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios pastores et doctores. Pastores vero et doctores unum regentium ordinem nominat, quia gregem dei ipse docet qui pascit quod docet. Habent quoque vestibulum exterius mensas quatuor, quia vero synagoga observantiam exterioris observantie per principes sacerdotes sacerdotum et seniores populi per scribas atque phariseos tenuit, qui sicut legis pharisei et doctores legis vocati sunt. Hinc autem exteriori seu interiori vestibulo due mense hinc sunt et due inde, quia in exordiis suis sancta ecclesia apostolos et prophetas habuit. Prophetas autem dicimus non eos qui in veteri populo fuerunt, sed eos qui in sancta ecclesia post apostolos sunt exorti. Posteriori quoque tempore quod nunc est habet evangelistas atque doctores. Quos vero evangelistas, bonum nuncium dicimus, evangelistas utique appellamus qui rudibus populis bona patrie celestis adnunciant. Quorum vero evangelistarum atque doctores et posteriori quidem tempore fuerunt. Sed nunc usque domino largiente permanet, quod adhuc cotidie infideles populos ad fidem Christi et infideles populos ad fidem Christi et fideles quosque in bonos mores per doctores erudiri cognoscimus. Apostoli vero et prophete ab hoc tempore penitus sublati sunt, atque ideo dicimus quod mense hee porte interioris idem sancta ecclesia quod in alio latere habet. Et porta que respicit ad aquilonem duas mensas habet et duas inde eosdem quos diximus principes sacerdotum et seniores populi in maiori auctoritate regiminis, scribas quoque et phariseos qui rudi illi populo minori loco prefuerunt. Sed hee mense in porta ... que ad aquilonem respicit, quod cum in ... isti ordines populo preessent synagoge in perfectionem redemptoris nostri senuit, ad torporem perfidie prorupit. Habuit tamen mense habuerunt sacrificium quod nunc solam litteram tenuerunt. Unde et ad torporem frigoris lapse sunt, quia flamme spiritus succense non sunt. Interiores

autem mense holocaustum habent, quia ignis in cordibus apostolorum atque prophetarum seu in mente evangelistarum atque doctorum ignis spiritus exarsit et ardet. Et in hoc quod omne eorum cogitationum in bono opere adsumit flamma amoris dei, quasi holocaustum totum succenditur, quod invenit incendit. Holocaustum enim offerunt et in sine in bono opere seu in sancta cogitatione medullitus accenduntur. Mense vero hee ex quadris lapidibus facte sunt, quia dum cotidie sacre eloquium in suis cordibus verba meditantur ad offerendum domino orationis holocaustum quasi ex quadris lapidibus construuntur. Verba etenim scripture sacre lapides quadri sunt, quia ubique stant, que ex nullo latere reprehensibilia inveniuntur. Nam in omne quod preteritum narrant, in omne quod venturum adnunciant, in omne quod moraliter predicant, in omne quod spiritaliter sonant, quia in ullo sibi latere statum habent, quia reprehensionem non habent. Corda itaque eorum mense dei sunt ad holocaustum ex quadris lapidibus instructe, quod qui semper verba dei cogitant semetipsos domino a carnali vita in cogitatione mactant. Unde scriptum est: Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Et unde rursum dicitur: In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Et mense hee unde sunt constructe cognovimus, etiam cuius mensure sint audiamus. Sequitur: Longitudinem unius cubiti et dimidii et latitudinem cubiti unius et dimidii et latitudinem cubiti unius. Hunc locum quidam exposuit dicens: longitudinem et latitudinem habet mensa unum cubitum et dimidium, id est per quadrum, quod simul iuncta tres faciunt cubitos. Et in tres cubiti habent in latitudine cubitum unum, ut mysteria trinitatis unius cubiti hoc est, hoc est divine maiestatis

mensure vel a͠ ꝑ͠uenit Item videl3
sensus expone Dico no͠ pl stare
quia in illa sũma trinitate q͠ om̃ia
creauit om̃ia ↄtinet et dimidiũ
nichil est Nec ex duob3 dimi
dijs aliq͠t vnũ Neq3 eni͠ ↄuetudĩm
imminutionis ac diuisionis h3
illa subã que semper in ĩmutabil
manens nec detrimetum recipit nec
augmentum Et ꝑ͠ hoc aũt dixim9 lo
ngitudine longanimitate spei latitu
dine no͠ ad caritatis amplitudine3
ptinere Mense g͠o que ad holocau
stum ↄstructe sunt longitudinem
cubiti vni9 et dimidij meciunt͛
quia sancti p͛res atq3 doctores qui
se longanimiter ad secũda spei tẽne
extenderunt ꝑ hoc q͛ in v͛tutib3 viuũt
ↄsitum ad ↄnacionẽ quod me͞s ſuca͠
ptinet valde ꝑfecti sunt Cuitum
vo͠ ad diuina illa misteria que plene
ab homine capi no͠ p̃nt q͛m diu
in hac mortali carne subsistunt
ꝑfecti eẽ non p̃nt In senectipsis
g͠o iam cubitum h̃nt In deo
aũt cubitum no͠ h̃nt q͛ iam quidẽ
in v͛tutib3 adhuc plene ꝑ͠ficiunt Sed
tamẽ aliquid de deo adhuc ex parte
cognoscunt Ecce enim in mensura
mense ad testimonium pauli occurit
videamus an eius vita cubito ĩte
gro mensuret͛ Dic Quot quod
aũ ꝑfecti sum9 vel sapiam9 hoc
videam9 Videamus ꝑ in hiis q͛
de deo sentit Iam se ad p͛ripiẽda
misteria ꝑfecte tetenderit Ego me
non arbitror ↄp͛hendisse Item
rursus ait Ex parte cognoscim9
et ex parte ꝓphetam9 Cum aũt vene-
rit q͛d ꝑfectum est euacuabit͛ q͛ ex pte
est Item item dicit Nunc cogno
sco ex parte tunc aũt cognoscam
sicut et cognit9 sum Si g͠o ꝑfect9
ẽ et ex parte cognoscit cubitũ h3
~~cognoscit~~ ↄsitum ad se s3 nõ di
midium super se Tendant g͠o in
longanimitate spei corda sanctoꝝ
tendant͛ in ꝑfectionẽ quã habent

cubito vno Sed quia adhuc plene
videri no͠ possunt hoc ubi spei oculũ
mittunt hoc super vnũ cubitum
h̃nt In dimidio cubito recidat͛
quatenus in hac vita semꝑ sci ꝑfcõs
aspiciunt et ardencius ad ꝑfectionẽ
currant h̃nt ergo mense latitudine3
cubiti vni9 et dimidiũ quia sctoꝝ
corda in caritatis amplitudine di
latata iam ꝓximum que diligunt
et vident et h̃nt cubitum possũt
eum ꝑfecte diligere quos ꝑfecte va
lent iuxta aliquid scire omipotẽ
tem vo͠ deum medullitus diligunt
medullitas sequitur Sed tam
tantum diligere no͠ p̃nt ↄsitum
dont quia adhuc no͠ valet vide͛
que diligunt Et mensura aĩs
minor est ubi adhuc mensura
minor est cognicionis Super vnũ
g͠o cubitum h̃nt et dimidium
quia hoc eis iam in amore ĩte
grum est q͛ valde min9 est in
caritate cũ ꝓximo atq3 illud q͛
eis valde minus est adhuc in
amore dei que no͠ vident ĩtegrũ
no͠ est De hoc amore qui hic re-
cipitur ut ex visione dei ĩ eterna
p̃ria ꝑficiat͛ Recte ysaias loq͛t͛
dicens Cuius domus eius ignis
est in syon et caminus eius ĩ ierlm
Plus ẽ aũt caminum eẽ qm̃ ignẽ
quia ignis esse et paruus pot
In camino aũt vastior flama
succendit͛ Syon vo͠ speculatio
Ierlm aũt visio pacis dr͛ pace
no͠ mentis hic interim speculamur
ut illic postmodum plene videam9
Ex amore g͠o domus in syon ignis
est In ierlm caminus q͛ hic
amoris eius flammis aliquatenus
ardemus ubi de illo aliq͛d ↄtem-
plamur Sed ibi plene ardebimus
ubi plene videbimus quẽ amam9
altitudo no͠ mensaꝝ ẽ cubiti vni9
Que ẽ eni͠ altitudo sanctoꝝ et fides
inuisibilium Per fidem eni͠ credit

q non inducitur atque ideo parlant
iustorum mens in altitudine domina
ut cuncta visibilia despiciat
in terra et ea que audita invisibilia
sequatur in celo. Sed unum cubitum
habet altitudo mense quia unitas est
fidei. In corde enim quos omnium sanctorum
unum deum esse trinitatem et patres
veteris testamenti et predicatores pro
fessi sunt testamenti novi. Altitu
do itaque mense nil uno cubito
amplius nichil habet minus. Sancta
in magna sibi unitate concordat
omnium fides per totum. Sed hii qui iam
in longanimitate spei summis virtu
tibus proficientes unum et dimi
dium cubitum habent. atque in altitudi
nem caritatis uno ac dimidio cu
bito mittuntur. In altitudine vero
fidei uno cubito excrescunt magis
sunt et summa ad mirationem vene
randi. Debent ergo parvulorum animas
in sinum suo conversationis suscipere
atque eas in conspectu domini velut
quoddam holocaustum ad sacrificium
offerre. Unde apte sequitur. Super
quas ponunt vasa in quibus immo
latur holocaustum et victima. Quid
enim anime fidelium nisi vasa sancti
Que nec verba veritatis capiunt. ut ex
eorum mentibus holocaustum vite atque
operationis immoletur. Hinc est enim quod
paulus. cum adhuc rudis esset
in fidei vocatione quia iam domini
verba perceperat et celesti gratia plenus
erat. Vas appellatur cum dicitur
Vas electionis michi est. Hinc
pastores atque doctores propheta ad
monet dicens. Mundamini qui
fertis vasa domini. Ipsi etenim
quasi mense domini vasa portant qui
vitam fidelium erudiendo tolerant
ut quoque habent domino ad holoca
ustum et sacrificium producant. Sed
neque hoc negligenter intuendum
est. quia in eisdem vasis holocaustum

et victima est. non tamen victima semper
holocaustum. Victima cum quod ex parte
offertur. ex parte retinetur. Holocausti
um quando est. sed holocaustum non
est. Sunt vero in multitudine ma
gna fidelium. alii qui ea que mundi
sunt omnia relinquunt. cuncta que
possident tribuunt sibi nichil reservant
ipsis respuant ad eternam patriam me
dullitus anhelant seque ex toto corde
in lacrimis mactant. Hii vero vasa
super mensam sunt in quibus immolatur
holocaustum. Et sunt alii qui cu
ram propie domus gerunt de filiis
cogitant. eis que hereditatem servant
qui tantum etiam indigentibus minores
curam pauperibus impendunt alimen
ta ac vestimenta eis ex parte quod
detinuerint tribuunt. Hii nimirum
vasa super mensam sunt. In quibus
victima immolata est non holocau
stum. Sancta enim patria et doctrina
sanctorum admonendo et sustinendo
suadendo atque erudiendo aliorum corda
usque ad hoc erudiunt. ut omnia de
serant et totos se in amore domini
accendant. Aliorum non ad hoc usque
instruunt. ut quia omnia relinquere
non valent. vel ex parte que prevalet
misericordes sunt. et carnis curam
cum anime cura patiantur. Mense
domini de quadris lapidibus instruc
te vasa portant in quibus immolatur
holocaustum et victima. quia et per
fecti sunt sicut dictum est. cum omnia
deserunt totum cor in amore domini
accendunt et imperfecti sacrificium
offerunt. que ex parte de honore
fecerint. Et labia eorum palmi unius
reflexa intrinsecus per circuitum. Quid
est hoc quod mensarum labia palmo ma
nus tenduntur et sancti patres atque
doctores ea predicant in quibus audi
torum opera tendant. quia manum

extendamus opera nostra dilatamus
loquatur ergo unusquisque doctor cor-
audientium excitat otiosorum torpore
excitiat quos dum ad opera bona
extenderit palmam se habere in labiis
ostendat. Pensandum quoque quod in
palmo digitus maior ac minimus
tenditur. Quid non in maiori ac mi-
nimo digito nisi magna et extre-
ma actio designatur. Palmum ergo
mense in labio habeant quatenus
in doctorum sermone predicationis auditor
evigilet et sit exteriorum admonitione
magna opera faciat ut agere et mi-
nima non omittat. Sic minimus itaque
sit ut pariter in agendis maioribus
non sit. Unde per semetipsum veritas
dicit. Ve vobis scribe et pharisei
hypocrite quia decimatis mentam et
anetum et ciminum et relinquitis que
graviora sunt legis iudicium et mi-
sericordiam et fidem. Hec oportuit
facere et illa non omittere. Iudicium
quippe et misericordiam et fidem maior
digitus operationis auditur. Per mentam
vero et anetum et ciminum digitus
procul dubio minimus signatur. Hec
ergo oportuit facere et illa non omittere
quia si opus nostrum palmo metiri
volumus. Sic necesse est ut tendatur
minimus quatenus maior digitus
non adtrahatur. Bene autem tu mensarum
labia metiuntur et mensura palmi
duorum additur unius ut ex doctorum pre-
dicatione sit unitas tenenda in fide
Ita quoque unitas metiri servetur
in ope hic propositus bonum quod alter
agit alter ad discordie malum pro-
rumpat. Ita enim bona facere opera
debemus ut per hec quoque tribulationes
quibus vivimus unanimitatem in quantum
recte possumus cum servemus
Idem quod non descendo quod agimus. Sed
pervenicendo bonis persuasionibus ma-
lum discordie quod timemus. Sic

in suis operibus unitatem palmi
custodiens palmus discordiam
generare prohibeat. Cum quemdam
iam lapsum atque abscissum ab
ecclesia vellet recipere Corin-
thios videret dicens. Si cui
aliquid donastis et ego. Nam
et ego si quid donavi propter vos
in persona Christi ut non circumve-
niamur a sathana. Qui videlicet
solet de bonis mala generare
et hoc quod per caritatem agitur ad di-
scordiam contrahere. Unde et mox
de ipso subiecit dicens. Non
enim ignoramus cogitationes eius.
Doctor autem qui per bona que pre-
dicat in suis auditoribus recta
operatione reformat. Sic mentes
operantium ad unanimitatem non
ligat in labiis palmum habet
sed eam que dicta est palmi u-
nitatem non habet. Pensandum vero
est valde quod dicitur. Et una cavea
mensarum labia intus sunt reflexa
Tunc enim mensarum labia intus
secus reflectuntur cum doctores
revocant ad conscientiam tacita cogi-
tatione quod dicunt. Et non semet
ipsos subtiliter perscrutantur. Sic
faciunt quod loquuntur. Recte autem
cum reflexa intus secus mensarum
labia dicuntur additur quoque per
circuitum ut non una in quali-
bet se parte considerent atque alias
in semetipsis perpendere pretermittant
Sed ubique semetipsos inspiciant
et inquantum prevalent studeant
singula opera implere que docent.
Ne si predicantes facere bona dis-
simulant sui vastatores sint cul-
tores alieni. O doctor ecce iam mensa-
es iam vasa portas. Iam in vas
fidelibus ponis holocaustum victime

sustinens. Sed intus reflectere la-
bia id est ad cor revocare sermonem. Audi
quod dicis, operare quod predicas. Si enim
negligis implere quod doces aliis
messem seminas et ipse a fructu
participationis ieiunas. Unde scriptum
est: Linguae messem famelicus comedit.
Messem quippe doctoris qui bona
loquitur sed non operatur fame-
licus comedit, quia hic qui pa-
nem iustitie esurit operatur man-
data que audit, et ipse fructum
non habet qui seminando laboravit.
Hinc Salomon ait: Abscondit
piger manum suam sub ascella, nec
ad os suum porrigit eam. Nemo
ita piger est ut ad os manum
commedendo reducere laborem putet. Sed
piger nec ad os suum porrigit quia
nec hoc vult operari quod dicit. Hinc
item de bene docentibus et male
operantibus dicitur: Filii Effrem intende-
ntes arcum et mittentes sagittas
conversi sunt in die belli. Intendunt
arcum atque sagittas emittunt
qui scripture sacre sententias pro-
munt et verbis rectis auditorum vicia
feriunt. Sed conversi sunt in die belli
quia post semetipsos redeunt
in temptatione viciorum et peccatis op-
ponere non volunt quia in temp-
tationum certamine non resistunt.
Hinc item dicitur: Avertisti adiuto-
rium gladii eius et non es auxiliatus
ei in bello. Gladius quippe doc-
toris est sermo dei. Unde per Paulum
dicitur: Et gladium spiritus quod est verbum dei.
Omnipotens itaque deus cum doctores
respicit nolle operari que dicunt,
in die belli adiutorium eius gla-
dii avertit quia temptationum certa-
mine non permittit esse ei in adiu-
torium. Sed tunc verba que dedit

Luce

habet igitur gladium, sed hunc in bello
non adiuvat, quia cum adversitas temp-
tationis eruperit ubi obliviscitur
quod docebat. Esse enim de patientia forsitan
sermo doctori est. Doctrine sue magi-
sterio dicere cogitur qualiter contra illa-
ta dampna quam audita contumelias
patientiam servet. Sed cum ipse vel
dampno vel contumelia fuerit lacessitus
oblitus quod docuerat vel in
lesione proximi vel in reddenda con-
tumeliis contumelia excedit. Inter
hec itaque cogitet quia mensa dei
est. Labia intus reflectat servet
quod predicat. Scriptum quippe est:
In patientia vestra possidebitis animas
vestras. Et rursum scriptum: Doctri-
na viri per patientiam noscitur. Si itaque
index doctrine patientia est, tanto quisque
doctus ostenditur quanto patiens
fuerit. Hinc est enim quod bonus ille
discipulus qui magistrum tolli in
aerea videbat pre magne caritatis
affectu clamabat dicens: Pater
mi, currus Israel et auriga eius.
Quid est quod Heliam currum
Israel et aurigam dicit nisi quod auriga
agitat, currus portat. Doctor ergo
qui mores populi et per patientiam sus-
tinet et sacre eloquii verbis docet,
et currus dicitur et auriga. Currus
quia tolerando portat, auriga
quia exhortando agitat. Currus quia
mala sustinet, auriga quia po-
pulum bonis ammonitionibus
exercet. Fortasse autem contra vanam
gloriam sermo doctori est. Et nunc
in sermone qualiter dicat in clima-
cis ipsis sermonibus vanam gloriam
querit quibus contra causam vanam
gloriam disputat. Erigitur hoc

hoc appetit adipisci quod prohibet mensa intus labium non reflectit. Habet autem mensa domini ex quadris lapidibus constructa habebit intus labium reflexum. Quam si studuerit audire quod dicit. Scriptum quippe est. neque per contentionem neque per inanem gloriam. Atque idem rursus egregius predicator dicit. Nec querentes ab hominibus gloriam neque a nobis neque ab aliis. Predicatoribus enim labore laudem transitoriam querere quid est aliud quam rem magnam vili precio vendidare. Sed idcirco tenue verbis grave periculum. quia sepe per sermonem docentium favores audientium sequuntur. Et cum doctores ab eo quod bene docuerint et innotuerint apparere iam minores in dictis nolunt. Docere verbum quod pro adquirendis animabus adiutorium ex omnipotentis dei amore inchoaverint. In hoc postmodum pro adquirendis laudibus laborant. Et qui in verbis dei querebant prius lucra spiritualia temporales postmodum favores sequuntur. Unde fit sine certa quelibet opera seu sancte doctrine verba in omnipotentis dei iudicio pereant cum per hec quisque transitoriis favoribus anhelant. Hinc etenim per prophetam iudex dominus quod stipulam in tanta mentis invenit. Si saltem post culpam suas tante cogitationes reminiscetur. Olivam uberem pulchram fructiferam speciosam vocavit dominus nomen tuum. Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea et combusta sunt fruteta eius. Olivam quippe uberem pulchram fructiferam et speciosam dominus vocat cuius vel efficaciam in operatione vel sancta studia in obedientia approbat. Sed ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea quia cum laudari quis cepit erubescit forsitan minor videri quam dicitur. et studet esse quod dicatur. Vox enim grandis loquele favor adulantis. Unde scriptum est. Benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens simile est maledicenti. Ad vocem ergo loquele grandis exarsit ignis in ea. Quia in magnitudine favoris flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed omnia olive fruteta comburuntur quia ante omnipotentis dei oculos vel que bene gesta vel sancte sunt dicta deperierunt cum iam non amore domini sed intensione transitorie laudis fiunt. Fit etenim sepe cogitationi bone cogitatio sinistra subiungitur. ut ipsa ipse quem casus cogitationes generat animus angustiat. Unde predicator egregius cum loquens subtiliter dicit Vivus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad divisionem anime et spiritus. Illico subiunxit. Compagum quoque et medullarum et discretor cogitationum et intentionum cordis. Distinguit enim dei sermo compages et medullas. quia discernit cogitationes et intentiones cordis. Per compages quippe ossibus ossa iunguntur. Et sepe dum quedam recta cogitatione agimus. Sed subito in laudis amorem declinamus atque hoc pro laude facimus quod prius facere pro utilitate ceperamus. quia cogitationes cogitationibus adiunguntur que quedam in spiritu compages sunt. Sed sicut ossa que in compage iuncta sunt circa medullas. quod predicator sanctus apertius intulit cum subiungit. Discretor cogitationum et intentionum cordis. Compages enim nostre cogitationes sunt. Medulle autem intentiones. Et sepe aliud cogitamus atque aliud est quod per cogitationem intendimus. Nam si quis proposito minore premio pupilli vel vidue causam defendat et fortasse etiam ingrediens sinis pacibus dum dicat. tu vides quia causam pupilli et vidue defendo. Iste proculdubio quod cogitat scit. sed quo intendat eius cogitatio ignorat. aliud quippe cogitat atque aliud intendit. Non enim defensionem pupilli vel vidue sed mercedem minorem querit. Nam tollat temporale premium et pupillum et viduam non defendit. Sermo itaque dei discretor

e cogitationi et intentioni cordis
qui non aspicit quid apud temetipsum
cogitas. Sed per medullas compagis
i. per intentionem cogitationis quid acci-
pere requiras. Restat ergo ut doctor
cum loquitur qui necessa dei semper intra
labium reflectat. Ne aut mala i-
tentione loqui inchoet. aut cum bene
cepit seductus favoribus in appetitum
alium declinet. Fortasse aut decusto
dia disciplime. Primo doctoris est. Et
sepe contingit ut discipline regulam
sit dire nesciat temperat. aut ni-
mia masuetudine placidus minus se
contra vitia in zeli stimulo inflammat.
Magna enim cogitationis consideratione dein
pensare quod scriptum est: quod in basis
templi inter coronas et plectas boves
leones et cherubin sculpta. Sed et
subter boves et leones quasi lora depende-
tia. Leone quippe signum victorie plec-
tet aute concordie unanimitate signi-
ficant. Cherubin vero plenitudo scientie
dicitur. Sacerdotes enim atque doctores
inter coronas et plectas id est inter fortitu-
dine boni operis qua adversitatem vincunt
et caritatis concordiam. qua a se vicissim
non discrepant. per boves leones atque
cherubin designati sunt. quia in ple-
nitudine scientie quam habent. Necesse est ut bovum
mansuetudine teneant et fervorem
leonum. quatinus in disciplina quam
predicant et ex proprio zelo accensi sint. et
ex patientia dulcedine tranquilli.
Et ubi subter se lora dependant
ut discipline sue retinacula quibus
ipsi ligati sunt. etiam subiectis suis sol-
licitate impendat. Subtra eos enim lora
dependere est et custodiat vincula sub-
ditis tenere. At tamen recte sinatur. ut
nec bovum in zeli fervore masnetudo
amittitur. nec leonum ardor in masuetu-
dine declinatur. Tanta quippe dei
est districtio. ut nec disciplina nimia
nec nimia sit remissa. Ne si inordinate
culpa dimittitur ab qui est culpabilis
in reatu gravius adstringat. Et rur-
sum si culpa immoderate retinetur
tato gravius qui corrigitur detior

fiat. quanto gratia se nichil ex benignitatis
gratia agi considerat. Exhibenda itaque
prius est asperitas in ostensione caritas in
mente. ut et divina ostensio delinquente
coherceat. et caritatis custodia intrans
mansuetudinis non amittat. Ecce dum
loquor. Joseph animum pulsat ut ad
ondenda quod dicto ipse testis veniat. Ecce
somnium quod de preceptu suo indicat fratribus
narrans per hoc quod innotescit retulit ma-
licie contra se stimulos excitavit ab
eisdem fratribus ismahelitis est venditus
in egiptum ductus. Mira omnipotentis
dei dispensatione eidem egipto prelatus
est. Cumque in terra chanaan fames
excrevisset fratres in egiptum venire. Jo-
seph prelatum egipto reperiunt. Cuique
sub missi ad terram cervicibus adoraverunt.
Et quid mutari dei consilium non valet
quem ideo vendiderat ne adoraretur ad
oraverunt. quia vendiderunt. Tunc ipse
vir dei spiritu discretionis plenus cognoscit
fratres non cognitus abeis. Sed memor
culpe et remissor iniurie mala
fratrum nec reddere studuit. nec sibi pur-
gatione laxavit. Nam prespecta voce
preterea dixit exploratores estis vos
ut videatis infirmiora terre venistis. Ta
mut experimenti nunc capiam. per salutem
pharaonis non egrediemini hinc. Maclum
in corde pegmi venerat famis periculum
fugiebant firmitate que querebant non
attemperant. et scerire se insuper obiectore
crimine videbant. Jute hec dum adtar
cerem et post eodem conecti. ad hunc in
eadem asperitate tenent. Jam redditur
ad cor. Jam culpe animum incertia pul-
sat atque inter se inuicem locutur. Merito hec
patimur quia peccavimus in fratrem nostrum
videntes angustiam anime illius cum depre-
caretur nos et non audivimus ideo venit
super nos tribulatio. In hoc iam cor
Joseph amore vincitur secessum petit
solvit flendo. quod pietate debuit. se-
verus ad fratres revertitur ut cruciatus
eorum animus a culpa liberaretur. Post hec
unus religatur in vinclis. Dimittitur

ceteri quam firmitatis et iubet ut unus
frater veniat quem minimum se habere dixerat
Venit postmodum frater. Vincebat mentem
pietas tamen frater immotus videtur. Sed
permanebat in ostensione asperitas ut fratres
horrorem purgarent. firmitatem dant. Sci-
phus in sacco minoris fratris absconditur
furti post eos questio movetur. mittitur
ut reducantur addit[ur] in simultate decernitur
apud quem sciphus fuisset inventus. In
sacco ultimi fratris invenitur. Tunc Beni-
amin reducitur. afflicti omnes fratres sequuntur
Quos tormenta mentis cruciat et amat
Reversi igitur in Egyptum cum lacrimis prostrati
veniam postulant. Memores enim quid
de illo prius promiserant nocere intolera-
bili se habere estimant. Tunc se ultra cohibe-
re non valens pietas clausa prorupit adme-
dum et excussit caritatis lacrimas de
vultu severitatis. De ista est ira que appa-
rebat et non erat offensa interna que erat
et non apparebat. Sic vir sanctus fatius
fratrem et dimittit et vindicatum se ri-
gore clementiam tenuit. ut delinquentibus
fratribus. nec sine ultione pius existeret
nec sine pietate districtus. Ecce hoc
est magisterium discipline et culpis
et districte novit parcere et pie resecare
Item autem districtionis spiritum non habent
sic dimittunt peccata ut non corrigant
aut sic, qui corrigendo feriunt ut non di-
mittant. Doctor ergo cum tanta discipline
moderamine loqui necesse est ut scia[t] dei
se esse sciat. atque intra labium reflectat
Ut quod decenter loquitur hoc sub districtionis
spiritu vigilanter operetur. Ne si quedam
sibi de esse considerat. oportet ut ab eorum
predicatione conticescat. Locus quippe eius
exigit ut loquatur. verbis ergo suis se-
metipsum conveniat et si non ideo loquitur
quia operatur ideo operatur quia loqui com-
pellitur. Ubi itaque conspicit se opere
implere quod dicit. ibi auditores commoneat
eorum quoque animos ad studium bone operationis
operationis accendat. Ubi autem nec dum
se invenit implesse quod loquitur ad bona
de quibus auditores admonet se quoque

parit inflammet. ut ipse etiam sine di-
stat in opere quod per eum loquitur virtus
in predicatione. Sepe enim quod in dicendo
nescimus. quamvis loco doctrine loquendo
discimus locutione. et dum de cogitatione
mentis pigritie reatus nascitur in mente
cavendo mentem compunctio. Subito
oborta tu superaverat et pia voce exci-
tata evigilat in opere que prius tor-
pebat. modo sine voce. Ecce autem cum
in mensa se labium palmis tendit. ideo tamen
pro doctos contra vicia disputatur.
atque ad bona opera cor auditorum acce-
ditur. Multi quoque eius verba audiunt
quanta vel qualia mala perpetraverint
recognoscunt atque ad eum confitentes
veniunt. cumque pro peccatis suis intercessorem
fieri tamen fletibus petunt. ut ipse
orando deleat culpas quas predicando
manifestat. Unde et subditur. Sunt
mensas autem carnes oblationis. Docto-
res etenim sancti cum pro compunctis peccatoribus
atque confitentibus omnipotenti domino pre-
ces fundunt. pro hoc quod veniam carnali-
corde in mente postulant in mensis domini car-
nes oblationis portant. Ut ergo sint
per quibus contritis et flentibus rogent oportet.
ut ipsi prius in peccatis positis pre-
dicent et cum iam ceperint peccata
relinquere atque ad innocentiam se stimare
mite est. ut erga eos in ore doctoris
materia predicationis excrescat
Et quibus dum doctrine sue verbo tanta
vehementius insistat. quanto eos quamvis
recidisse considerat. Videlicet sciens
quod in se tanto mercedem magne re-
munerationis accipiat quanto verbis
suis alios de profundioribus peccatis levet
Libet mihi hec sancti evangelii ad me-
dium verba deducere. Itemque sacra historia
per hoc quod secundum Matheum narrant miracula
que cotidie aguntur denuntiat. Nam
cum fessi atque in ieiunio ad dominum populi
cum venissent discipulis dominus dixit
Misereor super turbam. quia ecce iam triduo
sustinent me. nec habent quid manduce-
ent. et si dimisero eos ieiunos

in domu suam deficient in via. Quidam ex eis enim de longe ve
nerunt Turba domini triduo sustinet
quando multitudo fidelium peccata que
perpetrauit per penitentiam declinans
ad dominum se in opere in locucione atque
in cogitacione conuertit Ieiunos di
mittere ieiunos in domum suam dominus
non vult ne deficiat in via quia videlicet
conuersi peccatores in presentis vite via
deficiunt Si in propria conscientia sine doc
trine sancte pabulo dimittantur
Ne ergo lassentur huius peregrinacionis
itinere pascendi sunt sacra amo
nicione Valde autem pensandum est
propria sententia que perpessit ex ore veritatis
que dicitur Quidam enim ex eis de lon
ge venerunt Est autem qui nichil
fraudis et nichil carnalis corrup
cionis expertus ex omnipotentis dei
seruicium festinauit Iste de longin
quo non venit quia per incorrupcionem
et innocenciam proximus fuit alius nulla
inmundicia nullis flagiciis inqui
natus solo autem coniugio expertus ad mini
sterium spirituale conuersus est Neque
iste venit e longinquo quia vsus con
cessione concessa per inlicita non
errauit alii vero post carnis fla
gicia alii post falsa testimonia
alii post post furta facta alii post
illatas molestias alii post perpetrata
homicidia ad penitenciam redeunt atque
ad omnipotentis dei seruicium conuertun
tur hii nimirum ad dominum de longinquo
veniunt Quanto etenim quisque plus
in prauo opere errauit tanto ab omni
potenti domino longius recessit
Nam prodigus filius qui patrem de
seruit abiit in regione longinqua
In qua porcos pauit quia vicia
nutriuit Dentur igitur alimenta eis
etiam qui de longinquo veniunt
quia conuersis peccatoribus doctrine sancte
tradende sunt ut in domino vires
reparent quas in flagiciis amis
serunt Quia sepe ad sectoribus

tanto minus est ut largioribus cibis
doctrine saciantur quanto sepius maioribus
viciis venerant et cum iam confiteri
ceperunt mala que commiserunt atque
consuetudo relinquere et fletibus puni
re necesse est ut doctores sancti per eorum peccatis
sollicite exorent Quia sacerdotes in se
domum carnes oblaciones portent.
Et quociens agunt in hoc quod paene
nis peccatis inueniunt propria autem dei oculos
amplius dirigunt quia ea ipsa cari
tate se reuisitant ignarum in pietate
paenitens iniquitatibus se in lamentis
mactant Nec laboriosum debet
esse doctori pro conuersis peccatoribus lacrimas
fundere quando et ipse creauit qui
omnia homo factus est pro nostris iniqui
tatibus in cruce sanguinem fudit qui
uiuit et regnat cum patre in vnitate
spiritus sancti deus per omnia secula
seculorum Amen Explicit omelia
vicesima prima Incipit xxii

Patri eloquii misticos sensus
psalmista per ad spiritum sancti
spiritus prudenter intelligens dicit
Mirabilia testimonia tua domine
ideo scrutata est ea anima mea Et
rursus ait Reuela oculos meos
et considerabo mirabilia de lege tua
Cum enim nec dum occulta decaptis
intelligit oculos velatos habet Cum
vero iam intelligit reuelatis oculis
mirabilia de lege dei considerat qui
spiritualiter littere verba discuciens que
internus magnitudo lateat pensat
Quam non est mirabile quod aliud auribus
sonat atque aliud exit ad intelligen
ciam quod non sonabat Cum ergo verbum
sacri eloquii nisi lapidi simile di
xerim in quo ignis latet Qui manu
quidam frigidus tenetur Sed percussus
ferro per scintillas emicant atque hoc
cum tale igne qui post ardeat quod prius
manus frigidum tenebat Sic etenim
verba sunt sacri eloquii que quidem

per narrationem littere frigida tenetur
Sed si quis hec adspirante domino tam
intento intellectu pulsaverit de misticis
eius sensibus ignem producet. ut in eis verbis
postmodum spiritaliter ardeat. que prius
littera ipse quasi frigidus audiebat. Ec-
ce enim propheta dicit. et extra portam
interiorem gazophilatia cantorum in atrio
interiori quod erat in latere porte respicien-
tis ad aquilonem. et facies eorum contra
viam australem. una ex latere porte
orientalis que respiciebat ad viam aqui-
lonis. In hiis itaque verbis littere ad
amorem dei cuius animus inferuescat
quando potius quis non extra ipsa eorum lectione
tepescat. Si autem latens in littera
spiritalis medulla discutitur. per hoc sub-
tile intellectum exprimit et incendit quod
prius cordis auribus frigidum sonabat.
Nobis tamen ut se aspirante domino
interior intellectus aperiat ipsa prius
narratio iuxta litteram patefiat. Sit
enim quia porta erat interior atque extra
hanc atrium quod appellatur interius ac deinde
alia id est aquilonis austri atque orientis
porte describuntur. ut ipsum atrium quod
esse extra portam interiorem diximus a portis
exterioribus esse interius ostendat. Atrium er-
go hoc et foris et intus est foris quia
extra portam interior est. Intus autem quia
intra portas exteriores. Gazophilatia
quoque cantorum esse in hoc eodem atrio
narrantur que a latere porte posita sunt
respicientis aquilonem. Sed ipsa eadem
gazophilatia ad australem viam respi-
ciunt. et subdit ex latere porte orientalis
que respiciebat ad viam aquilonis
In quibus verbis aperte intelligitur quia
cantorum gazophilatia inter latus porte
respicientis ad aquilonem et latus porte
orientalis fuerant posita que vero respi-
ciebat ad viam aquilonis. facies itaque ga-
zophilatiorum contra viam australem. Sed
posita intra portam que erat orientis et aquilo-
nis. Porta ergo interior habebat ex latere
portam aquilonis ex alio quoque latere
portam australem. In fronte vero
vestibuli orientalis porta surrexerat
atque ipsum atrium quod erat extra portam interiorem
est. ut hoc quoque esset intra eas portas
que illud exterius ambiebant. Hec
de verbis littere sub brevitate transcur-
rimus. ut in eis sensus misticos nobis non breviter
nit exquiramus. In parte autem superi-
ori tres porte descripte sunt id est orientis
aquilonis et austri. Moxque interioris
austri tres alias narrat. id est austri
et orientis et aquilonis. ac deinde porta
atrii interioris dicta est in qua mense
de quadris lapidibus exstructe memo-
rantur. Et porta que respiciebat
ad aquilonem. In qua mense essent
ad sacrificium non ad holocaustum. In i
interiori diximus significari ecclesiam
in exteriori synagogam. Sed hiis expletis
rursus propheta incipit interiorem portam
atque tres alias id est aquilonis austri
et orientis describere et in eodem atrio
interiori quod erat extra portam interiorem
esse gazophilatia cantores sacerdotes
templum altare et sacrificia perhibet.
In quibus verbis quia de sancte ecclesie institutione
narrat alia ab eis que prius dixerat
cepit patet quod interioris porte intellectum
mutavit. Sic enim sub uno intellectu
omnia diceret nequaquam ordine ipsa atque alia
non replicaret. Nam quomodo possimus
extra portam interiorem atrium gazophi-
latia cantores sacerdotes templum
altare sacrificia dicere. Si per eandem
portam interiorem hoc loco sancta ecclesia
designetur. Cum enim cuncta hec
intra ipsam sint quomodo extra portam
interiorem sunt. Si extra ecclesiam non
sunt. Intelligi ergo porta interior potest
ea de qua iam longe superius locuti
sumus que contra portam aquilonis
et orientalem dicta est. per quam signari
diximus aditum qui nobis interiora
gaudia patrie celestis aperit. Hic quoque
per portas que in vestibulo narrantur
sancta ecclesia per portam vero interiorem celestis
regni aditus figuratur. Sed ne quis
nunc verba sancti spiritus estimet ad intellectum

Aml

memini violenter inflectere et ducat de porta interiori significatorum sancte ecclesie quem semel dixi mutare non debui. Infulgente dei gratia omnipotentis quem recepimus ipsa teneamus. Unde et porta interior signet ecclesiam que nos ad interiora gaudia perducit et gazophilacia. cantores sacerdotes templum altare sacrificia sunt in atrio quod extra portam et tamen extra etiam non sunt. Si enim subtili investigatione perquirimus nil obstat intelligi. ut interiorem portam sit dictum est scitum etiam scitiamus. De qua nunc dicitur. Et extra portam interiorem gazophilacia cantorum in atrio interiori. Duo etenim sunt que dicuntur porta interior; atque extra hanc atrium intus. quatenus hoc ipsum atrium et externus sit et intus extra a porta. Interius autem sicut prediximus portas quas narrando subiunxit. Sancta enim ecclesia duas vitas habet. Unam quam temporaliter ducit alia quam in eterni recipit. Unam qua laborat in terra alia qua remuneratur in celo. Una qua mercedes colligit. alia vero in qua iam de receptis mercedibus gaudet. atque in utraque vita offert sacrificium habet videlicet sacrificium compunctionis et illic sacrificium laudis. De hoc sacrificio dicitur Sacrificium deo spiritus contribulatus. De illo autem scriptum est Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta. De qua rursus ait ut cantet tibi gloria mea et non compungar. In utroque autem sacrificio carnes offeruntur. Quia hic oblatio carnis est maceratio corporis. ibi oblatio carnis est in laude dei gloria resurrectionis. Tunc quippe illic quasi in holocausto offertur caro quando in eterna incorruptione permutata nil contradictionis nil mortalitatis habebit. Quia tota simul eius amore succensus accensa in laude sine fine permanebit. Porta ergo hic interior id est sancta ecclesia habet interiora supra illam videlicet vitam que adhuc oculis nostris occulta est. Iacet extra eam atrium exterius id est vitam presentem in qua omne bonum agitur. ut ad bonum sine fine perveniatur. Sunt ergo in interiori atrio

Duas vitas habet sancta ecclesia

Quod tamen extra portam est gazophilacia cantorum. Quia electi quique atque perfecti qui adhuc in carne mortali positi sunt et intra sinum sancte ecclesie sunt et adhuc extra secreta gaudia interioris vite. Sunt gazophilacia cantorum extra portam interiorem et inter portas exteriores intus et exterius. Quia corda sanctorum que omnipotenti deo desiderium suum per magni ardoris amorem cantant et intus et adhuc intus non sunt. Quia in sancte ecclesie sinu posita etiam videlicet per spiritum quod intus foris amant. et tamen adhuc non vident perfecte quod amant. Sunt itaque in interiori atrio gazophilacia. Sed extra portam. ut iam intus sint per desiderium. et adhuc intus non sint per plenarium effectum. Unde sunt autem gazophilacia cantorum. id est sancta desideria amantium. qui precepta divina quasi quasdam divitias custodiunt in mente quas cantando servant. Quia mandata dei. non ex timore sed ex amore perficiunt omnis quod ipse sacri eloquii perceptiones cantabiles sunt. quas non ex tristitia sed ex desiderio semper operantur. Voltas cor iusti cuiusque tunc gaudio cantoris audire gazophilacium. Cantabiles michi erant iustificationes tue in loco incolatus mei. Iustificationes dei dicimus precepta divina que nos iustos faciunt. Si implentur. Que tunc nobis in loco incolatus nostri cantabiles sunt. quando in hac peregrinatione vite presentis ipsa eadem mandata diligimus et ex desiderio implemus. Hinc est quod idem psalmista item ex cantorum gazophilacio se esse insinuat quod ait Misericordiam cantabo tibi domine et iudicium. Iudicium domini quia peccata laxantur cantare et peccator dici. id est hanc cum gaudio dicere atque prosequi. Sed quomodo ita iustus est. ut eius sibi eterni iudicium ante mentis oculos revocet et non contremiscat ac potius veniat ad illud

examine tanti iudicis pertimet festinet
et gaudeat. Rursus quippe hic est magnus
est quia iam in amorem domini et iudicem
cantando omnipotentem deum qui eius
peccata misericorditer relaxat tanto mentis af-
fectu diligit ac propterea eius iudicium
non pertimescit. Caritas namque perfecta ut
ait apostolus foras mittit timorem. Calcat
quippe iudicium quod metuere ad quod intrare
non trepidat. Erit ergo mens illius ga-
zophilacium cantorum ut per divinitas nunc
gratias accepit letus pergat ad iudicium
quod iam non pertimescit. Videamus si pla-
cet fratres karissimi aliud quoque gazophi-
lacium cantoris forsitan et ipse iudi-
cium cantat. Paulus etenim dicit: Ego
enim iam delibor et tempus mee re-
solutionis instat. Bonum certamen certavi
fidem servavi cursum consummavi.
De reliquo reposita est michi corona iusticie
quam reddet dominus michi in die illa
iustus iudex. Qui laborum suorum conscius
memor certaminis quod egit victorie fidei
quam servavit esse sibi in iudicio repositam
coronam dicit, eam quod sibi in illa die
reddi sperat potius quam donari, profecto
patet quia iudicium cantat quod venire
desiderat. Unde etiam subdidit: Non
solum autem michi sed et hiis qui dili-
gunt adventum eius. Nemo enim adven-
tum iudicis diligit nisi qui se habere
causam in iudicio bonam novit.
Corda ergo que adventum iusti iu-
dicis diligunt gazophilacia cantorum
sunt, quia pro consummatione gratie et vite pro
virtutes (?) suscitati desiderium cantat iusti
iudicium quod omnes iniusti pertimescunt.
Meminit autem caritas vestra quod superiori
locutione per portam orientis fidem, per
aquilonis spem, per austri autem caritatem
diximus designari. Hec itaque gazo-
philacia inter portam orientis et aqui-
lonis esse ~~monter~~ memorantur atque ad
viam australem respiciunt. Corda

sanctorum inter fidem et spem posita
australem viam respiciunt quia perfecte
caritatis ignibus inardescunt. Ipsa
quoque orientalis porta respicere dicitur
ad viam aquilonis, quia nobis
per fidem quidem omnia in baptis-
mate peccata laxantur. Sed tamen
dum adhuc hic vivimus etiam
post fidem sepius ad peccata decli-
namus, et quia orientis porta viam
aquilonis respicit, tunc vita nostra
post perceptam fidem adhuc aliquan-
tenus in frigore culpe torpescit.
Nemo enim in hac vita valeat post
fidem sine culpa vivere, tunc dicat
Iohannes: Si dixerimus quia peccatum
non habemus ipsi nos seducimus et veri-
tas in nobis non est. Cuius verbis
Iacobus concordans ait: In multis
enim offendimus omnes. Si autem peccata
preterita in fidei perceptione dimissa
sunt et adhuc post fidem ad pec-
catum declinatur, quid nobis erit pre-
sumptio iusticie, quia spes vite per-
manentis, nisi ut nunc dum ad-
huc inter portam orientis et aqui-
lonis sumus, ad viam australem
intentos oculos tenemus, et mentem
ex sancta caritate fervente? Calor nos
amoris liberet a culpa tempis et
frigoris. Sunt ergo gazophilacia
inter portam orientis et aquilonis,
sed sicut dictum est ad australem
viam faciem intendunt, ut inter
hoc quod nati in fide sumus et quod post
ad peccata dilapsi de spe pietatis pre-
sumimus, exercetamus nosmetipsos
in ardore caritatis ibi et teneamus
oculos cordis ubi attendimur ignibus
amoris. Potest autem per aquilonis
portam gentilitas, per australem via
iudea, per orientis autem porta ipse
dominus designari. Per aquilonem
quippe non inmerito gentilitas signatur.

de sancto Simeone

quem ille in corporis frigore possedit qui dixit: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Per australem quoque portam recte iudea accipitur in qua dum spiritales patres celesti amore ferbuerunt. Quorum unus loquitur dicens: Converte domine captivitatem nostram sicut torrens in austro. Que et si carnalem populum habuit in quo velut aquilonis figuram portavit, in sanctis tamen suis doctoribus ac prophetis ad deum ac proximum calore caritatis arsit. Orientalis autem non immerito ipsum signat de quo scriptum est: Ecce vir oriens nomen eius. Et de quo Zacharias ait: Visitavit nos oriens ex alto. Sunt ergo gazophilacia contra ex latere porte aquilonis quia non solum fuerunt corda sanctorum spiritaliter accensa sed etiam in gentilitatis multitudine ad sancte fidei sacramenta conversa ardent corda sanctorum amore celestis patrie inhiant gaudiis eternis suspirant ad societatem morum civium in celo. Sed tamen ex calore huius ardoris quem domino sancti prius acceperunt a spiritalibus patribus synagoge ceperunt. Unde recte quoque gazophilacia et in aquilonis latere posita oculos ad viam australem tendunt. Ecce enim ex gentibus venimus. Sed in hoc quod per spiritum sancti amore calemus inde patres accepimus qui nobis in suis dictis sancti desiderii exempla prebent. An non quasi calore meridiani fervoris ardebat qui estuabat dicens: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitivit anima mea ad deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem dei. Qui rursus ait: Psallam et intelligam in via immaculata quando venies ad me. Hoc quoque ardore accensus fuerat

qui dicebat: Nunc dimittis domine servum tuum in pace secundum verbum tuum quia viderunt oculi mei salutare tuum. Nos ergo ex gentilitate venimus sed sanctos inde patres nobis in domini amoris imitatione proponimus quasi quedam contra gazophilacia ex latere porte que illa aquilonis respicit sumus sed ad viam austri facies tenemus. Et notandum quod hec eadem gazophilacia inter portam aquilonis et orientis esse perhibentur quia post incarnationem domini tanta multitudo gentium ad fidem venit atque inter ipsos precedentes populos et sacramenta dominice incarnationis que medullitus diligunt corda audientium surgunt. Habebant ergo sancta gazophilacia habent orientis porta et inde aquilonis. Quia inter ipsa redemptoris sui misteria que sciunt et carnales quosdam quos mente statim etiam tolerant multi in domini forti amore proficiunt virtutibus excrescunt eius inditis adventum querunt et inter ea que amant atque illa que tolerant quasi quedam gazophilacia divitias spiritus in mente servant. Nec inter sacramenta que diligunt et quam contraria portant deficiunt quia australem viam facies intendunt. Quid enim patrum quod priores inter parvos ante non protulerunt. Notandum vero quod inter portam austri et aquilonis orientalis porta esse describitur quia dominus ac redemptor noster de iudea natus est mox quoque in fide sua etiam ex gentibus traxit. Quasi enim inter meridianam portam et aquilonis apparuit quia ex illa venit et istam in suo sinu commisit. Unde et bene dicitur quod porta eadem orientalis ad viam aquilonis respicit quia natus dominus synagogam deseruit et multitudinem gentium collegit. Notandum quoque quod duo de gazophilaciis dicitur et facies eorum ad viam australem additur est una. Ut vero apte sentiamus quia non alia est

via ad celestem patriam nobis qui ex gen-
tilitate venimus atque alia illis qui corporaliter
qui fuerunt in iudea. Sed hec eadem una
via est nobis et illis que nos ad eterna
gaudia perducit. que nobis per evangelium
dicit Ego sum via veritas et vita. Et de
qua per psalmistam ait Ut cognoscamus
in terra viam tuam et in omnibus genti-
bus salutare tuum. Est enim hebraice
est ihesus. hoc latine dicitur salutaris.
Illa ergo via cognoscitur quia ihesus
deus ante secula et homo factus in fine seculorum
gentibus est manifestatus. Una est ergo via
et illis qui ab austro sunt et hiis qui
ab aquilonis parte respiciunt quia electis
iudeis et gentibus dominus ac redemptor
noster expulsa pena formidinis ad presens
factus est iter amoris atque ad interiorum per-
ventionis. Sequitur et dixit ad me
Hoc est gazophylacium quod respicit viam
meridianam sacerdotum est qui excubant
in custodiis templi. atque mox subditur
Porro gazophylacium quod respicit ad viam
aquilonis sacerdotum erit qui ex-
cubant ad ministerium altaris. In quibus
perplexe verbis primus nobis querendum est
qui sint maioris ordinis sacerdotes
utrum hii qui in custodiis excubant
templi an hii qui in ministerio altaris.
Sed quia post subditur altare erat
ante faciem templi aperte ostenditur illos esse
maioris ordinis sacerdotes qui in custo-
diis templi excubant quam qui profecto in al-
tari quod est minus ministrant. Hii ait qui
ad altare quod ante faciem templi est excubant
tanto inferiores sunt quanto in exterioribus
ministrant. Querendum iam nobis est qui
sacerdotes sunt qui templum custodiunt
et qui ad ministerium altaris perexcubare
perhibentur. Magister enim gentium fide-
libus scribens ait Templum dei sanctum
est quod estis vos. Qui itaque sacerdotes sunt
qui templum dei custodiunt nisi hii qui
orando predicando spiritalibus actibus vigi-
lando sanctam ecclesiam a malignorum
spirituum incursionibus pravorum suasio-
nibus ab hereticorum erroribus defendunt.

De Sacerdot dignitate

An non custos fuerat templi qui labo-
res sue passionis enumerans dicit
In labore et erumna. In vigiliis
multis. In fame et siti. In ieiu-
niis multis. In frigore et nudi-
tate atque statim subdidit. Preter illa
que extrinsecus sunt instantia mea
cotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum.
Pensare libet quo custos templi quanta
sollicitudine vigilet. Ecce enim in semetipso
inestimabilia patitur et cordis sui sol-
licitudine alienis impetitur. Cuius rogo
virtutis est plus de utilitate proximorum
quam de sua afflictione cogitare. Certe
hoc digne estimet qui digne
penset. laborat. luget. esurit. alget.
sitit. ieiunat. vigilat. et tamen de ecclesiarum
omnium sollicitudine cogitat. Ecce est
solertissimus custos templi in exemplo
positus imitetur qui valet adversa
et cum patientia pati bona proximis
impendere et aliorum sollicitudine vigi-
lare. Ne quis in perfidia. neque quis in super-
bia. ne quis in rapina vel in immundi-
tia labatur exquirere atque compescere
hoc est templum dei id est sanctam ecclesiam
custodire. Sunt autem minoris ordinis
sacerdotes qui ad ministerium altaris excu-
bant. Qui vero in ad interiorum maiorum
precepta delicatissima subtiliter investi-
gant et vitam carnalium corrigant
atque ad hoc usque perducunt ut pla-
menta pene deo intendant carnem
in sacrificio quam prius vincere preserat
in peccato. Non enim hii qui sanctis eterne prosunt
esse per semetipsos cuncta agere prevalent.
Sed tamen ipsi talis spiritalibus occupantur.
Ei qui adhuc carnalia perpetrant eorum
destruenda atque corrigenda committunt.
per quos demum carnalis vita corrigitur
et usque ad abstinentie atque orationis stu-
dium ad perfectis pervenitur. Hic
nam hii antiqui ad altare qui ante fa-
ciem templi est excubant tanto inferiores
sunt quanto in exterioribus ministravit dei
in altari iam caro ascenditur ut in
conspectu omnipotentis domini inde
sacrificium redoleat. Unde prius culpa

Nuo publ' dic

displicebat. Sed hac in re quod dicitur
cum superius dictum sit quod gazophilacium
ad australem viam faciem haberet quare rur-
sum dicitur quod gazophilacium quod respicit
viam aquilonis sacerdotum qui excubant
ad ministerium altaris. Si enim utraque fa-
cies ad australem viam tendebant quo-
modo unum ad meridianam atque aliud
ad aquilonis viam respicere dicitur. Sed
in hac re nobis agnoscimus quod gazophi-
lacium sacerdotum qui excubant in cu-
stodiis templi ita positum fuerat ut
solam meridianam viam respiceret. Gazo-
philacium vero sacerdotum qui excubant
ad ministerium altaris ita erat ut inter
et australem viam et ad aquilonis
faciem intenderet. Quatenus et cum ga-
zophilacium sacerdotum qui excubant
in custodiis templi meridianam viam
respiceret et tamen sive gazophilacio
eorum sacerdotum aquilonis viam
videret. Sed quid est hoc fratres karissimi
quid in his nobis misticum possumus
intueri nisi hoc quod et in hoc ea que
premissa sunt iam spiritalis auditor intel-
ligit quia sacerdotes maioris ordinis
qui excubant in custodiis templi per-
fectam meridianam viam respiciunt qui
solis studiis spiritalibus occupati. Sed per
hos qui amatores sunt Dei qui solli-
cite intendunt. Sacerdotes autem minoris
ordinis qui distinctionis peccatis delinquen-
tium sunt etiam ad aquilonis viam
oculos reflectunt ut in mente pecca-
torum qui sunt torporis frigora vi-
deant et hoc nobis correptionis usque
ad penitentie gemitus perductos sicut victimas
in altare Domini intendunt. Respiciat
etiam cum magnis sacerdotibus ad me-
ridianam viam quia quantum ad semetipsos
est fervent igne caritatis et succensi
sunt flammis amoris Dei. Sed quia
precepta delinquentium crebro corrigunt
etiam ad aquilonis viam oculos reducunt
dentrisque curis sacerdotum ordinibus
subditur. Isti sunt filii Sadoch

qui accedunt de filiis Levi ad Dominum ut
ministrent ei. Sadoch latine dicitur iustus.
Quis autem iustus nisi ipse cui dicitur Iustus
es Domine et rectum iudicium tuum. Cuius
vero sunt filii iusti nisi hi de quibus scriptum
est: Quotquot autem crediderunt in eum dedit
eis potestatem filios Dei fieri. Levi cuius inter-
pretatione assumptus. Levius vero ad omnia
adsumptus est nisi populus fidelis qui sacra-
menta fidei est a perfidis segregatus. Er-
go qui perfecte in spiritalibus actibus in-
tendunt filii iusti sunt. Et de filiis Levi
adsumpti accedunt ad Dominum ad mini-
strent ei quia de ipsis quoque fidelibus eli-
guntur qui ad omnipotentis Dei ministerium
veniant et celestibus studiis per eru-
ditionem populi nitantur. Sed ~~[illegible]~~ so-

Qui Deo ministrant

lerter inquirendum nobis est quis hic qui
Domino ministrat. Neque enim omnes qui
legunt, omnes qui predicant, omnes
qui propria tribuunt, omnes qui per carnis
abstinentiam corpus castigant Domino
ministrant. Nam enim legendo atque pre-
dicando gloriam propriam querunt largien-
do que habent et corpus in abstinentia
macerando laudes recipere ab hominibus
appetunt non Domino ministrant. Unde
contra per psalmistam Dominus dicit:
Ambulans in via immaculata hic
mihi ministrabat. Habet enim maculam
in via qui in bono opere quod agit tenue
gloriae sibi premium proponit. Qui in hoc
mundo recipere mercedem requirit et se-
dat in conspectu Domini spem boni operis
maculam perfecte intencionis. Fortasse
etiam omni quis discipline studio intentus
foris culpas delinquentium resecat
qui tamen ad hoc agenda si non ex omnipo-
tentis amore sed zelo proprio ditatur sibi
in hoc etiam non Domino ministrat. Alius
ne asper esse videatur multa leniter toleat
que prave perpetrantur. Hic itaque qui inde
pro Domino districtus non vult per lenitatem
sue studium sibi et non Domino ministrat.
Restat ergo ut sive in verbi ministerio

fatigemur seu indigentibus nostra largi
amur . siue et per abstinenciam carnem
domiemus seu zelo iusticie seu per
pacientiam aliena leuiter praua toleramus ut
nos summopere caueamus in intencione nostra
discute cognatem omne quod facimus non
nos, sed dei zelo faciamus ne in hijs
que facimus nobis potius quam domino
ministremus. Non enim domino sed sibi mi
strauerant, de quibus doctor paulus
dicebat Omnes que sua sunt querunt
et non que sunt ihesu christi. Ipse vero
paulus cunctis electis fratribus non sibi mi
strare Sed domino et viuendo et mori
endo festinabat dicens Nemo nostrum
sibi viuit et nemo sibi moritur Siue enim
viuimus domino viuimus siue morimur
domino morimur. Sibi etenim sunt . nec viuunt
nec moriuntur qui per omne quod agunt ad
lucra spiritualia anhelant atque orando
predicando sanctis operibus insistendo celestis
patrie ciues multiplicare desiderant. Si
bi viuunt moriuntur qui in conspectu ho
minum domini de sua morte glorificant
ad quem peruenire etiam moriendo festi
nant. Pensemus itaque in morte sanctorum
quanta eorum obprobria ab infidelibus sunt

de martiribus

Sed quia laus domini in corda fidelium
excreuit . quia si suam laudem quereret
perfecto patri tot obprobria in morte timu
isset Sed nemo nostrum sibi viuit et nemo
sibi moritur qui suam gloriam nec viuen
do nec moriendo quesierunt. Videamus
Si ipse primus pastor ecclesie qui sibi non
vixit sibi sit mortuus. Iohannes eius
potius requirat et de uerbis domini ex mor
te eiusdem pastoris dicat hoc autem dixit
significans qua morte clarificaturus
esset deum. Non ergo sibi est mortuus qui
deum glorificauit in morte. Discamus
ergo fratres nostri intencionem nostram in omne
quod agimus sollicita inquisitione discu
tere et nichil nostrum querere . si omnipotenti
deo volumus ministrare Sed quia ex fide
li populo filios sadoch ad omnipotentis dei
ministerium diximus assumi Numquid
in eodem populo non sunt multi qui conuersantur
in mandatis dei vnice perfecti sunt omnino

xviii

Nam subditur Et mensus est atrium
longitudine centum cubitorum . et lati
tudine centum cubitorum per quadrum
sepe iam per longitudinem longanimi
tatem spei per latitudinem uero caritatis
amplitudinem diximus figurari.
Centenarius autem numerus in quo decies
denarius ducitur quod summa perfectionis
signet plene superius dictum est Quid
est itaque atrium spiritualis edificii nisi
amplitudo fidelium populorum. Cuius autem
longanimitatis spei et latitudo caritatis
vacua in cordibus fidelium non est Nam
per fidem quod quicquid valet operatur. Unde
et per paulum dicitur In christo ihesu
neque circumcisio aliquid valet neque
preputium Sed fides que per dilectionem
operatur Si ergo in vita fidelium
iuxta quendam modum in singulis
perfecta est longanimitas spei perfecta
latitudo caritatis perfecta certitudo fidei
perfectum studium operationis atrium te
pli per quadrum centum cubitos
habet. In mensura autem quadri non
aliud latus maius est atque aliud mi
nus sed cuncta simul quatuor latera
equali studio tendunt. Quia et ipsas
easdem virtutes quas diximus fide
spe caritate atque operatione quadrum
in hac vita minime equales esse
aput nosmetipsos inuenimus. Porro
autem maior spe et fide caritas dicitur

de fide spe et caritate

quia postquam ad auctoris nostri
speciem peruenimus spes omnino et fides
transit Sed caritas permanet Nam
nunc et quantum credimus tantum ama
mus et quantum amamus tantum de spe
presumimus. De fide quoque et operatione
Johannes apostolus fatetur dicens
qui se dicit nosse et mandata eius
non custodit mendax est. Notitia
quippe dei ad fidem pertinet mandatorum
custodia ad operationem Cum ergo virtu
tem ipsius et latus operandi suppetit tanto
quis operatur quantum deum nouerit
et tantum se nosse deum indicat quantum
pro deo operatur bona exercuerint cuius fi
delis populi virtutes in quadrum quia
vnusquisque qui in actiue vite quantio

operatur, tantum credit quantum sperat et amat et operatur; tantum sperat quantum credit, operatur et amat; tantum amat quantum credit, sperat et operatur; tantum operatur quantum credit, amat et sperat. Cum itaque in sancta ecclesia multi sunt et robusti per fidem et longanimes in spe et ampli per caritatem et efficaces per operationem, atrium templi centum cubitis in quadro metiri dicitur. Nam ut aliquid etiam de quatuor virtutibus loquamur, sepe dictum est quosdam videri prudentes per intelligentiam, fortes in adversitate, iustos in operatione, temperantes a voluptatibus, atque in omni discretione zelo se in mensura moderantes. Quia dum in prudentia, fortitudine, iustitia atque temperantia vel sic earum cumulus excrescit, dum placet prudentiam, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam tenere, mensuram spiritalis atrii in quadro habent. Certe enim ipse virtutes quas habere bonos ac fideles diximus ita in quadro sunt ut una aliam non excedat. Magna est quippe prudentia, sed si minus est a voluptatibus temperans, minus in periculis fortis, minus in operationibus iusta, profecto minus est prudens. Magna est temperantia, sed si minus intelligit unde se temperet. Si adversa sustinere per fortitudinem minus valet atque in timore cum deficit se per precipitationem prava aliud ad iniustitie opera prorumpit, minus est temperans. Magna est fortitudo, sed si minus intelligit que bona custodiat, quibus malis resistat, si minus a voluptatis appetitu se temperat, sed succumbit delectatione. Si iniustitie opera nimis tenet atque aliud in iniustitie dilatatione perpetratur, minus est fortis. Magna est iustitia. Sed si minus quam debet inter iusta et iniusta opera discernit, si minus rector a mundi delectatione temperat, si minus se contra adversa confortat, minus est iusta. Mensuratur ergo per fidelium mentem per quadrum et tunc sicut spiritalis atrii latus unum quantum latera singula. Quia unusquisque tantum prudens est quantum temperans, fortis etiam iustus; tantum temperans quantum prudens, fortis et iustus; tantum fortis quantum prudens, temperans et iustus; tantum iustus quantum prudens, temperans et fortis fuerit. Sunt autem inter eos plurimi qui adhuc carnaliter vivunt, quia si fortasse litteras ignorant et precepta Dei legere non valent, certe in multorum fidelium comparatione bona que imitentur vident. Certe in ecclesia voces sancti evangelii atque apostolorum sonant. Certe exempla bone vivendi cotidie hominum oculis apponuntur. Nec in excusatione sua dicere poterunt non invenimus quod imitari deberemus. Unde et subditur: Et altare ante faciem templi. Quid est templum nisi fidelis populus, sicut per Paulum apostolum discipulis dicitur: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et quid est altare Dei nisi mens bene viventium? Multi peccatorum suorum memores lacrimis maculas lavant, carnem per abstinentiam macerant, nullis se huius mundi actionibus miscent, que habent indigentibus tribuunt. Et hec que non habent non concupiscunt. Recte igitur horum cor ad altare Dei dicitur, ubi ex merore compunctionis ignis ardet et caro consumitur. Et numquid non tales fratres bonos cotidie in sancto hoc fideli populo quasi in templi atrio videmus? Numquid non eorum vita nobis ad exemplum posita etiam desuper aspicimus? Altare ergo ante faciem templi est, cum multi sancte ecclesie conspectu sunt positi, qui etiam iudicii memores semetipsos cotidie Deo sacrificium in lamentum compunctionis mactant. Et ut predictum est corpora castigant, quatenus hoc quod per magistrum gentium dicitur impleant: Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. Hostia quippe occiditur ut offeratur. Sed hostia vivens est corpus pro Domino afflictum. Et ipsa hostia dicitur et vivens, quia vivit in virtutibus etiam est a vitiis occisum


Hostia videlicet quia tam mundo sunt
quam carnalibus actibus mortui. Comedens
autem quia in ea que prevalet bona operatur.
Sed quia per altaris nomine de compunctio-
nis flamma sermo se intulit necessarium puto
que sit duplicitas eiusdem compunctionis
ostendere. Alia quippe compunctio est que per ti-
morem nascitur, alia que per amorem,
quia aliud est supplicia fugere, aliud
premia desiderare. Unde et in tabernaculo
per legem duo altaria fieri iubentur. Unum
vero exterius, aliud vero interius. Unum in atrio,
aliud autem ante archam. Unde et aere coopertum
est, aliud quod auro vestitur. Atque in altare
ereo cremantur carnes, in altare vero
aureo incenduntur aromata. Quid est
hoc fratres karissimi quod foris cremantur car-
nes, intus aromata, nisi quod cotidie vide-
mus, quia duo sunt compunctionis genera.


Duo sunt genera compunctionis


Alii namque adhuc pre timore plangunt,
alii vero iam se pre amore in lamentis
afficiunt. Multi namque peccatorum suorum me-
mores, dum supplicia eterna pertimescunt,
cotidianis se lacrimis affligunt. Plan-
gunt mala que fecerunt et incendunt
vicia igne compunctionis, quorum adhuc
suggestiones in corde patiuntur. Quid isti
nisi altare sunt ereum in quo carnes
ardent, quia adhuc ab eis carnalia
opera plangunt. Alii vero a carnalibus
viciis liberi aut longis iam fletibus
securi amoris flamma compunctionis la-
crimis inardescunt. Celestis patrie premia
cordis oculis proponunt, supernis iam civibus
interesse concupiscunt. Dum vite eterne apparet
serenitas, longitudo peregrinationis sue
regem in decore suo videre desiderant
et flere cotidie ex eius amore non ces-
sant. Quid ergo isti nisi altare sunt aureum
in quorum corda aromata incensa sunt,
quia virtutibus ardent. Bene autem decoctum
altare dicitur quod ante velum arche sit positum
in sancta sanctorum. Archa quippe testa-
menti ipse nobis factus [illegible]
esse [illegible]. In quo sunt omnes thesauri
sapientie et scientie absconditi. Archam in terra
velum est redemptor noster in celo. Altare
vero aureum [illegible] thimiamata incenduntur.
Ante velum sunt corda sanctorum que tamen
magnis virtutibus in dei amore suc-
censa sunt. Per summum desiderium in illo
ardent que libenter revelata facie
videre non possunt. Ante archam quippe et
altare velum est, quia hic adhuc nos
adhuc a visione dei separat corrup-
tionis nostre obstaculum remotum non est.
Sed quousque ante velum sumus, opor-
tet ut thimiamatis incensum flam-
ma amoris ardeamus per compunctionem
aut lacrimas, nil terrenum, nil transito-
rium querere debemus. Solus nobis
ipse sufficiat qui fecit omnia. Tran-
scendamus per desiderium omnia ut
mentem colligamus in ipsum. Non iam
timore penarum, non memoria viciorum,
sed amoris flamma succensi ardeamus
in lacrimis cum odore virtutum. Ista
electorum oratio prospiciebatur cum in
laude dicebatur: Que est ista que
ascendit per desertum sicut virgula fumi
ex aromatibus mirre et thuris et uni-
versi pulveris pigmentarii. Sancta
quippe electorum ecclesia cum ab hoc
mundo in sanctis operibus ardenti amore
se erigit, per desertum quod deserit ascendit,
[illegible] non ascendat ad [illegible]. Sic
virgula fumi ex aromatibus. Fumus
de incenso nascitur, quod per psalmistam
dicitur: Dirigatur oratio mea sicut incen-
sum in conspectu tuo. Fumus enim excitare
lacrimas solet. Itaque fumus est ex a-
romatibus compunctio orationis que concepta
ex virtutibus amoris. Que tamen oratio
fumi virgula dicitur, quia dum sola
celestia postulat sic recta progreditur
ut ad terrena atque temporalia petenda
minime reflectatur. Et nondum quod
non virga sed virgula nuncupatur, quia
intendum compunctionis ardore tante
subtilitatis est vel amoris ut hanc
nec ipse animus possit comprehendere
qui illuminatus meruit habere. Bene autem
dicitur mirre et thuris. Thus enim ex lege
domino in sacrificio incenditur. Per
murram vero corpora mortua conduntur.


ne vermibus corrumpantur. Mirre ergo
et thuris sacrificium offerunt. quia carna
carne affligunt ne eius corruptionis
vitia dominentur. et redolentem
in conspectu domini amoris sui hostiam
incendunt. sese ipsos deo in sanctis
virtutibus exhibent. Unde et illic
subditur. et virgula pulveris pigmen
tarii. Pulvis est pigmentarii virtus
bene operantis. Et nondum quod virtu
tes bene operantes nos pigmenta
~~offerimus~~ sed pulveres dicuntur.
Tunc enim quelibet bona agimus. pi
gmenta offerimus. Cum vero ipsa
etiam bona que agimus retractamus
et neque in hiis sinistrum sit in dictis
retractationis attendimus. quasi ex pigmentis
pulverem facimus. ut operationem nostram
domino per discretionem et amorem sub
tilius incendimus. Ecce hec in domino
largiente potuimus. totam nobis
spes bonam cumulati sumus. Nemo ergo
me reprehendat. si post hanc allo
cutionem cessavero. quia sicut omnes cernitis
nove tribulationis excrevere undique
gladiis circumfusi sumus. undique im
minens mortis periculum timemus.
Alii detruncatis ad nos manibus
redeunt. alii captivi. alii interempti
nunciantur. Iam ipsa cogor lingua
ab expositione retinere. quia tedet
animam meam vite mee. Iam nullus
a me sacri eloquii studium requirat
quia versa est in luctum cithara mea
et organum meum in vocem flentium.
Iam cordis oculus in misteriorum
discussione non vigilat. quia dor
mitavit anima mea pre tedio. Iam
minus animo dulcis est quia oblitus
sum manducare panem meum
a voce gemitus mei. Cui autem vite
non licet de scripture sacre sensibus
loqui mistica qualiter libet. Ecce
cogor totidie amara bibere. quando
possum dulcia propinare. Crimus


quid restat nisi ut inter flagella que
ex nostris iniquitatibus patimur. cum
lacrimis gratias agamus. Ipse etenim
qui nos creavit. et iam pater factus est
nobis per adoptionis spiritum quem dedit
et aliquando pane filios nutrivit. Aliquando
flagello corrigit. quia per dolores in
numeros et vulnera ad hereditatem
perpetuam erudit. Sit itaque gloria om
nipotenti deo nostro Ihesu Christo. Qui vi
vit et regnat cum patre in unitate
spiritus sancti deus per omnia secula secu
lorum. Amen.











II



